




Davidis Chythraei Onomasticon theologicum. Postremò recognitum.

<https://hdl.handle.net/1874/453098>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

F oct.

35

U.B.U.




21

11
Онобмално
Грѣхъ еси

100
35
080





P

Miscellanea Theologica

Octavo n°. 35.

quidam p[ro]p[ri]e

exsecratōe q[ue] sp[irit]u[m] s[an]c[t]u[m] in m[en]te
 n[on] v[er]o balneacōis ut nō est
 ad d[omi]n[u]m ex eo ad d[omi]n[u]m rememori
 nos m[en]t[is] e[st] p[ro]p[ri]e existit
 neacōm nō onde an opte
 q[ue] a v[er]o co[m]muniq[ue] horat
 m[en]t[is] q[ue] o[mn]i[um] cor[de] et h[ui]usmodi m[en]t[is]
 m[en]t[is] m[en]t[is] ad aliq[ue] o[mn]i[um] p[ro]p[ri]e
 z q[ue] q[ue] r[ati]o q[ue] r[ati]o sic m[en]t[is]
 p[ro] balneacōm **E**t vehe[m]t[er] illa
 ni hora balneacōis t[ame]n op[er]e
 p[ro] balneacōm p[ro]p[ri]e sudat aut
 ni hora q[ue] erit p[ro]p[ri]e suos
 aliq[ue] hor[um] duoz q[ue] q[ue] m[en]t[is]
 p[ro] qui aut rememora[m] et q[ue]
 meo de me[is] s[an]c[t]i h[ab]y[re] s[an]c[t]i
 p[ro] utendi o[mn]i[um] z horat q[ue] ex h[ui]us
 o[mn]i[um] **E**t r[ati]o q[ue] q[ue] ut q[ue] o[mn]i[um]
 p[ro] p[ro] balneacōm q[ue] z q[ue] o[mn]i[um]
 t[ame]n p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e t[ame]n r[ati]o q[ue] q[ue]
 r[ati]o nō solū fac[er]e aliq[ue] hor[um]

5 q[ue] dicit e[st] q[ue] dicit m[en]t[is]

q[ue] m[en]t[is] not[is] alibi


ex p[ro]p[ri]e


q[ue] m[en]t[is]

43

q[ue] caput e[st] balneacōis q[ue] m[en]t[is]

Sed t[ame]n caput q[ue]
Pomphos p[ro]p[ri]e
Opt[us] ut caput p[ro]p[ri]e exca
 quā potest t[ame]n r[ati]o
Res aut[em] m[en]t[is] q[ue] q[ue] ut ex
 exca[m] exca[m] m[en]t[is] nō





V. 12. C.

ca
ci
ir
u
t d
p
ur
pe
un
yp
u
ad
i H
eb
pa
D
ful
ur
d
t
o
d
u
t

7
Dauidis Chythræi
ONOMASTI-
CON THEOLO-
GICVM,

Postremò recognitum.



VVITTEBERGÆ
Typis Hæredum Iohannis Cratonis,

ANNO M. D. LXXXV.

lex dou. Hub. Bürgel

THE
MUSEUM
OF THE
CITY OF BOSTON



As above the subject

REVERENDO
ET CLARISSIMO VI-
RO, DOCTORI IOANNI

Schildorpio, Episcopo Bergen si in in-
ciyto Regno Norvuegiæ, Do-
mino & amico co-
lendo.



V M RELIGIO

Christiana sit, non ar-
gutè disputare & con-
tentiosè de articulis fi-
dei Christianæ rixari, sed, verum
DEVM conditorem nostrum, &
redemptorem Iesum Christum
rectè ex verbo ipsius agnitum ve-
rè timere, & diligere, & vera fidu-
cia in misericordia & fauore Dei
nobis propter Christum propitij
firmiter adquiescere, quotidie &
ardenter inuocare Deum & cele-
brare, & in omni vita & sancta
cruce inprimis placidè toleranda

A 2 ipsi

EPISTOLA

ipsi obedire, alios etiam homines & proximos nostros propter Deum benevolentia complecti, & quibuscunq; possumus officijs benignè iuuare, & iusticiam, veritatem, mansuetudinem, humilitatem, beneficentiam, castitatem & cæteras virtutes verbo Dei mandatas religiosè colere, vt Deo archetypo, conformes fiamus, & alios homines ad veram agnitionem & celebrationem Dei inuitemus: In his inquam veræ pietatis & fidei ac obedientiæ erga Deum & benignitatis erga proximū officijs, cum vera Theologia & religio Christiana potissimum sita sit: prodest iuuentutē in scholis ad piam lectionem & meditationem
VERBI à Deo traditi seu Textus

DEDICATORIA.

tus Bibliorum assiduam, & exercitia precationum, pœnitentiæ, fidei, modestiæ ac obediëntiæ, potiùs quàm ad certamina disputationũ adsuefieri. Nam per hæc duo media, per attentam lectionem seu auscultationem verbi, & exercitia veræ pœnitentiæ quotidiana, Deus veram pietatem, fidem ac cæteras virtutes in nobis accendit, fouet, alit & conseruat.

Cùm autem prorsus ruere hoc veræ Religionis & pietatis Christianæ studium, & Theologiam rursus in sophisticam curiosarum disputationum degenerare, atq; ita non sublatam sed mutatam superioris ætatis sophisticam videamus: Prorsus assentior grauissimæ epistolæ tuæ, qua vtilius tex-

EPISTOLA

tum verbi diuini diurna nocturnaq; manu versari & alijs prælegi & explicari, quàm certaminibus non necessarijs ecclesiam turbari, & nimium altercando veritatem tandem amitti iudicas. Id cum ab eo tempore, quo primùm inter nos Vuitebergæ sub communi præceptore nostro Philippo ante triginta annos amicitia contracta est, semper mihi propositum fuerit: plerosq; sacræ scripturæ libros in hac Schola iuuentuti interpretatus sum, ac vt Nomina locorum & personarum propria, passim occurrentia, non remorarentur lectionem: Onomasticon istud iam olim collegi.

Quod superioribus mensibus denuo recognitum, ad te potissimum

DEDICATORIA.

mum mittere volui, vt testimoni-
 um obseruantię et amoris erga te,
 et ecclesiam, cui præes, mei, publi-
 cū extaret, ac vt gratulari me tibi
 et ecclesijs in inclyto regno vestro
 puritatē veræ doctrinæ, quæ inde
 vsq; ab initio instaurationis eccle-
 siarum eadem sine vllis dissensio-
 nib, in ecclesijs totius regni sonat,
 & piam tranquillitatem ac con-
 cordiã ostenderem. Qua ex re vi-
 giliantia pij Regis et episcopi po-
 test cognosci præsertim in illo em-
 porio, in quod ex varijs gentibus
 homines confluunt, imbuti diuer-
 sis opinionibus, & magna ingeni-
 orum & iudiciorum varietate
 præditi. In tali cœtu veritatem
 & tranquillitatē ecclesiæ piam re-
 tinere, illustre testimonium est

EPIST. DEDICAT.

pietatis & vigilantia Episcopi ,
 imò & praesentia DEI in tota gu-
 bernatione Ecclesiae. Quare toto
 pectore filium Dei dominum no-
 strum Iesum Christum oro, vt de-
 inceps etiam te & ecclesiam tuam
 gubernet & seruet, & venientem
 Annum, quem à Genethlijs ipsi
 us ordimur, Tibi & toti eccle-
 siae tuae domesticae & publicae feli-
 cem, faustum & salutarem effici-
 at, & te ac tuos incolumes, & flo-
 rentes perpetuò seruet. Rosto-
 chij, pridie Natalis Filij Dei, in-
 choantis annum 1578.

David Chytræus.

Vetus Præfatio

AD

PIVM ET CAN-
DIDVM LECTO-

R E M.

RODEST OMNES, QUI in schola munus proponendi iuuenibus elementa verę de Deo doctrinę sustinent, ad hunc scopum præcipuè docendi labores dirigere, primùm, vt Textum sacrarum literarum, in quo Deus doctrinam de vera agnitione & inuocatione sui, & de æterna salute nostra complexus est: & per cuius lectionem ac meditationem, initia suę lucis, iusticię, & vitę æternę, in pectoribus accendit: sibi & auditoribus familiariter notum reddant. Deinde, vt summam & velut corpus integrum doctrinę, quod ex certis sacrę scripturę testimonijs, erudita methodo coagmentatum acceperunt, diligenter & assiduè mentibus auditorum infigant.

Tradidit enim Deus immenso beneficio certam de se doctrinam, libris Prophetarum & Apostolorum comprehensam, ex qua sola vult, tanquam vnico salutis fonte, veram sui

A S agnitio-

A D L E C T O R E M

agnitionem, iusticiam & salutem æternam hauriri.

Ideoq; seuerissimè præcipit, vt hos libros Ecclesiæ commendatos, assiduè & attentè legant homines, & illustria Testimonia de Deo, de Mediatore Filio Dei Domino nostro Iesu Christo, de Lege Dei, de Promissione gratiæ, seu remissionis peccatorum propter Semen mulieris Christum donandæ, de Ecclesia Dei, de Sacramentis, de Pœnitentiâ, de Cruce & Consolationibus, de Resurrectione mortuorum, & Vita æterna, inde colligant: Quibus fidem suam, inuocationem, spem, dilectionem, & cæteras virtutes, quæ initium sunt vitæ æternæ, alant & confirment.

Ego itaq; magnam me debere gratiam ijs confiteor, qui me puerum ad amorem & consuetudinem legendi quotidie Textus Bibliorum instituerunt. Quam consuetudinem assiduæ lectionis, deinceps quoq; aucta ætate, semper amavi & retinui.

Sæpè tamen remorabantur meum cursum & suauitati lectionis aliquid molestiæ aspergebant non intellectæ appellationes priorum Nominum, in quibus & Hominum illustrium familias, & Nominum etymologias seu genuinas significationes ex linguarum fontibus sumtas, & Locorum, regionum, vr-
bium,

AD LECTOREM.

bitum, montium, fluminum, situs & interval-
la cognoscere cupiebam. Nec dubito idem
alijs quoq; iuuenibus studiosis quotidie vsu
venire.

Sape etiam puer aspiciens in Calendarijs
Nomina, quæ vilitate inscribi soleant, vehe-
menter scire exoptabam, Quinam illi homi-
nes fuissent, vbinam locorum, & quo tempo-
re vixissent? quid egissent? qui sua pietate hoc
summum decus consecuti essent, vt in Sanctos
referrentur.

Idem de Doctoribus ecclesiæ, Augustino,
Ambrosio, Ieronymo, Basilio, Chrylostomo,
quos creberrime nominari audiebam: Idem
de Hæreticis, de Concilijs, alijsq; rebus simi-
libus desiderabam.

Hac cupiditate, non inhonesta, vt opinor,
incitatus, cum in perlegendo aliquoties ordi-
ne Textu Bibliorum, initio historias tantum,
quibus natura delectantur animi, attendissem:
deinde sententias aliquas illustres præcipue
notassem: postea versionem Germanicam &
& Græcam cum Latina contulissem: alias ve-
ro vnicuiq; libro sacro, lectionem pij & eru-
diti commentarij adiungerem: alias Testi-
monia de singulis doctrinæ Christianæ articu-
lis & refutationibus hæresium (qui quidem
fructus legendi textum omnium vberim s
est)

AD LECTOREM.

est) exciperem : aliquando hanc quoq; curam tulcepi, vt propria nomina personarum, regionum, vrbium, montium, fluminũ, fortium & alia colligerem, & explicationes, quas tunc inuestigare poteram, ascriberem.

Postea exlectione Historiæ ecclesiasticæ Eusebij, Tripartitæ, Epiphaniij, Ieronymi, Augustini, actorum in Synodis, Canonum Iuris Pontificij, Legendarum de sanctis &c. plerorumq; etiam Sanctorum, Martyrum, Doctorum Ecclesiæ, Hæreticorum & Conciliorum nomina adiunxi.

Hac occasione primũ hæc farrago nata est, quæ cum nimis incondita & mutila superiori anno in publicum, nescio quo casu, prodijset, nunc aliquantò diligentius alicubi recognita & aucta est, ita quidem, vt ex nouo Testamento, ex libris Mosis, Iosue, Iudicum & Regum, omnia Nomina propria in hoc Onomasticon relata sint. Qui labor, vt ingenij fortasse nihil, ita aliquid tamen attentionis & assiduitatis in colligendo, & inuestigandis vocum significationibus requirit. Nam cæ Nomina Ebraicorum interpretationes, quæ in Biblijs passim addi solent, atq; etiam, quæ Ieronymi titulo circumferuntur, quàm
sint

AD LECTOREM.

sint mendosæ, facile apparebit omnibus, qui eas ad Ebræarum vocum scriptionem propriam conferent. Sæpe etiam propter cognitionem literarum Ebraicarum ו & נ, י & ש ו ש, ה & ח & similibus, tres aut quatuor diuersæ interpretationes vni vocabulo adduntur, cum tamen Ebræa dictio certis literis scripta in eo loco, vnicam ferè significationem propriam tantum obtineat.

Cum autem à me, qui linguæ Ebraicæ elementa vix degustavi, non dubitem multarum vocum etymologias minus commodè indicatas esse: amanter oro, si interpretationes nominum Ebraicorum magis concinnæ & venustæ alijs in mentem venient, vt eas studiosis impertiant, & errata in hoc libello committer emendent.

In ordine Nominum priorum seruari scripturam veteris & vsitatæ Translationis Latinæ, vt à rudioribus nomina facilius inueniri possint. Quæ cum plerumq; ab Ebræa orthographia multum discrepet, addidi literas Hebræas, & statim subiunxi Latinas cum Hebræis proximè congruentes.

Cumq; magna vicinitas sit literarum ו ש ו ש י, pro quibus Interpres Latinus ferè promiscue

AD LECTOREM.

miscuè, literam s vsurpauit, Item ן & ן, Item ככ & ק, pro quibus litera c vel ch a Latinis substituta est: in plerisq; locis ita distinguere scripionem conatus sum, vt ן ichin per ich, vel s maiusculam ן sin per s, ן iamech per s, ן zain per z minus, ן Zade per Z maius, Aspirationem ן He per n, ן Heth per H maiusculam, ן caph raphatum per ch, ן caph dagellatum per c, ק kaph per k exprimerem.

In situ & intervallis locorum per gradus longitudinum & latitudinum designandis, Ptolemæi & Zigleri numeros secutus sum ac ctores historię sacre, plurimum Tabula Tilemanni Stellæ iuuari poterunt.

In Sanctorum & Martyrum historijs plerumq; loca veterum scriptorum, & fide dignorum, in quibus ex commemorantur, ascripsi. Quod si nullum idonei autoris nomen additum lector inueniet, sciat ex Legendis Sanctorum, vt vocant, eas narrationes depromtas esse.

Et si autem agnosco ipse in hoc libello plerumq; iusto breuiora & squalidiora esse, spero tamen aliqua vocabula mediocriter illustrata esse. Ideoq; si nihil aliud, voluntatem tamen
& consa-

AD LECTOREM.

& conatum iuuandi quorundam iuniorum, studia meum, candide iudicantibus non ingratum, nec inutilem fore. Meis certè studijs expertus sum, hunc qualemcumq; laborem fluctuosum & suauem fuisse. Alios autem ingenio & doctrina præstantes oro, vt propter Dei gloriam & ecclesiæ ac studiosorum vtilitatem, aliquid in hoc genere elaborent eruditius.

Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum oro, vt lucem suæ doctrinæ inter nos accensam non sinat iterum extinguï, & studia linguarum & artium Ecclesiæ necessaria in his regionibus seruet, & nostra studia & actiones regat, vt Deo gratæ sint, & Ecclesiæ salutare. Datum Francofordiæ ad

Menum, die 16. Septemb :

Anno 1557.

1787
The following is a list of the names of the
persons who have been admitted to the
membership of the Society since the
last meeting of the Council.
The names are arranged in alphabetical
order of surnames.
A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.

ONOMASTI
CON THEOLO.
GICVM.

A.



ARON SVMMVS
Sacerdos Ecclesie populi Israel,
& Typus Christi sacerdotis æ-
terni: natus est patre Amra-
mo, nepote Leui, anno mundi
2370, anno ante exitum ex
Aegypto 83. Exodi 6. 7.

Fuit frater, & orator seu interpres Moſis apud
Pharaonem, Exod. 4. 7. Primus sacerdos summus ad
Leuitici sacerdotij administrationem à Deo per Mo-
ſen vocatus (Exod. 28. 29.) Ordinatur, Leuit. 8. &
primum suum sacrificium offert die 2. primi mensis,
anni secundi ab exitu ex Aegypto, Leuit. 9. cum an-
te decem menses, cum Moſe, LEGEM à Deo acci-
piente, vna in montem Sinai ascendisset, Exod. 19.
24. & postea in deserto apud populum relictus, cul-
tum aurei vituli absente Moſe instituiſſet, Exod. 32.
Deut. 9. Moritur anno etatis 123. primo die mensis
quinti, anno 40. post exitum ex Aegypto, Num. 33.
20. Deut. 10. Fit eiusdem mentio Syrac. 45. Act. 7.

B

1. Reg.

1. Reg. 12. Mich. 6. Psal. 77. 99. 105. 106. Ebr. 5. 7. 8. 9.

Discrimen verò inter SACERDOTIVM Aaronis, quod fuit officium docendi legem Mosaicam & orandi pro suis ac populi peccatis, & offerendi Deo sacrificia pecudum & alia à Mose mandata : & sacerdotium CHRISTI sacerdotis eterni, ac benedicientis, & sua intercessione ac sacrificio proprii corporis semel in ara Crucis oblato, remissionem peccatorum coram Deo & eternam salutem toti Ecclesie promerentis : erudite & splendide illustrat Epistola ad Ebræos cap. 7. 8. 9. 10. 5. vnde decem differentias precipuas alibi excerpimus.

אהרן Aharon, Mons laudis, seu princeps
 ἑξάρχων laudum diuinarum, אהרן & רון vel
 רון.

SERIES SVMMORVM
 SACERDOTVM, AB AARONE,
 vsq; ad CHRISTVM, & deinceps vsq;
 ad excidium Ierosolymæ
 deducta.

AARON

E L E A S A R

Num. 20. 27. 31.

| Ios. 14. 19. 21.

P H I N E E S

Num. 25. Ios. 22.

| Iud. 20.

Abisue, 1. Paral. 6.

| Bocci

| Ozi

| Zaraias

| Meraioth

| Amarias

| Achitob

S A D O C H,

tempore Dauidis

Regis, 2. Reg. 8.

15. 19. Vngit Salo-

monem, 3. Reg. 1.



I T H A M A R, à quo,

(1. Paral. 24.) ortus
est

H E L I sacerdos,

1. Reg. 1. 4.

Phinees Ophni

1. Reg. 1. 4. 14.

Icabod, Achitob,

1. Reg. 4. 14. 1. Reg. 14.

A H I M E L E C H Ahas

proponit Dauidi 1. Re. 4.

panes Facierum

vescendos, & in-

terficitur à Saule,

1. Reg. 21. 22.

| Abiathar 1. Reg. 22.

2. Reg. 15. 19. 3. Reg. 2. 1.

Ionathas, Achimelech,

2. Reg. 15. 2. Reg. 8.

17. 2. Reg. 1. 1. Par. 20.

SERIES PONTIF. AB



AZARIAS Achimaas
 tempore Salomonis Regis,
 3. Reg. 15. 2. Reg. 15.
 17. 18.

AZARIAS, filius Achimaas.

IOHANNA. Hunc existimant esse IOIADAM Pontificem, qui regem Ioas, interfecta Athalia, constituit,
 4. Reg. 12. 2. Paral. 23. 24.

AZARIAS Zacharias interfectus resistit Ozie Regi Iuda, superbe erumpenti extra vocationem & sacrificare volenti, 2. Par. 26. a Ioas, 2. Paral. 24.

Amarias

Achitob.

Sadoch

Sellum

AARONE AD CHRIST:

HELCHIAS, tempore Regis Iosia,

4. Reg. 22. 2. Paral. 34.

Azarias

SARAIAS, sacerdos tempore captiuitatis Babylonice, interfectus a Nibuchodonosor, 4. Reg. 25.

IOSEDECH
vna abductus in Babylonem, 1. Paral. 6.

ESDRAS scriba, sub Artaxerxe Langimano Ierosol. venit, ac muros vrbis, leges Reipub. & publicum ministerium. Ecclesie instaurauit, 1. Esdr. 7. 8. Neem. 6. 8.

IESVS seu IOSVE
filius Iosedech, vna cum Zorobabele populum Iuda ex Babylone reduxit, & templum ac vrbem Ierosolymam instaurare coepit.

1. Esd. 3. 5. Zach. 3. 6. Agg. 1. 2. Neem. 12.

Ioachim, Iosephus lib. 11. cap. 3.

Eliasib, Nehem. 3.

Ioida seu Iudas

Jonathan, alias Iohannes, fratrem Iesum in templo interfecit.

Ioseph. lib. 11. cap. 7.

B 3

IEDDA,

Iosephus lib. 11. cap. 8.	I E D D A, <i>Neem. 12. seu</i> I A D D V S, <i>Alexandrum</i> <i>magnum, hostili animo ad</i> <i>Ierosolyma cum exercitu</i> <i>accedentem, deprecatione</i> <i>flexit.</i>	Manasse, <i>edificauit</i> <i>Templum in monte</i> <i>Garizim, simile Ie-</i> <i>rosolymitano, Iose-</i> <i>phus lib. 11. cap. 7.</i>
------------------------------	---	---

Lib. 12. cap. 2. 3.	O N I A S Priscus, annis 27.	Manasse.
------------------------	---------------------------------	----------

S I M O N I V S T V S, <i>frater Eleazari. Huius</i> <i>magnificum encomium ex-</i> <i>tat in Iesu Syrac. cap. 50.</i>	E L E A Z A R <i>misit Ptolemæo Phi-</i> <i>ladelpho 72 inter-</i> <i>pretes, Iosephus lib.</i> <i>12. cap. 2. 3.</i>
---	---

O N I A S II.

Simon Iustus

O N I A S pi- <i>us, à fratre pul-</i> <i>sus, 2. Macc. 3.</i> <i>4. 15.</i>	I A S O N seu I E- <i>S V S, fratri Onia</i> <i>eripuit sacerdoti-</i> <i>um, ope Antiochi</i> <i>Epiphaniis, 2. Mac.</i> <i>4. tandem pulsus</i> <i>à fratre, exul, La-</i>	O N I A S, <i>qui & Me-</i> <i>nelaus fra-</i> <i>tri Iasoni</i> <i>sacerdotium</i> <i>eripit, &</i> <i>Antiochum.</i>
---	--	--

I E D D A

plum simile Ierusalem in Ierusalem edificat. Iosephus lib. 13. capite 6.

cedeaone moritur. 2. Macc. 5.

Epiphanem in urbem accersit, qui abolita religione

Iudaica, hor-

rendam vastationem in Iudaea efficit, Sed hic ipse Menelaus, tandem velut fax totius belli, ab Antiocho Eupatore, Epiphanis filio, interfectus est, 2. Macc. 13. 1

Menelao successit ALCIMVS, transfuga & proditor, non natus ex posteritate Iesu filij, Iosedech, sed tamen ab Aarone ortus, 1. Macc. 7. 9. 2. Maccab. 14.

Pastea ab Alexandro rege Syriae IONATHAS frater Iudae Maccabaei, ortus ex posteritate Aaronis, sacerdos constitutus est, 1. Macc. 10. Huic successit frater

SIMON, 1. Macc. 14.

Huius filius

IOHANNES HIRCANVS, 1. Maccab. 16. fuit Sacerdos & Princeps Iudaeorum annis 31. Templum aedificatum in monte Garizim deleuit. Iosephus lib. 13. cap. 16. Samariam euertit, cap. 17.

Filij Iohannis Hircani.

ARISTOBVLVS, primus filius, Antigonus, Alexander — Alexander Iamneus, dra v-

B

Z

B 4

2 SERIES PONTIFICVM

5

bi diadema impo-
suit, fratrem An-
tigonum interfe-
cit. Iosephus lib.
13. cap. 18.

7

rex & sa-
cerdos 27. 9. eo tem-
pore quo
Iosephus lib. 13. Lucullus
cap. 19. 21. in Asia
bellū ges-
sit.

HIRCANVS

sacerdos, varijs for-
tuna vicibus iactatus, donec
tandem anno atatis 80. ab
Herode interfectus est. Vide
Iosephum lib. 14. toto, & lib.
15. cap. 18.

ARISTOBV-

LVS inuasit re-
gnum, captus à
Pompeio, Anno 60.
ante Christum
natum.

Alexandra—
filia Hircani,
nupta Alexandro.

Alexander à
Scipione se-
curo percussus.

Antigonus ab Anto-
nio Triumuiro An-
tiochia interfectus.

Mariamne
vxoꝝ He-
rodis.

Aristobulus Sacerdos constituitur ab
Herode, qui antea, Hircano à Par-
this abducto, Ananelum quendam
ignobilem, sacerdotio pꝛafecerat. Iosephus lib. 15. cap. 2. 3.

Cum Hircanus à Parthis reuersus, & tandem
ab Herode interfectus esset, anno 30. ante natum
Chri-

Christum: deinceps summi sacerdotes pro libidine
Herodis & Romanorum praesidium creati sunt.

IESVS filius Boethi.

Hoc iterum remoro

SIMON filius Buzi, cuius filiam Herodes duxerat, sacerdos constitutus est. Iosephus lib. 17. cap. 12.

Iozarus Boethi, sacerdos fuit tempore nati
Christi, remouetur ab Archelao.

Eleazar, frater Iozari, ab Archelao Herodis filio
constituitur.

Iesus, filius Seae.

Iozarus, Quo remoto

lib. 18. ca. 3.

Ananus, a Cyrenio substituitur.

lib. 18. cap. 4.

Ismael filius Iabi, a Valerio Grato Pontifex de-
signatur anno primo Tiberij Imp.

Eleazar, filius Annae Pontificis.

Simon Camithi,

Iosephus CAIPHAS, tempore ministerij &
passionis Christi, sacerdotio praesuit, creatus a Valerio
Grato Romam decedente, anno 11. Tiberij Imp. Po-
stea remotus est a Vitellio Syriae praeside, & surroga-
tus. lib. 18. cap. 4. 8.

Ionathas, filius Annae.

Theophilus Anni.

Simon Boethi Cantharas, ab Herode Agrippa
constitutus, paulo post remouetur, & restituitur. lib. 19. ca. 5.

Ionathas filius Annae.

Matthias frater Ionathae.

lib. 19. ca. 6.

B 5

Elionius cap. 7.

Hb. 20. cap. 1

Elionius filius Canthara.

Ioseph filius Cami, ab Herode rege Chalcidis, fratre Agrippæ, qui Herodes, à Claudio Cesare potestatem templi & sacerdotum ordinandorum acceperat, Pontifex creatus est.

Hb. 20. c. 11.

Cap. 13. 15.

ANANIAS Nibideus. Hic à Quadrato Syriæ præfide, Romam ad Claudium missus est, ut de seditionibus Iudeorum coram Cesare responderet. Sed beneficio regis Agrippæ iunioris, qui tunc Romæ erat, liberatus, in Iudeam redijt: Hic est Ananias Pontifex, qui Paulo Apostolo infligi colaphum iubet, Act.

23. 24.

Ionathas pius.

Hismahel, filius Siab, à rege Agrippa iuniore Pontifex creatur: Hic Legatus ad Neronem Imp. missus est.

cap. 15.

cap. 16.

Ioseph, filius Simonis.

Ananias, filius Anani Pontificis, Sadduceus, interfecit IACOBVM Apostolum, fratrem Domini Iesus, Dannei filius.

Iesus filius Gamalielis, à rege Agrippa constitutus est.

Cap. 17.

Matthias Theophili, sub quo bellam inter Iudeos & Romanos cepit, in quo Ierosolyma tandem cum tota politia & sacerdotio deleta sunt, anno post Aaronis sacerdotium 1582.

ABACVC, חבקוק Habakuk, amplexator. Propheta amplectens & consolans Iudeos, ne propter euerfio-

euersionem Ierosolymæ, quam à Chaldeis futuram prædicit, frangantur desperatione, sed certa fide expectent liberationem, & aduentum Christi iuxta Dei promissiones.

In sine orat pro Ignorantijs, hoc est, pro hominibus pijs & innocentibus, qui vnâ in Babylonem abducti erant. Eorum fidem erigit & confirmat promissione reductionis ex Babylone, & exemplis priorum liberationum, quæ Patribus ex Aegypto eaductis contigerant.

Comprehendi autem summa totius Prophetiæ Habacuci, vno syllogismo, eiusdemq; solutione potest. Cum enim audirent pie mentes, urbem Ierosolymam, sedem Ecclesiæ Dei, euersum, & Iudæos in Babylonem captiuos abductum iri: hæud dubie duriter eas hæc ratiocinatio excruciauit.

Norma Iustitiæ & veritatis ac prouidentie DEI æterna & immutabilis est, vt pijs bene sit, impijs male, ac vt diuinæ promissiones, immutabiliter seruentur.

Sed in hac vita videmus plerunq; impios & sceleratos florere opibus & potentia: pios opprimi & interfici, vt populus Iudaicus, in quo multi pijs, & vere Ecclesiæ membra sunt, Daniel, & alij, ab impio idolatra rege Chaldæorum vincuntur, & captiu abducuntur, quod prorsus pugnare cum promissionibus diuinis videbatur.

Ergo Deus non est iustus & verax, vel hæ rerum humanarum confusiones prouidentia diuina non gubernantur.

Huius

Huius syllogismi Minor toto primo capite illustrata Interrogationibus, Expositionibus, commemoratione vastitatis à Chaldeis faciendæ, Hypotyposi exercitus Chaldaici, Iconibus, & alijs similitudinibus à reti & piscibus &c. copiose explicatur. Maior autem paucis verbis versu 13. induatur, Mundi sunt oculi tui Domine, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.

RESPONDET autem Propheta in secundo capite primum ad Maiorem. Norma iusticiæ & veritatis diuinæ est, vt promissiones Dei ratæ & firmæ sint, & pii ornentur præmijs, impij verò puniantur, scilicet suo tempore, seu eo ordine & modo, quem diuina sapientia & iusticia in suo verbo sanciuit & expressit. Cum enim hæc vita breuis & inanis umbra sit: Deus, vt illustrior sit ipsius iusticia, præcipuas pœnas & præmia non vult res momentaneas & caducas, sed durabiles & æternas esse. Ideo præcipua præmia & pœnas differt in illam æternam vitam, & hanc æternitatem vult omnes pios intueri, & fide petere ac expectare æterna bona, & cauere, ne incidant in æternam Dei iram & cruciatus nunquam destituros.

Pii igitur etsi in hac vita multiplices dolores & arumnas, & mortem ipsam non minus quam impij sustinent, quia in ipsis quoque heret peccatum, quod Deus agnoscere & aboleri vult: tamen Fide sua viuunt, hoc est, fiducia beneuolentiæ, auxiliij & liberationis

rationis diuine propter Messiam redemptorem promissa se sustentant, & certo expectant vitam, salutem & gloriam eternam, de qua resurrectio Filij Dei, & aliorum sanctorum, & alia miracula in Ecclesia testificantur.

PROMISSIONES verò DEI certo veræ, ratæ & firmæ sunt, sicut sonant, & certo exhibentur bona sicut promissa sunt fide amplectenti promissiones. Nam bona spiritualia & æterna certo & sine vlla conditione & exceptione gratis propter Christum in Euangelio donantur, Rom. 4. Ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio. Habacuc 2. Iustus fide sua viuuet. Ita Daniel, Azarias & reliqui pij in Babylonia captiui, & in lacum leonum, vel fornacem ardentem coniecti, fide viuunt, & promissam salutem & gloriam eternam expectant.

Res vero corporales, vt vitam, defensionem, regnum, libertatem, pacem, liberationem ex morbis, bello, fame, & cætera bona, in Lege promissa, etiam præstat Deus, Sed cum his quatuor conditionibus seu exceptionibus. 1. Pænæ impiorum. 2. Paternæ castigationis & crucis piorum. 3. Non præscribendi Deo certi temporis & modi, quo promissa bona præstare debeat. 4. Non rapiendi bona corporalia proprio arbitrio sine diuina vocatione, vt Zorobabel, Iesus, Daniel, Mardocheus & alij in Babylonia captiui, non excutere iugum regis Babylonici, & Persici proprio consilio debent, priusquam redire in patriam, & instaurare

staurare politiam diuinitus iubeantur. Certo enim visio seu promissio Dei reuelata Prophetis, suo tempore veniet, & tandem liberè ager & non faller. Si autem moram fecerit Dominus expecta eum.

Hæc explicatio Maioris non tantum concionibus Habacuci, verum etiam plurimis alijs Prophetarum disputationibus lucem adfert.

Deinde ad minorem respondet Habacuc, Videmus impios florere, & pios opprimi, scilicet breui momento: Sed iusti in omni æternitate viuunt, & impij æternis pœnis obruentur. Ex tamen certissimum est, Mox etiam in hac vita sceleratos & iniustos horribiliter puniri, & tandem melius fore pijs, vt regnum Chaldeorum impium & idolatricum, quod Israelitas & omnes gentes oppresserat & spoliauerat paulò post, trucidato rege Balthazaro, in conuiuio potante, à Medis & Persis oppressum & dilaceratum est, quam pœnam Regis & regni Babylonicis paulò post secutam, toto 3. cap. amplificatam illustri commemoratione causarum excidij, Propheta exponit: & cap. 4. Iudeis in Babyl. captiuis reditum & liberationem pollicetur. Vixit autem Abacuc ante captiuitatem Babylonicam, annis ferè 100. ante Danielem in lacum leonem coniectum.

Abacuc, martyr temporibus Claudij Cesaris.

ABADON, Apocalyp. 9. Rex locustarum, Angelus Abyssis, Græcè ἄβaddon. Quem Paulus Filium perditionis nominat, 2. Thess 2. à verbo ἄβδν perdidit.

ABA-

ABAL 4, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15.

בעלה Baalah, domina.

ABAMOTHBAAL, oppidum in tribu Ruben,

Ios. 13. Num. 21. במות בעל Banoth Baal, excelsa Baal.

ABANA, flumen Damasco vicinum, 4. Reg. 5. in historia Naaman Syri.

אבנה Abanah, lapis.

ABARIM, montana in regione Moabitarum, supra qua Moses iussu Dei videt terram Israelitis promissam, Num. 27, Deut. 32. 34. Fuit penultima mansio Israelitarum ex Aegypto proficiscentium. Inde enim in campesribus seu planicie Moab, ad Iordanem castrametati sunt. Num. 33. Montis Abarim pars fuit mons Nebo, Deut. 32.

עברים Abarim ab עבר, transit.

—Abaron, frater Iudæ Maccabæi, alio nomine Eleazar. 1. Macc. 2.

Abdai, Leuita, ortus ex posteris Merari, 2. Paral. 29. עברי minister.

ABDAN, filius Disan, nepos Scir, Gen. 36. Ebraice חמדן Hemdan, desiderabilis.

Abdas, episcopus, a Persarum rege Isdigerde interfectus, quod πυρῶν, Templum IGNIS, Idoli Persici, destruxisset. Historiam recitat Theodoretus, & Tripart. lib. 10. cap. 30.

Abdecallas, martyr à Sapore Persarum rege, ob confessionem Christi, capite truncatus est, vna cum

Simone

Simone episcopo Seleucia, & Ctesiphontis Tripar. lib.
3. cap. 2.

Abdehel, pater Selemie, Ierem. 36.

עבדאל, Seruus Dei.

ABDEHEL, filius Hismael, nepos Abraha Gen.
25. אבדאל, Abdeel, nubes Dei.

ABDEMELECH, Aethiops, liberat Iere-
miam ex lacu, Ierem. 38. exemplum beneficentiae er-
ga pios Pastores & Doctores.

עבדמלך Ebedmelech, seruus regis.

ABDENAGO, cognomen Azaria, qui cum
Daniele in literis & artibus Chaldeorum eruditus,
Dan. 1. & praeses Babylonis a Nabugodonosor consti-
tutus est, Dan. 2. postea cultum statuarum a rege in-
stitutum improbens, & in fornacem ardentem con-
iectus, diuinitus seruuatur, Dan. 3.

Te maneat semper seruante Ecclesia Christe,

Inferitosq; ipsi nos tua dextra tegat.

Tres velut in flamma testes Babylonide seruas,

Rex vbi praesentem te videt esse Deum.

עבדנגי Abednego, Ieronimus interpretatur,
seruiens taceo, vel seruus lucis אבדנא.

ABDIAS Propheta, Ebraice עבדיה Obadiah, Seruus Domini. Consolatur Iudam abductum
in Babylonem, promittens ei reductum, & minatur
Idumaeis extremam vastationem. Fuit אבדיהו
Ieremie, & prima pars concionum Abdiae de verbo ad
verbum transcripta est ex Ierem. 49.

Alius

Alius est ABDIAS dispensator domus Achab, qui pavit centum Prophetas, absconditos in speluncis, ne interficerentur à Iezabel, 3. Reg. 19. Huius Abdia relictam vxorem fuisse quidam scribunt, quæ consilio Elisæi à creditoribus liberata est, lecytho olei non deficiente, 4. Reg. 4. Sed textus clare dicit, vnam ex Prophetarum seu ministrorum ecclesiæ viduis iussisse, quibus à maritis morientibus nullæ fere opes aliæ quam grex paruorum liberorum & aris alieni aceruus relinquitur. Alius Abdias visitator Ecclesiarum in Iudæa delectus à rege Iosaphat, 2. Paral. 17. Alius, Leuita præfectus instaurationi Templi sub Iosia, 2. Paralip. 34.

ABDIAE BABYLONIÏ liber de Vitis Apostolorum ante paucos annos editus est, in quo Mattheus consecratis à se virginibus velamen imponit, Iohannes laudat Drusianam, quæ viro non assentiente votum castitatis fecerat. Thomas post mortem apparet & concionatur. Andreas mortuus invocatur &c. quem apocryphum esse, & multa fabulosa continere, nec quenquam veterum eius meminisse, constat.

ABDON, Iudex populi Israel, ex tribu Ephraim, Iud. 12. cuius tempore Troiam à Græcis captam esse anno mundi 2782 pleriq; scribunt. Alius Abdon, consiliarius regis Iosæ. 2. Paral. 34. אבדון famulus. Tempore Decij Imp. Abdon quidam Persa nobilis, Romæ ob confessionem Christi, bestijs obiectus est, quæ cum ipsi parcerent, decollatus est,

ABDON, ciuitas Leuitarum, in tribu Aser.
Iof. 21.

ABEL, filius Adam protoplasti, Fide maiorem
hostiam obtulit Deo, quam Cain, per quam testimonio
diuino pronuntiatus est iustus, testificante de donarijs
ipsius Deo, & per hanc mortuus adhuc uiuit. Ebr. e. 11.
interficitur à fratre Cain, Gen. 4. Matth. 23. Luc. 11.

הַבֵּל *habel*, vanitas, res cito euanescentes. Eccles. 1.

חֵבֶל הַבָּרִים אָמַר קְהֵלֶת חֵבֶל הַבָּרִים

הַכֵּל הַכֵּל *Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes.*

Vanitas vanitatum: Omnia vanitas.

ABEL, oppidum in tribu Nephthalim occupa-
tur à Benhadat rege Syriae, 3. Reg. 15. & postea à re-
ge Assyriae, 4. Reg. 15.

Eadem est Abela Bethmaacha, ciuitas in tri-
bu Nephthalim, in quam confugiens Siba seditiosus,
obsidente Ioab, à ciuibus capite truncatus est. 2. Re. 20.

Alia est Abela vinearum in tribu Gad, trans Ior-
danem, in finibus Ammonitarum, qui ibidem caesi sunt
à Iephte, Iud. 11. Et alia distans quinq; milliari-
bus à Ierusalem versus meridiem & orientem, ut ex Euse-
bio colligi potest. אֲבֵלָא *Abelach* ab אֲבָל *Abal*, lu-
xit, lamentatus est, vel à בֵּרָא *antiqua*.

ABEL magnum, 1. Reg. 6. locus est in agro
ciuis Bethsemitæ, ubi arca, quam Philistæi reduxe-
rant, primum collocata est.

ABELMEVLA, oppidum tribus Manasse

et Jordanem, medio itinere inter Sichem & Iordanem sita, Iud. 7. 3. Reg. 4. Patria Helilæi Prophetæ, 3. Reg. 19. אַבֶּלְמֶחֹלָב AbelmeHolab, luctus egroti.

ABELOITAE, in agro Hipponensi, erant coniuges, nec tamen consuetudine conjugali utebantur, sed puerum & puellam adoptabant, qui mortuis eadem conditione succederent, ut narrat Augustinus ad Quoduultdeum.

ABER Cineus, maritus Iabela, quæ Sisaram interfecit, Iud. 4. אֶבֶר, Heber, socius, amicus.

ABESSAN, Iudex populi Israel ex tribu Iuda, Iud. 12. quem BOAS, patrem Isai, auum Dauidis fuisse, quidam scribunt. Ebraicè אֶבְסָן Ibzan, fortasse à אֶבֶר argilla.

ABGARVS rex Edessenorum in Mesopotamia cuius epistole ad Christum scriptæ exemplar recitat Eusebius lib. 1. cap. vlt.

ABIA, Rex Iuda, filius Roboam ex Maacha filia Absolonis, 3. Reg. 15. insigni victoria aduersus Ieroboam regem Israel potitus est, 2. Paral. 13. Fit eiusdem mentio Matth. 1. 3. Reg. 14. אֲבִיָּה Abiah pater meus Dominus. ABIA, filius Samuelis, 1. Reg. 8. Alius filius Ieroboam, 3. Reg. 14.

Alius, ἐπὶ ὄνυμι & octaua classis sacerdotum, à Davide in 24. vices distributorum. Ex qua ortus est Zacharias pater Iohannis Baptistæ, 1. Paral. 24. Luc. 1.

ABIAHIL frater Mardochei, pater Hester coniugis Assueri, Hester & Alia, vxor regis Roboam, nata ex Heliab, fratre Dauidis, 2. Par. 11. אֲבִיחִיל, patris mei robur.

ABIASAPH, filius Chore, filij Isuar, patris Mosi, Exodi 6. à quo Abiasapho, Samuel Propheta, & Heman musicus, & Chorith seu filij Chora, quorum crebra in Psalmis mentio fit, orti sunt.

אֲבִי־אֶסָפָה pater meus congregans.

ABIATHAR Sacerdos summus tempore Dauidis, filius Achimelech, à Saule interfecti, pronepos Phinees, filij Heli sacerdotis, 1. Reg. 21. 22. 24. 30. 2. Reg. 8. 15. 20. Marc. 2. Hunc à sacerdotio remouit Salomon, propterea quod seditiose Adoniam, contra voluntatem Dauidis, regem creare cupiebat, 3. Reg. 1. 2. Existimatur itaq, alius ab hoc Abiathar esse, cuius mentio fit, 3. Reg. 4.

ABIDA, filius Madian, nepos Abrahe, Genes. 25. אֲבִידָע pater scientie.

ABIDAM, filius Gedeon, princeps tribus Benjamin in deserto, Num. 1. 2. 7. 10.

ABIEL auus Saulis regis, 1. Reg. 9.

אֲבִי־אֵל pater meus Deus.

ABIEZER, filius Manasse, stirps familiae, ex qua natus est Gedeon, Iud. 6. 8. Ios. 17. 1 Paral. 7.


אֲבִיעֶזֶר Abiezer, patris mei auxilium.

Abiezer, princeps tribus Dan. Num. 7. vide Abiezer.

אֲבִיגַיִל ABIGAIL

ABIGAIL, vxor Nabal, quo mortuo, nupsit Dauidi, 1. Reg. 25. 2. Reg. 3. exemplum matronæ ingenio, prudentia & virtute præstantis, *ἡ ἀβιγαὶλ ἡ δαυὶδ*, *ἡ ἀβιγαὶλ ἡ δαυὶδ*. Alia fuit Abigail, soror Dauidis regis, mater Amasæ, interfecti à Ioab consobrino, 1. Paral. 2. 2. Reg. 20.

I S A I



אֲבִיגַיִל Abigail, patris mei exaltatio.

ABILENE, scribunt esse regiunculam inter Libanum & Antilibanum, cui Lysanius præfuerit, Lucæ 3. Plinius lib 5. cap. 19. Abilen Trachonitidi & Pancadiæ, in qua Casarea Philippi sita est, coniungit. Hinc de situ regionis facile potest iudicari.

Abilus, episcopus Alexandriae, temporibus Domitiani, Euseb. lib. 3.

Abimahel, filius Iectan, nepos Heber, Gen. 20.

אֲבִימָאֵל Abimael, pater meus fortis.

ABIMELECH, rex Gerare, Gen. 20. 21. 26.

אֲבִימֶלֶךְ Pater rex. Quia bonus princeps nihil à bono patre differt. Apparet autem fuisse communem appellationem regum istius gentis. Ideo in titulo Psalmi 34. nomen Abimelech tribuitur Achis regi Geth, ad quem fugit Dauid, 1. Reg. 21. Alius

fuit filius Gedeonis, parricida fratrum septuaginta,
Iud. 9. 2. Reg. 11.

Abinadab, filius Saulis Regis, vn̄ a cum patre in-
terfectus, 1. Reg. 31. אבינאדב pater meus sponta-
neus.

ABINADAB, praefectus rei frumentariae
Salomonis in tribu Gad, 3. Reg. 4. אהינאדב AHi-
nadab, frater meus spontaneus.

ABINOË, pater Barach Iudicis, Israëlita-
rum, Iud. 4. 5. אבינועם Abinoam, patris mei
decor.

ABIRON, pronepos Ruben, frater Dathan,
socius seditionis Chore aduersus Moſen & Aaron mo-
ta, vn̄ a cum cæteris hiatu terre absorbetur, Nume.
16. 26. Deut. 11. Syrac. 45. Psal. 106. Alius, filius
Abiel instauratoris Iericho, 3. Regum 16.

אבירם Abiram, pater meus excelsus.

ABISA, mater Ezechia regis, 4. Reg. 18.

Ebraicè אבי Abi, pater meus.

ABISAG Sunamitis, concubina David se-
nis, 3. Reg. 12. אבישאג Abisag, pater meus errans.
Ieronymus Tom. 1. fol. 7. Pater meus superfluus vel pa-
tris mei rugitus.

ABISAI, nepos Davidis ex sorore Saruis
frater Ioab, vnus ex Capitaneis Davidis, 1. Reg.
26., 2. Reg. 23., 2. 16 1. Par. 2. 11. אבישאי Abi-
sai, patris mei oblatio.

ABI-

ABITHAL, vxor Dauidis regis, 2. Reg. 3.

אביטר, pater proiectus.

ABIV, filius Aaronis, Exod. 6. ascendit cum Mose in montem Sinai, Exod. 24. vocatur ad sacerdotium, Exod. 28. interficitur à Deo cum fratre Nadab, Leuit. 10. Num. 3. אביוהוהו pater meus ille.


ABIVD, vnus ex diuisoribus terra Canaan, Num. 34. אהיהודר AHibud, fratris mei decor.

ABIVD, filius Zorobabel, Matth. 1.

אביהודר Abihud, patris mei decor.

ABNER, capitaneus Saulis, eiusdemq; patruelis, 1. Reg. 14 26. interficitur à Ioab, 2. Reg. 3. 2.

אביןר Abiner, pater meus Ner, vel patris mei lucerna.



A bobi, pater Ptolemai, qui fuit gener & parricida Simonis Maccabaei, 1. Macc. 16.

ABRA, ancilla Iudith.

ABRAHAM Patriarcha, decimus à Sem filio Noha, natus est anno mundi 1948. anno post diluuium 292. Nominis rationem exponit Deus ipse

G 4

Gene.

Gene. 17. *hic verbis.* וְהָיָה שִׁמְךָ אַבְרָהָם כִּי אָבִי הָמוֹן הוּא. Et erit nomen tuum Abraham. Quia patrem multarum gentium posui te. Compositum est enim nomen ex tribus dictionibus, אָב Ab, pater. רַם Ram, excelsus. הָמוֹן hamon, multitudinis. Id Rom. 4. enarratur non modò de gente Iudaica, sed vniuersaliter de innumerabili hominum multitudine, quæ omnibus temporibus & locis ad societatem Ecclesie & vite æternæ vocanda erat, cuius pater, hoc est, exemplar & speculum est Abraham credens promissioni de Semine Christo & voci Dei obediens.

Ita Filij Abraham, Iohan. 8. Galat. 3. Matth. 3. Roma. 4. dicuntur, non qui carnali generatione propagati sunt ex Abraham, sed qui sunt ex fide Abrahæ, hoc est, qui credunt PROMISSIONI de Semine CHRISTO, tradite Abraham, (Gene. 12. 22) anno mundi 2023. anno ante natum Christum, 1940. Quæ promissio Gala. 3. Ephes. 1. Acto. 3. Luc. 1. in cantico Zachariæ & alibi enarratur.

Extat autem integra Abrahæ historia in Genesi à cap. 11. 12. vsq; ad 25. Acto. 7. Syrac. 44. Ebre. 11. Luc. 15. 13. 3. etc. Fuitq; nomen Abrahæ, vt Eusebius lib. 9. preparat. Euangelij testatur, etiam apud Ethnicos celebratum. Nam & Hecateus librū Abraham nominatim scripsit, & Alexander Polybistor Abrahamum natum ait decima post inundationē generatione.

tione, in Camarine Babylonie vrbe, quam alij Vrien
 vocant, quod Græcè *ζαλδαίον* sonat, inuento-
 rem apud illos Astrologia, iusticia & pietate tanta,
 vt numini gratissimus, iussus sit ab eo in Phœnicem
 migrare, quam gentem, rationem siderum, aliasq;
 magnas & præstantes artes docuit. Ita facillime regi
 eorum conciliatus est. Nicolaus Damascenus li-
 bro historiarum quarto Damasci Abrahamum re-
 gnasse scribit profectum ex Chaldaea cum exercitu.
 Hinc in Chanaan eam venisse, quæ postea Iudæa dicta
 est, magnamq; sui & diuturnam apud Damascenos
 reliquisse memoriam, villamq; ibi ostendi, quam A-
 brahami domum nuncupent. Cumq; fame Chana-
 nea premeretur, in Aegyptum abysse, congressumq;
 cum Aegyptijs sacerdotibus, multum eis profuisse, &
 ad rerum cognitionem, & ad pietatem, rationemq;
 morum & vitæ. Alexander in Heliopoli vixisse eum
 aliquandiu perhibet, nec professum se Astrologia in-
 uentorem, sed à maioribus suis iam inde ab Enoch
 traditam sibi per manus. Quod Actor. 7. dicitur
 (Posuerunt in sepulchro, quod emit Abraham à filijs
 Emor, filij Sichem) mendum graphicum est. Non e-
 nim Abraham, sed Iacob agrum illum emit, Gen. 33.

ABSALON, filius Dauid, ex Maacha filia re-
 gis Gessuri, interfecit fratrem Ammon, 2. Regum 13.
 mouet seditionem aduersus patrem, 2. Reg. 15. inter-
 ficitur, 2. Reg. 19.

אַבְשָׁלוֹם Absalom, pater pacis.

C 5

Absoma,

Absoma, auus Iechoniae Rechabite, Ierem. 35.
 חבצניה HabZiniab, flos Domini.

Abundius, martyr in Hispanie vrbe Hispali,
 sub Maximiliano Imp. die 10. Decembris.

Abundus, martyr, Aruernus à Fortunato celebra-
 tus lib. 8.

ACATIVS vel ACHATIVS Alexandrinus,
 Dux belli sub Adriano, propter confessionem Christi
 de Nuce arbore suspensus est. Corpus Constantino-
 poli sepultum fuit, Tripart. lib. 5. & lib. 11. cap. vlt.
 Alius fuit martyr hoc nomine sub Decio Imperato-
 re. Alius, Acacius, episcopus Casaree in Palasti-
 na, successor Eusebii Pamphili doctus & eloquens, sed
 Arianis fauit in Synodo Seleuciana & Constantino-
 politana, Tripartite lib. 5. cap. 34. 35. 36. & sequen-
 tibus.

ACC AIM, oppidum Iudaeae, Ios. 15.

אין Kain possessio.

ACCARON, ciuitas Philistinorum, prope Azotum
 in tribu Dan, Ios. 15. 19. 13. 1. Regum. 6. Zach.

9. Celebris Idolo Beelzebub, 4. Reg. 1.

עקרון Ekron, extirpatio, euulsio, ab עקר.

Aceursius, Franciscanus, anno Christi 1219,
 à Saracenis, Sibilie in Hispania, interfectus.

ACEPHALI dicti sunt sectatores Seueri Antiocheni,
 quod sub Episcopis non essent, seu quod nec
 Cyrilli, nec Iohannis Antiocheni auctoritatem seque-
 bantur. Fuit autem Eutychianorum secta, quae vnam

verbi

verbi & carnis assumptæ naturam esse, & corpus Christi non fuisse passum, aut morti obnoxium, sensit, circa annum 500. Nicephorus lib. 18. cap. 45.

Acepsimas, martyr in Persia, Tripax. lib. 3. cap. 2.

Acesius, Nouatianus, Synodo Nicenæ interfuit, cap. 3. lib. 2. Tripart.

ACHAB, septimus Rex Israel, sub quo floruit Propheta Elias, 3. Reg. 16. 17. 18. Mich. 6. Huius filij & posteritas tota interficitur à Hieu, 4. Regum 9. 10.

אָחָב Ahab frater patris. Alius Pseudopropheta, tempore regis Sedechiæ, Ierem. 29.

Achabor, pater Balaam, regis Idumææ, Gene. 36. Alius pater Helmathan, Iere. 26. 36.

אָכָב mus.

ACHAIA, propriè ea regio Peloponnesi est, quæ ab ortu Sicyonia: a meridie, Arcadia & Elide: ab occasu, mari: a borea, sinu Corinthiaco includitur, in qua initium fuit Concilij Achaici, quod in vrbe Aegio congregabatur. Postea omnes regiones, quæ Concilio Achaico se adiunxerant, à Romanis in vna prouinciam redactæ, commune nomen Achiæ sortitæ sunt, videlicet Attica, Beotia, Phocis, Locris, Aetolia, Achaia propriè dicta, Corinthia, vt ex Pausania, Ptolemæo, atq; etiam ex Paulo, 2. Corinth. 9. & Acto. 18. apparet. Acto. 19. 1. Cor. 16. 2. Cor. 1. 11. Romanorum 16. Pausanias pag. 75. Καλόουσι

Ἰὸν

δέ ἄχ ἐμάδ' ὅ, ἀλλ' Ἀχαιῶν ἠγεμόνα οἱ Παρ-
μαῖοι.

Nomen Achae Graecis & Ebraeis est à dolore & afflictione, ἄχ ὅ dolor, ὅ, אָכָה afflictio. Vel Achai ab אָכָה fratres, qui ex Aegypto simul profecti nauibus Peloponnesi partem occuparunt, & vrbi Argos, quae vox Nauem Ebraeis significat, nomen dederunt.

ACHAIA, filius Sebeon, affinis Esau, Gen. 36.
אֶיִךְ Aiah vultur.

ACHAICVS, ciuis Ecclesiae Corinthiorum, legatus ad S. Paulum in Asiam, refert inde primam Epistolam ad Corinthios, 1. Cor. 16.

ACHAN, abnepos Patriarchae Iudae, auarus, rapiens bona Deo consecrata de anathematis vrbis Iericho, lapidatur, Iosuae 7. 22. de quo Prudentius in Psychom.

Viderat & Iericho propria inter funera, quantum
Possit nostra manus, cum victor concidit Achan,
Cadibus insignis, murali & strage superbus,
Succubuit capto victis ex hostibus auro.
Dum vetitis insigne legens anathema fauillis
Mæsta ruinarum spolia insatiabilis hausit.

אָכָה vel Achar עֶכָר vt 1. Paral. 2. nominatur id est, Turbator, Ab hoc dicta vallis Achor, cuius Ios. 7. 11. 15. Ose. 2. Esa. 65. mentio fit.

Achan filius Eser, nepos Seir, Gen. 36.

אָכָאן Akan, anxius.

ACHAZ, decimus quartus Rex Iuda, pater Ezechie, impius hypocrita fuit: qui peruerso zelo varias & tetras Idolomachias coluit, adeo, vt filium in valle Gehennon cremaret. Fuit igitur infelix, & totum ipsius regnum, a Syrijs, a rege Israel, & ab Assyrijs vastatum est, 2. Paral. 28. 4. Reg. 16. Esai. 1. 7. 8. 14. Ose. 1. Mich. 1. Matth. 1. Horologium Achaz. Esai. 38. אָחָז Abaz, apprehendit, possedit.

ACHAZIB, oppidum in tribu Aser, Ios. 19. Iud. 1. aliud in tribu Iuda, Ios. 15. Mich. 1. vide Achzib.

אָחָזִיב Achzib, mendacium.

Achazius venatorum patronus, an & vbi, & quando vixerit, non inuenio, nisi Acacius Alexandrinus sit, de quo paulo ante diximus.

ACHELDEMACH, ager, emtus triginta argenteis Iudæ proditoris, in sepulturam hospitem, Act. 1. Matth. 27.

אָחֵלֶה אֶחֱלֵה AHela fundus, דָּם Dam sanguis.

ACHEM, in Genealogia Christi Matth. 1. ab אָחִיב אֶחֱבִיב surgam, confirmabo, vel ab אָחִיב אֶחֱבִיב fratres.

Achia, parens Respha concubine Saulis, 2. Reg. 3. אִיָּהִי Aiah, vbi.

Achias, Quæstor templi Ierosolymitani, tempore Davidis, 1. Paral. 26.

ACHIAS, filius Achitob, pronepos Heli, sacerdos tempore Saulis, 1. Reg. 14.

אָחִיָּה

אחיה AHiiah, fratris Dominus.

Achile, mons vicinus oppido Ziph. 1. Regum
23. אכילה Habilah, dolor parturientis.

ACHILLAS, initio lector in schola Ecclesie
Alexandrinæ, Euseb. lib. 7. cap. vlt. Deinde episcopus
Alexandrinus, Arium, qui Melety heresin amplexus,
à Petro priore episcopo ex ecclesia pulsus erat, denovo
recepit, vt Diaconi officio fungeretur, Mortuo Achil-
la, cum in petitione episcopatus Alexander Ario præ-
ferretur, Arius dolore repulse motus heresin Arianam
sparsit. Trip. lib. 1. cap. 12.

Achilles quidam à S. Irenæo Valentiam in Hi-
spanias missus ad Euangelij prædicationem, fumo
suffocatus est.

Achilleus, Fl. Domicille eunuchus, sub Domitia-
no Tarracina decollatus est.

ACHIMAAAS, socer Saul, 1. Reg. 14.

Alius fuit filius Sadorh sacerdotis, consilia Absol-
onis prodens Dauidi, 1. Reg. 15. 17. Idem nunciat Da-
uidi victoriam contra Absolon, cap. 18. Alius gener
regis Salomonis, 3. Reg. 4. אחימעץ Achima-
az, frater meus consiliarius, à אץ IaaZ.

ACHIMAN, Gigas, ex posteris Enach, Nume.
13. Ios. 15. Iud. 1. אחימן frater meus donum,
vel subtractor seu potius Arithmeticus à מנח.

ACHIMELECH, Sacerdos tempore Saulis,
pronepos sacerdotis Heli, proponit Dauidi & socijs
panes facierum vescendos, interficitur à Saule, 1. Reg.

21. 22. Huius nepos fuit Achimelech, cuius mentio fit
2. Reg. 8. 1. Paral. 24. Vide seriem summorum sa-
cerdotum initio positam.

אחימלך Achimelech, frater meus rex.

ACHINOE, vxor Saulis, 1. Reg. 14.

Alia vxor Davidis. 1. Reg. 25. 2. Reg. 3. ex qua
suscepit primogenitum Ammon, a fratre Absolone po-
stea interfectum. אחינעם AHinoam, fratris
pulchritudo seu suauitas.

ACHIOR, princeps Ammon, in historia Iudith

5. 6. 14. אחיאר frater illustris.

ACHIS, rex Geth vrbis Philistinorum, ad quem
fugit David, 1. Reg. 21. 27. 29. אכיש aspis.

Achisamech, pater Ooliab architecti, Exod.

53. אחיסמך frater meus sustentauit.

Ahiram, filius Benjamin, Num. 26.

אחירם frater excelsus.

ACHITOB, pater Achimelech sacerdotis à Sau-
le interfecti, nepos Heli sacerdotis, ortus ab Ithamar
filio Aaron, 1. Reg. 14. 21. Alius est Achitob, pater
Sadoch sacerdotis, decimus ab Aaron, ex filio Elea-
zar, 1. Paral. 6. 3. Reg. 8.

אחיטוב frater meus bonus.

ACHITOPHEL, natus in oppido tribu Iu-
da, Gilon, Consiliarius Davidis perfidus, η̄̄ κακῆ
βελῆ τῆς βελουσσουτι κακίῃ 2. Reg. 15. 16. 17.
1. Paral. 27. vel 28.

אחיתופל

אחיתופל AHitophel, frater meus irruens.

A CHO, vrbs in tribu Aser, quæ Ptolemæis deinceps appellata est, Iud. 1. אכור Acco.

Achobor, pater Balanan regis Idumææ, Gen. 36. אכבור mus. Alius consiliarius regis Iosia, 4. Reg. 22.

A CHOR vallis fertilissima & amœnissima prope Hiericho, in qua Achan lapidatur, Iosua 7. Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac, ab אכר Achar, turbavit, Ose. 2. Esai. 65. Iosu. 11. 15.

A CHS AP H, vrbs, cuius regem Iosua deuicit, Iosu. 11. postea in tribum Aser inculit, Ios. 19. long. 67. 3. lat. 35. 5.

אכשף incantator, magus.

A CHRON, oppidum tribus Dan. Ios. 19.

עקן, vide Accaron.

A CH ZIB oppidum tribus Iuda, Ios. 15. Mich. 1. כתני אכזב לאכזב למלכי ישראל, Domus Achzib (mendacij) mentitur regibus Israel.

Aciselus, martyr Cordubensis celebratus à Prudentio אכיסילוס, Hymno 4.

Acontius Romanus. apoplecticum sanasse scribitur à Gregorio magno, recensetur inter Confessores.

A CR AM, oppidum tribus Aser, Ios. 19.

עכרון Ecron, turbatio

A CZIB A, oppidum in tribu Aser, Ios. 19. Iud. 1.

אכזיבא Achzibah, mendacium.

A D A, vxor Lamech primi bigami, Gene. 4.

Alia vxor Esau, Gene. 36.

ערה Adah, ab ornatu seu mundo muliebri.

ADAD, Rex Idumæe, Gene. 36. Alius natus in familia regia gentis Idumæe, quam à Dauide subactam vindicare conatus est, moto aduersus Salomonem bello, 3. Reg. 11.

הדר hadad, celeuma, vel dilectus.

ADAD, filius Hismael, Gene. 25.

הדר Hadar, triclinium.

ADADA, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15.

הרעה ornata.

ADADEZER, rex Zoba in Syria, à Dauide victus, 1. Paral. 38. 2. Reg. 8. 11. הרעהזר Hadadezer, dilectum auxilium. Ieronymus reddidit, decorum auxilium. Scribitur autem verbum, quod decorare significat, per Res in fine הדר hadar.

ADAM, primus Homo, stirps & radix totius humani generis, in quatuor mundi plagas, quæ quatuor literis nominis אדם apud Græcos significantur ἀνθρώπων, δύο, ἀρκτον μεσομῆρας propagati: Initio mundi, ad imaginem Dei, ex puluere terre (quæ אדם Ebraeis, vt latinis HOMO ab Humo dicitur) à DEO creatus, qui non minore miraculo, quotidie ex gutta sanguinis fragillima (in alio foemine) format rationalem Hominem, & tantam varietatem membrorum, materiâ, figurâ, qualitatibus, locis, functionibus, vsibus &c. distinctam.

D vt verè

vt verè μικρόισμῳ, HOMO possit appellari. Gen. 1. Act. 17. Typus & exemplum futuri Adami CHRISTI. Vt enim ille principium & fons est vite animalis, peccati, mortis & eterne perniciæ in totam posteritatem deriuatæ: ita hic fons & radix vite spiritualis, iusticiæ, salutis & Gloriæ æternæ, in omnia membra corporis Ecclesiæ, Christo capiti fide inserta, emanantis. Rom. 5. 1. Cor. 15.

Conditus est autem Adam protoplastes, de rudi terra & adhuc virgine, manu DEI, ante posteriorum Adamum Christum, omnia recapitulantem, ex Maria virgine natum, anno 3962. Vixit cum filio Seth 800. nepote Enos 695. pronepote Caiman 605. abnepote Mahaleel, 535. trinepote Jared 470. cum Enoch 308. cum Mathusalem auo Noha 243. cum Lamech patre Noha 56. Tandem completa periodo vite mortalis, climacterico ætatis 133. qui fuit annus Lamechi patris Noha 56. ante natum Noha 126. decessit.

Quod autem Ios. 14. Adam maximus inter Enachim in Hebron situs esse scribitur: apparet nomen Adam appellatiue reddendum fuisse, non de primo homine, sed de Arbee, qui fuit Adam, id est, homo maximus seu princeps potentissimus inter Enachim qui viciniam illam tenuerunt.

ADAMANTIVS, qui & Origines, Euseb. lib. 6. cap. 11. Alius fuit medicus Iudæus, qui cum cæteri

ceteri Iudæi Alexandria pellerentur, Christianum se fore professus est, Trip. lib. 11. cap. 11.

ADAMI, oppidum tribus Naphthalim, Ios. 19.

ADAMIANI, exemplo Adæ & Euvæ ante lapsum, nudi conveniunt in templis ad conciones & sacramentorum administrationem. Tetriores Adamitas recitat Theodororus à Carpocrate ortos, qui vxoribus promiscuè vtuntur.

ADALBERTVS, episcopus Pragensis, Boleslaum Poloniæ regem ad fidem Christi conuertit, postea propagans euangelion in Prussia, interfectus est, temporibus Ottonis III. Imp.

ADAR, Mensis Iudeorum duodecimus, respondens ferè nostro Februario, Hesth. 3. 8.

Die decima tertia mensis Adar, Iudas Maccabeus insigni prælio vicit Nicanorum ducem Demetriy, regis Syriæ, 1. Macc. 7.

ADAR, oppidum in finibus Iudæe, & Arabiæ Petræe situm inter Cades & Chasmonam. Nume. 33. Ios. 15. Iud. 1. אדר excelsus, emineus.

ADARSA, oppidum in tribu Ephraim, inter Antipatrida, & Bethoron, prope quod Iudas Maccabeus Nicanorem cecidit, 1. Macc. 7. vbi in Græco fonte, locus nominatur ἀδασα, pro quo latinus interpret, Adarsa, & paulò post, Adazer, posuit.

ADASA, oppidum Iudæe, Ios. 15.

הדסה Hadasih, noua.

ADAVCTVS, Phrygiæ præfectus, ob con-

feſſionem fidei Chriſtiane, cum toto oppido igne crematus eſt, iuſſu Diocletiani Imp. Euseb. li. 8. ca. 11. Alius fuit Adauctus frater S. Felicis, Nole natus, qui sub eodem Diocletiano, vna cum fratre decollatus est.

Addi, filius Coſam, in Genealogia Chriſti Luc. 3.

יָוָן ornamentum, mundus muliebris.

Addo, auus Zacharie Prophetæ. יָדוּן Iddo, testimonium eius.

ADDO Prophetæ tempore Salomonis & Ieroſoam 2. Paral. 9. 12. 13. Alius, pater Abinadab, præfecti Salomonis, 2. Reg. 4. יָדוּן Ieddi, testis.

ADELARIVS, episcopus Erphordienſis, comes fuit S. Bonifacij, propagantis euangelion in Franconia, Haſſia, Thuringia, Friſia, temporibus Carolomanni regis, patrui Caroli magni, circa annum Chriſti 740.

Adelgundis, Abbatiffa Viuiacenſis in Gallia.

ADELHEIDA, filia Rodolphi regis Burgundie, vidua Lotbarij Italiæ regis, coniunx Ottonis I. ex qua ſuſcepit Ottonem II. Imp. mortua eſt anno Chriſti 1000.

Adeinda, ſoror S. Hildegardis, filia Hildebrandi Ducis Sueviæ, conditrix cœnobij Buchaugienſis prope Bibracum Sueviæ.

Adelphus, Cordubæ ob confeſſionem fidei Chriſtiane interfectus eſt.

ADEODATVS, miles Dauidis, interfecit Goliath

Goliath Philistæum, 2. Reg. 21. Ebraicè אל חנן
El Hanan, à Deo donatus.

ADIABENORVM regina Helena scribitur tempore famis, sub Claudio, erga Iudæos benefica fuisse, Eusebius lib. 2. cap. 12. Iosephus lib. 20. cap. 2. Adiabenen Ptolemæus inter Assyriæ regiones recenset lib. 6. Quidam eandem esse cum Mesopotamia tradunt, quorum sententia cum Iosephi enarratione congruit.

Adiada, munitio, edificata à Simone fratre Iudæ Maccabæi, 1. Macc. 12.

Adihel, pater Hasmoth, qui fuit supremus questor Davidis, 1. Paral. 27. ערואל Adiel, ornamentum Dei.

ADITHAIM, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15. ערותים cætus.

Adiutus, Franciscanus, cum alijs quatuor fertur à Sarracenis ob prædicationem Euangelij interfectus esse, circa annum 1220.

Adocimus, proprium nomen, quod ante baptismum S. Christophorus habuisse fertur, de quo infra.

ADOMIM, mons & oppidum in tribu Benjamin, non procul ab ostio Jordanis in mare mortuum influentis, Ios. 15. 18. 3. אדומים Adumim, homines, vel sanguines, à latrocinijs.

ADONAI, vnum ex nominibus Dei, quod latinis significat Dominum Regentem familiam vel rempublicam, velut basin & columnam reipublicæ.

Inde factum est, ut vbiq; in Ebr. eo legitur nomen Dei proprium, Iehouah, in latina versione legatur Dominus. Nam Iudei superstitione quadam, vel reuerentia nominis diuini vbiq; occurrit Iehoua, legunt Adonai. אדון Adon Dominus. In plurali אדונים Adonim Domini. אדוני Adoni Dominus meus. אדוני Adonai, Domini mei. Ponitur enim pronomem affixum plurale, loco singularis, ut mysterium plurium personarum in vnitae essentia diuina significetur.

ADONIAS, filius David regis, 2. Reg. 3. inuadit regnum viuente adhuc patre, 3. Reg. 1. interficitur iussu Salomonis fratris. 3. Reg. 2.

אדניה Adoniah, compositum ex אדון Adon et יהוה Iah seu Iehouah. Dominus Iehoua.

ADONIBEZECH, rex Bezech in tribu Iuda, Iud. 1. אדניבוץ Dominus Bezech.

ADONIRAM, summus Quaestor regis Salomonis, 3. Reg. 4. 5. אדנירם dominus excelsus.

ADONIS, ita vertorunt vocem תמוז Thammuz Ezech. 8. qua Lutherus existimat Bacchum significari. De Adonide Veneris amasio primo etatis flore precepto, & in florem conuerso Onidius lib. 10. Metamorph. & Erasmus in adagio, Horti Adonidum: & Augustinus de ciuitate Dei sol. 52, Iudei fingunt Thammuz fuisse Prophetam Idoli, quem a rege Babyloniorum interfectum desleant omnia Idola.

Idola conuenientia Babylone, prima die mensis Thamus, cui respondet noster Ianus.

ADONIZEDECH, rex Ierusalem, a Iosua interfectus & suspensus, Ios. 10.

אדוניזדק AdoniZedek, Dominus iusticia.

ADRACH, Zach. 9. existimatur Syriæ cognomen esse חדרך Hadrach, triclinium, vel ab חדרה bularis, רך tener.

ADRAMELECH, filius & parricida Sennacherib, regis Assyriorum, Esai. 37. Item, Idolum Sepharu eorum, 4. Reg. 17. אדרמלך Adramelech, magnificus seu terribilis rex, vel potentia regis.

ADRAMYTIUM, vrbs Misiæ inter Troadem & Ioniã sita, vicina Antandro pene e regione Mitylenes. Est & insule nomen in mari Lycio, vt Stephanus de vrribus testatur. Naui Adriamytina imponitur Paulus, Acto. 27.

ADREMMON, Zach 12. oppidum est vicinum vrbi Ierxeel & Mageddo, propè quod rex Iosias interfectus est. Ieronimus scribit suo tempore, Maximianopolin vocatum esse. Ebraice הדרדמון hadradimmon, Quam vocem LXX. verterunt ῥοῶνα, locum consitum arboribus malorum granatorum, a רמון. Alij eiulatum seu celeuma vertunt.

ADRIA, vrbs Italiæ infra Venetias, propè Padum sita. long. 33. 10. latit. 44. Hec mari Adriatico, quod Italiam ab Illyrico dirimit, & à Cerau-

nijis montibus introrsum Venetias vsq³ penetrat, nomen dedit. Nam exterior pars circa Epirum, mare Ioniam vocatur. Sed Strabonis & Pauli aetate, toti illi mari, Adriæ appellatio tributa est, Acto. 27. sicut Ptolemaeus etiam lib. 3. Geographiæ, Orientale Siciliae latus mari Adriatico allui scribit.

ADRIANVS, militum præfectus, qui cum Maximinus Imp. Nicodemie iussisset 33. Christianos capi & torqueri, miratus constantiam et alacritatem eorum, suum quoq³ nomen ascribi in catalogo torquendorum petijt. Captus autem, & à coniuge Natalia ad constantiam in confessione & perferendis supplicijs inflammatus, martyri coronam adeptus est, celebratur die 4. Martij. Alius Adrianus, eodem tempore fuit Aegypti præfectus, qui Philemonis & Apollonij martyrum, quos Diocletiani iussu excarnificabat, constantia motus, ipse quoq³ Christianam fidem amplectens, paulò post insutus culeo in mare proiectus est. Adrianistæ, secta Simonianorum apud Theodoretum.

ADVLAM, vrbs in tribu Iuda, Ios. 15. Vide Odollam.

ADVRAM, filius Iectan, nepos Heber, Gen. 10. הדרם hadoram, etas eorum.

Alius questor Regis David, 2. Reg. 20. & Roboami, 3. Reg. 12. אדרם Adoram, magnificus.

ÆGIDIVS, natus Athenis, profectus in Galiam, in initio eremita, postea archiepiscopus Rotomagensium

gensium fuit tempore Caroli Martelli, circa annum Christi 715.

AEGYPTVS nota regio Africae, ab ortu sinum Arabicum, seu mare rubrum & Arabiae partem: à meridie, AETHIOPIAM: ab occasu Libyam: à septentrione mare Mediterraneum attingens: per quam mediam Nilus labitur. Distributa fuit in Nomos seu praefecturas. Ex his Taniten & Heliopoliten, Israelitis concessas esse, & in Genesi terram Iessen vocari existimant.

EST autem EDUCTIO POPVLI ISRAEL EX AEGYPTO per mare rubrum & desertum, in promissam terram Canaan, facta anno mundi 2453. vnum ex precipuis & maximè admirandis operibus Dei & testimonijs diuinæ patefactionis, & imago futurae & aeternae liberationis omnium piorum, qui per Christum ex peccati, legis, Diaboli, & inferni captiuitate liberati, per mare Baptismi, per desertum huius mundi, & per mortem, introducuntur in promissam hereditatem caelestem. Psalm. 94. Ebræ. 3. 4. 11. Ezech. 20. Ac meminit huius profectiois ex Aegypto etiam Strabo, lib. 16.

Nostro tempore Aegypti regnum Turcico Imperatori paret, & à Selymo, patre Solymanni primum occupatum est, cæso Campsone Sultano ad Singam fl. in Syria, anno 1516. die 26. Augusti, & paulò post Tomumbeio, qui Campsoni successerat, ad portam vr- bis Alcairi, strangulato, anno 1517. die 13. Aprilis.

Aegypti metropolis est, Acaim, seu Memphis, in qua hodierno die templum & crypta ostenditur, ubi Maria virgo, Herodis seuitiam effugiens, cum infante Christo lauerit, Matth. 2. Abest autem Memphis, (cuius longitudo 61. 50. latit. 29. 50.) ab oppido Bethlehem, circiter 57. miliaria germanica. In hac profactione Mariam & Iosephum, decem aut duodecim dies consumere, & per Idumæam, seu Arabiam Petræam plenam latronum, iter facere oportuit, in quo tamen mirabiliter eos Filius Dei comes itineris defendit, sicut ante annos 1510. populum Israel per eadem loca iter facientem, nube & flamma protexerat. Et sicut eodem tempore, quo Maria in Aegyptum concessit, sanctam anum Elizabeth, cum Iohanne Baptista infante fugientem trans Iordanem, in spelunca montis aliquantisper abscondit, & umbra matris sue protexit.

SERIES MUTATIONUM
IN TERRA MIZRAIM,
seu in regno AEGYPTI præcipuarum à tempore Diluuij
vsque ad nostram
ætatem.

AE G Y P T V S.

43

- Anno mundi. 1820. MIZRAIM filius Cham, nepos No-
ha, primus aegypti Rex anno 146. post Di-
lucium: a quo aegyptij in hodiernum vsq₃
diem se Mizri nominant, Gen. 10.
2238. IACOB Patriarcha in Aegyptum ad
filium Ioseph migravit, Gen. 46.
2453. EXITVS Israelitarum ex Aegypto, cu-
ius rex eo tempore Pharaon Chencres, in
mari rubro submersus est, Exod. 14.
- Sequentium Regum series vsq₃ ad Camby-
sem Persam, in Eusebio, & Euter-
pe Herodoti recensetur.
3440. CAMBISES, Psammenito postremo
rege capto, Aegyptum occupat, Herod.
lib. 3.
3480. XERXES Aegyptum recepit cum tri-
ennio ante a Persis defecisset lib. 7. Herod.
Aegyptij a Persis deficiunt, anno 8. Darij
Nothi, & 64. annis proprios reges habue-
runt vsq₃ ad Nectanebum II. Quo pul-
so, Ochus Aegyptum recepit.
3632. ALEXANDER MAGNVS
Aegyptum occupat, & urbem ALEXAN-
DRIAM condit. Inde Ptolemei eam te-
nuerunt vsq₃ ad AVGVSTVM Caesarem,
qui Cleopatra & Antonio victis, Aegyptum
populi Romani Prouinciam fecit.

Postea

- Postea in ROMANORVM CAESARVM potestate mansit annos 730.
- Anno Christi. 703. Excussis Romanis CALIPHAS Saracenorum rex, eiusq; posteri, in Aegypto regnarunt annis 450.
1153. SARRACO Hyrcanus, Sultani Syriae praefectus, à postremo Calipha aduersus Almericum Ierosolyma regem, in auxilium vocatus, oppressis Caliphis, regnum Aegypti cum posteris tenuit annis 100.
1187. SALADINVS Sarraconis ex fratre nepos Ierosolymam Christianis eripuit. MAMALVCHOS primus instituit, quibus nomen est à מלך circumcisio, לקח accepit, nam ex Christianis parentibus nati, accepta circumcisione Mahometisimum professi sunt.
1229. Fridericus II. Imp. Ierosolymam pactio- nibus certis à Sultano recepit.
1248. MELECHSALA qui Ludovicum IX. Galliae Regem ad Damiatam cepit: à Mamaluchis interfectus est. Et successit TVRENEMINVS Mamaluchus.
1268. Bendocader Antiochiam Christianis eripuit.
1291. Melech Vstrephus Ptolemaide occupata Christianos ex tota Palestina eiecit.

Anno
Christi,
1494.

CAITBEIVS, qui Baiazetis Turcarum Imp. exercitus in Cilicia profligavit.

1516.

CAMPSON Aegypti Sultanus à Selyno Turcarum Imp. in Syria occisus. Tonumbeius postremus Aegypti Sultanus à Selyno victus, & Alcairum occupatum est,

1517.

ac tota Aegyptus in Turcarum potestatem venit, Die 17. Januarij.

ÆG Y P T I I illius, qui tempore Felicis, praesidis Iudææ, seditionem movit, & 4000. sicariorum in desertum eduxit, (Acto. 21.) historiam recitat Iosephus lib. 20. cap. 6.

Æ L I A, vrbs Ierosolyma, ab Aelio Adriano Imp. qui eam à Vespasiano eversam rursus condidit, dicta est, vt Dion in vita Adriani refert.

Æ M I L I A N V S, martyr in Thracia sub Iuliano Imp. crematus est, Trip. lib. 6. cap. 16.

Alius fuit medicus in Africa, ab Honorico rege Vandalorum Ariano, interfectus.

Æ N E A S Paraclyticus, sanatur à Petro, Actorum 9. ἀνείας, vir laude dignus, ab ἀνέω, vel ab אָנָו miser, afflictus.

Aeneæ Gazæi eruditus Dialogus de natura & immortalitate Animæ & corporum resurrectione extat Tom. 8. Bibl. S. P.

Æ N O N, oppidum in ripa Iordanis situm, paululum

Paululum infra mare Tiberiadis, è regione ostij Iacob fluij in Iordanem se exonerantis, ad quod situs est locus Phanuel, vbi Iacob cum Angelo luctatus, inquit se vidisse DOMINUM facie ad faciem. In Aenon Iohannes baptiz. at, Iohan. 3.

ÆTHIOPIA, amplissima regio Africae, complectens fere totum spacium inclusum duobus Tropi- cis, Cancrì & Capricorni, vsq; ad gradum longitu- dinis 74. ab æthi splendeo, ardeo; ò aspectus, fa- cies. Tota enim Zonè torride inclusa est. Hodie Nu- bia, vndè Patester Johansland.

Ebraice Terra WED Cus, à filio Cham dici existi- matur, Gen. 10. 2. Esa. 19. 20. Ezech. 29. 30. 38. Ier. 13. Judith 1. 2. Paral. 14. Num. 12. Sed in citatis lo- cis plerisq; non Aethiopiam illam meridionalem, sed regionem Aegypto, mari rubro, & Palestine finiti- mam in Arabia significari manifestum est.

Semina Euangelij in Aethiopia primum sparsa esse existimantur ab Eunucho Candacis regine, quem Philippus Euangelista baptizauit, Actor. 8. Deinde in Aethiopia Euangelion docuit, & Ecclesias consti- tuit Mattheus Apostolus: quarum nunc quoq; reli- quias superesse sub imperio Prategiannis seu Belul- gianis, eiq; circiter quadraginta Aethiopiae regna pa- rere, & Christianam religionem amplecti, scriptores affirmant, ac de fide, Religione, moribus Aethiopum nostra etate vsitatis Damiani à Goes libellus lectu di- gnissimus extat.

Aerius, Ary, & Encratitarum dogmata ample-
xus esse scribitur.

AETIVS Antiochenus, acerrimus propugnator
hereseos Ariane, dissimilem patri filium, & ex non
extantibus factum esse contendit, ideog, אֵתִי
dibus, fuit praeceptor Eunomij, Trip. lib. 5. cap. 13. 19.
32. 34. 36. 39. 42.

A F E G, oppidum in tribu Aser, Ios. 19. vide
Apheg.

A F F A R A, oppidum tribus Benjamin, Ios. 18.

פֶּרֶז Parah, crevit, fructifera

A F R I C A, tertia pars orbis, ab Europa fredo
Herculeo ab Asia mari rubro sciuncta, cuius, Africa
proprie dicta, pars est, quam describit Ptolemæus
lib. 4. cap. 3. Scribunt dictam esse Aphricam ab
Apher nepote abrahe, Gen. 22. cuius rei testes citat
Ieronymus Alexandrum Polyhistorum & Cleode-
mum. אֶפְרַיִם puluerulentus. Sed Esai. 66. Na-
hum 3. Ebraeam vocem פֹּרֶז Phut, Aphricam reddi-
derunt.

A F R I C V S, ventus, spirans ab occasu brumali,
west sudewest, Actor. 27. Esai. 21.

A G A B V S, Propheta, prædixit famem, qua sub
Claudio Imp. secuta est, Actor. 11. prædicat Pauli
captiuitatem, Acto. 21. Agabus, altus, sublimis, אֲגָבָה.
Alius fuit episcopus & martyr in Numidia,
sub Valeriano Imp. interfectus.

A G A G, rex Amalechitarum, capitur à Saule,
& in-

Et interficitur à Samuele, 1. Reg. 15. vt prædictum erat, Num. 24. **AN** scribunt significare rectum.

Agapa, virgo, martyr sub Diocletiano

Agapetus, pius Episcopus Romanus tempore Iustiniani Imp. Alius Diaconus S. Sixti, sub Decio interfectus. Alius, episcopus Sinnadensis in Phrygia, Trip. lib. 11. cap. 3.

AGAR, ancilla Abrahæ, Gene. 16. 21. 25. mater Ismaelis, vna cum filio eiecta ex domo Abrahæ, fuit imago Legis seu veteris Testamenti, cuius filij non sunt heredes vitæ æternæ, Gal. 4. Ab hac stirpe, posterij Ismaelis nominati sunt **AGARENI**, incole Arabiæ, quorum mentio fit, 1. Paral. 5. Et Psal. 82. Et apud Zonaram Tom. III. in vita Anastasij. In hac regione collocat Ptolemæus Saracenos, quia nomen à Sara libera habere maluerunt, quam ab Agar ancilla. **אגרת** Hagar per Heth, Cingulum, perizonia. **אגרת** Hagar per He, peregrina, à **אג** peregrinatus est.

AGATHA, virgo Catanensis, Sicula, anno CHRISTI 253. die 5. Februarij, sub Decio Tyranno varijs tormentorum generibus lacerata, inter ipsos cruciatus risu & festiuis sermonibus singularem animi leticiam spectatoribus indicauit. Cum ad carceres duceretur, leta ad Deum exclamauit: Nisi corpus meum feceris à carnificibus tuis bene contrectari, non potest anima mea cum palma ad Paradysum introire. Sicut granum, si non exutum fuerit theca sua, & in

& in area fortiter percutiatur, non reponetur in horreo, &c. celebratur à Fortunato lib. 4. & 8. ἀγαθῶν, bona, proba.

AGATHON, Eremita, cuius insigne illud dictum celebratur: Nullum esse laborem difficiliorem, quam recitare precationem: scribitur sapiens ad intelligendum, impiger ad laborandum, parcus in cibo & vestimentis fuisse, nec vnquam obdormiuisse habens aliquid aduersus quenguam, nec dormire permisisse habentem aliquid aduersus se. Iracundum enim & vindictæ cupidum hominem, etiamsi mortuos excitaret, Deo gratum fore negabat. Obijt die 7. Decembris. Alius fuit Agathon, martyr Alexandrinus.

AGATHONICA, Pergami martyrio coronata est, vt refert Eusebius, lib. 4. cap. 15. in quo Polycarpi Smyrnæi episcopi martyrium describit.

Aganenses martyres legionis Thebanæ sub Maximiano Imp. ad Aganum urbem valesiæ ad Rhodanum casere, cuius dux fuit S. Mauricius.

AGELIVS, Nouatianorum episcopus 40. annis, à temporibus Constantini vsque ad sextum annum Theodosij, Trip. lib. 5. cap. 31. lib. 7. cap. 20. lib. 9. cap. 36.

AGGAEVS Propheta, ἄγιος ἁγῶν, ἐοικὼς ἁγῶν, festum celebrans. Concionatur enim de ornando festo, de adificatione Templi & conseruatione ministerij

sterij Ecclesia, post reditum ex Babylone. Floruit initio Darij Hystaspis, ante Christum natum annis 500. 1. Esd. 5. 6. In PRIMO capite, De inuanda edificatione Templi, & benignè ac liberaliter tuendo ministerio Euangelij præcipit, & pœnas denunciat auaris, qui nihil ad inuandam Ecclesiam conferunt. Simul etiam ostendit, Deum aliquos Heroas exuscitare, qui Ecclesiam inuent, & verbum Dei ament. In SECVNDO, Concionem de CHRISTO instituit, qui in Templo illo docturus, & miracula editurus sit. Adhuc vnum modicum est, (post paucos annos circiter 500.) & ego commouebo cœlum & terram, (exhibebo admirandum opus supra naturæ ordinem, videlicet copulationem cœlestis seu diuinæ, & terrenæ seu humanæ naturæ in Filio Dei) & veniet Desideratus cunctis gentibus, (Christus, in quo omnes gentes per fidem benedicende sunt) & implebo domum ista gloria (quia Messias in eo docebit & miracula edet. Deinde monet omnia Iudæorum sacrificia & opera polluta esse & displicere Deo, quia non ex vero corde per fidem sanctificato proficiantur. In fine concludit promissione de Christo, cuius typus fuit Zorobabel, ex quo Christus secundum carnem natus est, Atq; ita promissionem Dei obsignauit.

In titulo Psalmi CXI. latina versio habet, Alleluia reuerſionis Aggei & Zachariae. Sed in Ebraeo
solè

sola vox Alleluia, tituli loco ponitur, nec vlla Aggai mentio fit, sicut etiam Psal. 147. 148.

AGGI, filius Gad Patriarchæ, Gene. 46. Num. 16. אגגי Hagi, festum meum.

AGITH, vna ex vxoribus Davidis, mater Adoniae, 2. Reg. 3. 3. Reg. 1. אגית festiua, solennis.

AGNES, nobilis virgo Romana, martyr, passa anno etatis 13. quæ & casti pudoris decus & piæ confessionem Euangelij inter seuos cruciatus, & multa miracula constanter retinuit, quæ des. ripserunt Prudentius & Ἐπιφάνιος ultimo & Ambrosius in Prefatione libri de Virginitibus. Item, De officijs lib. 1. cap. 41. August. de vita eremitica ad sororem cap. 25. ἀγνή, id est, casta, pudica.

AGNOETAS Nicephorus lib. 18. cap. 50. docuisse scribit, Deum quidem verbum omnia nosse. Humanitatem vero, secundum subsistentiam ei vnitatem, permulta ignorare. Sed eodem in loco Arianae sectæ riuum esse Agnoetarum heresin dicit, qui Filium patre minorem esse inde probarint, quod diem & horam iudicij ignoraret. Non igitur humanam tantum Christi naturam, sed alteram quoque humanam priorem, iudicij diem nescire, ex Marc. 13. Matth. 24. Ideoque patre minorem esse, contendisse videntur.

Hos Gregorius lib. 8. Ep. 42. refutans, ait: Pater solus dicitur scire diem iudicij, quia consubstantialis ei Filius, ex eius natura, quæ est super

Angelos, habet, ut hoc sciat, quod Angeli ignorant. Vnde & hoc intelligi subtilius potest, quia incarnatus vnigenitus, factusq; pro nobis homo perfectus, in natura quidem humanitatis nouit diem & horam iudicij: sed tamen hunc non ex natura humanitatis nouit. Quod ergo in ipsa nouit, non ex ipsa nouit: Quia DEVS & Homo factus diem & horam iudicij non nisi per deitatis suae potentiam nouit: Diem ergo & horam iudicij scit DEVS & Homo. Res autem valde manifesta, est: quia quisquis Nestorianus non est, Agnoeta esse nullatenus potest. Nam qui ipsam DEI sapientiam fatetur incarnatam: qua mente valet dicere, esse aliquid, quod DEI sapientia ignoret.

AGRIPPA, filius Herodis Agrippae, anno post patris obitum 5. aetatis suae 22. Christi 61. a Claudio Imp. Rex Chalcidis constitutus est, & Praefectus Templi & Sacerdotum creandorum, sub quo Ierosolyma a Tito Vespasiani filio euersa sunt. Coram Agrippa causam dixit Paulus captiuus, Acto. 25. 26. Obijt Agrippa anno Christi 78. anno post excidium Ierosolyma quinto.

Agrippa, ager pedibus, vel agere partus, qui nascens ex aluo matris pedibus primum prodit.

AGRIPPINVS, Alexandriae episcopus. Euf. lib. 5. cap. 9. & sequenti cap. 10. de Academia Alexandriae ecclesiae adiuncta.

AHAIATH, 4. Reg. 16. In Ebræo עַיִן אַיָּה. Vnde postea in eodem capite nominatur Eua. Sed qui populus aut quæ regio sit, nondum inueni. Verum Syriæ partem esse consentaneum est.

AHENREMMON, Duo oppida in tribu Iuda prope Gerara, Ios. 15. 19. 21.

עַיִן oculus. רַמּוֹן malum punicum.

Ahia, scriba regis Salomonis, 3. Reg. 4.

אֲחִיָּה, frater Domini.

AHIAS, Propheta, Silonites, desert Hieroboamo Regnum decem tribuum, 3. Reg. 11. 2. Para. 9. 10. eidemq; Idolatriæ mortem filij & excidium familie prædicit, 3. Reg. 14. אֲחִיָּה AHiab, frater Domini.

AHIASAR, præfectus prætorio Regis Salomonis, 3. Reg. 4. אֲחִישָׁר frater meus princeps.

AHIALATH, vrbs sita ad littus maris rubri, in finibus Idumææ, 2. Paral. 20. 8. vide Ahila, & Haila.

AHIALON, oppidum in tribu Dan. Ios. 19. 2. Paral. 11. 28. אֵילֹן Aialon, ab Aial, ceruus.

AHIALON, Iudex populi Israel, ex tribu Zabulon. Iud. 12. אֵילֹן Elon, quercus.

AHIEL, de Bethel, instaurauit vrbem Iericho, à Iosua euersam, 3. Reg. 16. Ios. 6.

אֵילֹן Hiel, viuit Deus.

AHIEZER, filius Amisaddai, princeps tribus Dan in deserto, Num. 1. 2. 7. 10.

אחיעזר frater meus auxiliator.

Amisaddai, populus meus sufficiens.

AHILA, vrbs Idumææ, sita ad littus maris rubri, & emporium celebre, ex quo merces Arabia Felicis ad Gazam portum maris mediterranei camelis olim transuehebantur, 1. Reg. 14. 16. habet gradus long. 65. 36. lat. 29. 15. Fit eius mentio apud Procopium & Plinium. אילת Elath, fortitudo.

AHILVD, pater Iosaphat Cancellarij regum Davidis & Salomonis, 2. Reg. 8. 3. Reg. 4.

אחילון fratris mei natus.

AHIM, oppidum sacerdotale tribus Simeon, propè Gerare, versus meridiem, Ios. 19. 21. 15.

אין Ain, oculus.

AHION, oppidum in tribu Nephthalim, 3. Reg. 15. 4. Reg. 15. איון aceruus.

AHIRA, filius Henam, princeps tribus Nephthalim in deserto, Num. 1. 2. 7. 10.

אחירע fratris mei amicus.

ענן Enan, nubes.

AHOD, filius Simconis, Gene. 46.

אהד Ohad, clamor.

AIN, oppidum tribus Simeon propè Geraram, idem quod Abim Ios. 21. 15. 19. אין oculus.

AICHAN, Patronus Ieremie Prophetæ, pater Godolie, quem captis Ierosolymis, Nabuchodonosor

donosor Iudææ profecerat, Ierem. 26. 4. Reg. 22. 25.

2. Paral. 34. אַחִיקָם AHikam, frater surrexit.

AIO TH, Iudex populi Israël, ex tribu Benjamin, tertius à Iosua, interficit Eglon regem Moabitaram, Iud. 3. אֶהוּד Ehud, gloriosus.

AIO TH, oppidum in tribu Benjamin, Esai. 10.

עֵיִת Aiath, aceruus.

ALAB, vrbs in tribu Aser, Iud. 1.

אֶחֱלָב AHelab, à Halab, lac.

Alaphion, à demonio liberatus per Hilarionem, eum tota familia Christi doctrinam amplexus est. Tripart. lib. 6. cap. 28.

ALBANVS, primum episcopus in vrbe Macedonia Philippis. Inde pulsus ab Arianis Romam ad Leonem primum episcopum venit. Roma Mediolanum ad D. Ambrosium profectus est. Postea in Germania passim Arianos refutans, tandem Moguntia à Francis Rhenum transeuntibus interfectus est anno Christi 425. Alius ALBANVS martyr, tempore Diocletiani in Britannia passus 10. Cal. Iulij, de quo Fortunatus: Egregium Albanum fecunda Britannia profert. Vide Bedam lib. 1. cap. 7. histor. Eccles.

ALBERTVS Magnus, Germanorum Varro, in omni doctrinarum genere excellenter eruditus, cuius extant scripta Mathematica, Physica, Ethica, Dialectica &c. in Sueuia agro Lauingensi ex regu-

lis Boistadiensibus ortus est, & episcopus Ratisbonensis fuit anno Christi 1261. sed sponte resignato episcopatu, ut studijs vacare commodius posset, Coloniae vixit, ubi anno Christi 1280, anno vite 80. obiit. Albertus, nobilis Boiemus secundus episcopus Pragensis in Poloniam & Prusiam christiana religionis propagandae causa profectus, a barbaris Sudouitis prope Fischhausen die 13. Aprilis. A. C. 997. interfectus est. Corpus in Poloniam relatum Gnesna sepultum est.

AL Bigenses, tempore S. Ludouici regis Galliae in comitatu Tolosano senserunt corpus CHRISTI in pane eucharistiae non aliter quam in cunctis rebus alijs esse ydem qui Waldenses.

ALBINVS, anno quarto Neronis, Iudaea praefectus est, post Festum, cuius in actis mentio fit.

ALBINVS Nannetensis, Gallus, episcopus Andegauensis, vixit circa annum Christi 720. obiit Calendis Martij. Alius fuit martyr Anglicus, sub Diocletiano trucidatus.

ALCHAT, vrbs in tribu Aser, prope Tyrum, Ios. 17. חלקת Helkath, vel Chelkath, ager, seu hereditas diuisa.

ALCIBIADES, Lugduni propter confessionem Euangelij, sub Antonino Vero, cum Attalo, Blandina & alijs comprehensus fuit. Hic cum sale, pane & aqua tantum vereretur, reuelatione diuina
manda-

mandatum est Attalo, vt admoneret Alcibiadem, vt communibus cibus cum ceteris vesceretur, ne alijs formam scandali relinqueret, Euseb. lib. 5. cap. 3. in fine.

Alcimius, transfuga & proditor, constituitur summus sacerdos à Demetrio, 1. Maccab. 7. & 9. 2. Maccab. 14.

ALCIMVS Auitus in archiepiscopatu Viennensi Isacio patri successit circa annum Christi 500. Refutationes Arianorum, Nestor, Eutych. & Pelagii. Item Epistolarum libros 9. Homilias & Poëmata scripsit, ex quibus sex libelli præcipuas Genesis & Exodi Historias explicantes supersunt. In Epitaphio eius hic versus extat:

Quem pietas, quem larga manus, quem fama perennat.

Orator nullus similis, nullusq; Poëta.

Qui vixit, viuit: perq; omnia secla viuet.

ALCARAN, Lex seu Doctrina Mahometi (vel Mermapanis, vel Empempeuceri, nam autor Alcorani, qui nunc extat, incertus est) rythmis exposita, & ex Iudaica, Christiana & Ethnica religione confuta. Quæ etiamsi Mosen, Prophetas, Euangelia & Pauli epistolas non omnino abijcit, & interdum laudat, tamen præcipuos Christianæ fidei articulos, de duabus naturis in Christo, de tribus Personis ὁμοοσιόis. de Remissione peccatorum gratis propter Christum donanda &c. negat & abolet, & alia impudentissi-

ma mendacia tuctur, quæ F. Ricardus cap. 9. confutationis & alibi refutat. Vox Alcoran, Arabica seu Ebræa est אֲתוֹרָה Thorah, lex, doctrina. Al, articulus est, vt in voce Almanach, numeratio, אַמְנָח Mana, & Alkair, vrbs, אֵייר קיר.

ALEXANDER, Macedo, filius Philippi, victo Dario rege Persarum, Monarchiam totius orbis terrarum occupauit anno mundi 3634. ante Christum natum annis 328. Huius mentio fit 1. Macc. 1. 6. Dan. 7. 8. & 11. Αλέξανδρος opitulator, adiutor, Αλεξικακός.

1. Macc. 10. scribitur anno 160. post regnum Grecorum in Syria regnasse Alexander filius Epiphanis. Is Alexander obscuro genere natus, fingebat se Antiochi filium esse, atq; ex occasione regnam Syriæ tenuit quinq; annos, adiuuante Ptolemæo Philometore Aegypti rege, cuius filiam Cleopatram Alexander vxorem habuit.

ALEXANDER, quem in tumultu Ephesino Iudæi protrahunt, vt Iudæos apud vulgus Ephesinorum ex-usaret, & omnem culpam in Paulum & ipsius comites transferret (Act. 19.) existimatur esse faber ille, de quo Paulus 1. Tim. 1. & 2. Ti. 4. queritur, & a quo Timotheum sibi iubet cauere.

Alexander, episcopus Ierosolymitanus annis 40. ex cuius Bibliotheca Euseb. lib. 6. cap. 16. scribit se materiam Historiæ Ecclesiasticæ sumsisse, sub Decio inter

inter tormenta expirauit, die 18. Martij. Eusebius lib. 6. cap. 29.

Alexander episcopus Alexandrinus, quem sibi prelatum esse Arius dolens, mouit controuersiam de filio Dei, de qua extat Epistola huius Alexandri episcopi, Historiæ Trip. lib. 1. cap. 12. 13. 14. Successor eius fuit Athanasius, qui Symbolum Athanasianum condidit. Alius Alexander, episcopus Constantinopolitanus. Ad hunc extat longa epistola Alexandri Alexandrini episcopi, in qua tota Arii controuersia erudite explicatur Historiæ Trip lib. 1. cap. 14. Praefuit Ecclesiæ Constantinopolitane annos 33. Vixit 83. Trip. lib. 4. cap. 8. Alius, medicus, martyr, Lugduni in Gallia bestijs obiectus, & cum bestia ipsi parcerent, iugulatus est, sub Antonio Vero Imp. Euseb. lib. 5. cap. 3. Alius Alexander & Caius Apameæ in Syria sub Antonio passi sunt die 10. Martij. Alius Alexander, sacerdos Iudaicus, collega Annae & Caiphe Actor. 4.

ALEXANDRIA metropolis Aegypti, condita ab Alexandro magno inter Mareotidem paludem, & mare Mediterraneum. Habet gradus long. 60.45. Latit. 31.0. Strabo lib. 7. Duo maria Alexandriam vndiq; alluunt, alterum à Septentrione, quod Aegypticum dicitur, alterum à Meridie, quod Mariæ lacus, & Mareotis appellatur. Hunc Nilus multis fossis tum è superioribus partibus, tum è lateribus adauget.

auget, per quæ multò plura importantur, quàm è mari. Sic vrbs Alexandria secundum 30. stadiorum longitudinem velut in Isthmo sita est, qui cum sinuosus sit, duo promontoria in mare emittit, inter quæ insula oblonga, Pharus, continenti adiacet, quæ portum claudit. Hæc descriptio situs Alexandria inter aquas & maria, etsi prorsus cum Prophetæ verbis conuenit: tamen certum est Alexandriam annis 400. post Nahumi tempora primum ab Alexandro Magno conditam extitisse. Nec fuisse antea eo in loco urbem ex Strabone apparet & Arriano, qui initio lib 3. conditionem Alexandria describens, inquit:

ἐλθὼν ἰὲς κἀνωσον, καὶ κῆ τὴν λέμνιν τὴν μαρίαν περὶ πλεῦσας, ἀποβάνη ὅπως νῦν Ἀλεξάνδρεια πόλις ὠκίσας Ἀλεξάνδρου ἐπάνυμῳ: καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ὁ χῶρος κἀλλιστὸς κτίσας ἐν αὐτῇ πόλει, καὶ γρεῶσαι αὐτὴν εὐδαίμονα τὴν πόλιν. Πόθῳ ἐν λαμβάνη αὐτὸν τῶν ἐργῶν, καὶ αὐτὸς τὰ σημεῖα τῇ πόλει ἔθηκε, ἵνα τε ἀγορὰν ἐν αὐτῇ δέμασαι ἔδει, καὶ ἱερὰ, καὶ τὸ τεῖχος ἢ περιβεβληῶσαι ἔς.

Quare vocabulo NO vetustissimam superioris Aegypti metropolim THEBAS significari quidam existimant:

ὅτι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα κῆται,
καὶ ἑκατόμυλοι εἰσι διηκόσιοι ἐν ἐκάσῃ.

ἀνέρες

ἀνεῖρεται ἐξ ἕνεκα οὐκ ἰσχυροῦ ἐὼς ὄλεσθαι.

Hec dicentis post Nabumum annis, à Cambyse Persarum rege horribiliter vastata est, ut Strabo narrat.

Nostro tempore duas tantum in Aegypto vrbes munitas florere, narrant, qui inde veniunt; Alteram amplissimam & populosissimam, supra verticem Δ in vtrag; Nili ripa iacentem, Alcair, quam Memphin antiquitus, & a Prophetis N O P H, appellatam esse, consentaneum est. Alteram Alexandriam tribus germanicis milliariibus a Canopico Nili ostio distantem, extrinsecus quidem muris & turribus cinctam, sed intra mœnia vastam, & magna sui parte desertam: ex qua nunc quoq; Veneti merces quotannis auerunt.

Vt autem vrbs N O A M O N, etiamsi situ loci munitissimo, & multitudine civium, & auxilijs gentium, ipsi subditarum, vel confœderatarum, planè inuicta esse videbatur, tamen horribiliter capta & eversa est: ita urbem N I N I V E N quoq; horribili excidio & πᾶσι δεικνύμενοι oppressum in Nabumus prædicat, sicut paulo post, regis Iosie temporibus S O P H O N I A S etiam cap. 2. vaticinatus est, Et extendet manum suam super aquilonem & perdet Assur: & N I N I V E N ponet in solitudinem, & in inuium & quasi desertum, &c.

Ieronymus Ebræam vocem נין No, vertit Alexandriam;

driam, Iere. 46. Ezech. 30. Nahum 3. Verbum נדד significat irritare, prohibere, vlcisci.

Schola Alexandrina celebratur in Euseb. lib. 5. cap. 10.

ALEXIVS, Romanus, cum nuptiarum die sponsa ei ad lectum adducta esset, dato ei annulo au- fugit, & sese mendicorum coetibus in Syria inseruit &c. Huius historiam legat & credat qui volet, in Sanctorum legendis. Scribitur sub Arcadio & Ho- norio Imp. obisse. Fut eius mentio 27. q. 7. C. scribit nobis.

ALICARNASSVS, Carie vrbs in Asia mi- nori, patria duorum insignium historicorum, Hero- doti & Dionysij, cuius mentio fit, 1. Macca. 15.

Alima, vrbs in regione Galaad, 11. Macca. 15.

Almericus, qui ideas in mente diuina creare & creari docuit, Parisijs crematus sub Innocentio III. pontifice circa annum Christi 1200.

ALGERVS de Sacramento corporis & san- guinis Dominici tres libros lectu non indignos scri- psit: tametsi Transsubstantiationem palam adstruit.

ALMON, ciuitas sacerdotalis in tribu Benia- min, Ios. 21. אלוני יונוס.

ALLELVIA, Ebr. cum verbum est, Imperatiui modi, coniugationis Piel. הללוהו, Hallelu, laudate, celebrate. יהוה est abbreviatum nomen Iehoua.

ALOGIANI, negant λόγον, Iohan. 1. esse De- um, Ideo Iohannis Euangelion & Apocalypsin rejci- unt.

ALPHAET

- ALPHA EVS, pater Matthæi Apostoli, Marc. 2.
 Alius pater S. Iacobi minoris, Matth. 10. Marci 1. 3.
 אַלְפִּי Tribunus, qui præest mille militibus.
 ALVHAN, filius Sobal, nepos Seir, Gen. 36.
 אֶלְוִן Aluan, excelsus.
 Alius Dux Idumææ, Gen. 37.
 ALVL, oppidum Iudææ, Iosue 15.
 חֶלְחֹל HalHul, orauit infirmus.
 AMAAD, ciuitas in tribu Aser, Ios. 19.
 עֲמֹד populus ornatus.
 Amalarius, archiepiscopus Treuirensis, tempore
 Ludonici Pij, librum de Officijs diuinis scripsit.
 Amalbertus tempore Caroli magni in Bauaria
 vixit in monasterio Metona ad ostium Isara.
 AMALECH, filius Heliphaz, nepos Esau,
 Gen. 36. Inde Amalechitæ pars Idumæorum, vici-
 ni Iudææ versus meridiem, Num. 13. contra quos pu-
 gnat Moses, Exod. 17. Et postea Israëlitæ, Nume. 14.
 Hos Saul iubetur delere, 1. Reg. 15. iuxta legem, Deut.
 25. Fit eorundem mentio, Gen. 14. Deut. 25. Num.
 24. 2. Reg. 1. Psalm. 82. עֲמֹלֵק Amalek, id est.
 populus lambens, אֶלֶקֶק lakak, vel canis rediens ad
 vomitum, אֶקֶק vomitus. עֲמַל laborauit.
 AMALECH, 3. Regum 21. In Ebræo est
 בֶּן־חַמְלֵךְ Benhamelech, filius Regis.
 AMAM, oppidum tribus Iuda. Ios. 15.
 אֲמֹם formidabilis.

AMAM, Macedo natione, apud Asuerum Persarum regem in summa autoritate fuit: postea cum Mardocheo & genti Iudaicæ exitium strueret, suspensus in patibulo, quod Mardocheo parauerat
 οἱ αὐτῶς κακὰ τεύχεα αὐτῷ ἀδικοῦ κακὰ τεύχεα.
 In libro Esther. חמאן Haman, à multitudine seu copia diuitiarum. Inde Mammon.

AMANA, Cant. 4. Veni de capite Amana, de monte Amano, qui Ciliciam à Syria disiungit.

AMANDVS, episcopus Vltræiectensis & postea Argentinensis, à Dagoberto Gallie rege constitutus circa annum 630. tandem obiit anno ætatis 90.

Presul amauit oues proprias & pauit Amandus,

Idcirco superis semper amandus erit.

Ille Deum docuit ardentem Amandus amandum

Et nobis igitur semper amandus erit.

AMANITIS, regio Ammon, 2. Macca. 4. vel natus in regione Ammonitide, 3. Reg. 14. Nehem. 2. Tobias seruus Ammanites.

Amantius, martyr Romæ, sub Adriano Imperat. Alius fuit presbyter dono sanandi clarus, de quo Gregor. dial. 3. cap. 30.

AMARIAS, summus sacerdos tempore Iosaphat, 2. Par. 19. Alius Leuita, tempore Ezechie, 2. Par. 31. אמריה Amariah, verbum Domini.

AMASA, consobrinus Ioab, natus ex sorore Davidis Abigaele, 1. Paral. 2. Capitaneus Absolonis seditiosus.

seditiosi, 2. Reg. 17. 19. interficitur à Ioab, 2. Regum 20. נֹדֵדִים Amasa, populum leuans.

AMASIAS, vndecimus Rex Iudæ, filius Ioas,

4. Reg. 14. 2. Paral. 25.

Alius sacerdos Bethel, Amos 7.

אִמָּזִיָּבִי Amaziabu, robustus Domini.

AMASIAS, Capitaneus regis Iosaphat, 2.

Paral. 17. אֲמָסִיָּה onus Domini.

Alius, Dux Phacce Regis Israel, 2 Paral. 28.

נֹדֵדִים. & 2. Paral. 29. pater Mahath.

AMATHI, pater Ione Prophetæ, Ion. 1.

4. Reg. 14. אִמִּיתַי Amitbai veritates meæ.

Amathitis, regio, alias Emath seu Hamath

dicitur, 1. Macc. 12.

AMATHÆVS, filius Canaan, nepos

Cham, Gene. 10. Ebraicè אִמִּיתַי Hamathi. Ab

hoc nomen accepit terra Hamath seu Emath.

Amator, episcopus Antisiodorensis, obiit circa annum 690.

AMBROSIVS, episcopus Mediolanensis ab anno Christi 377. vsq; ad 403. temporibus Valentiniiani, Gratiani, Valentiniiani II. Theodosij & Honorij Imperatorum. Pater ipsius fuit Ambrosius, senator Romanus & præses Gallie, frater Satyrus, soror Marcellina. Ipse à Valentiniano ad regendam Liguriam missus, cum Mediolani, auxentio episcopo mortuo, magna certamina de electione essent, à toto populo ad Episcopi munus vocatus est, antequam

E

baptismo

baptismo initiatus esset. In Episcopatu, viua voce & scriptis eloquentissimis, fideliter illustrauit veram de Deo doctrinam, & acerrimè refutauit hereticos, Arianos, Ethnicos, Marcionitas, Nouatianos.

Articulum de Diuinitate Filij Dei & oppositè cum eterno patre, libris quinq; de Fide ad Gratianum Imperatorem, Valentiniiani filium, scriptis, eruditissimè explicauit & munxit. Eiusdem Gratiani rogatu, tres libros de Spiritus Sancti diuinitate edidit. Articulum de Creatione splendidissimè illustrauit in Hexaemero. Doctrinam de Libero Arbitrio, & Gratia iustificante duobus libris de vocatione gentium eruditissimè exposuit, tametsi hos Prosperi Aquitanici esse, quidam indicant. De Bonis Operibus, seu virtutum omnium officijs, tres libros scripsit, ac de Virginum præcipuè Deo consecratarū officijs multa in diuersis libris grauissimè præcipit. De Baptismo et Coena Domini, in libro, de ijs, qui mysterijs initiantur: item in sex libris de Sacramentis, doctrinam de substantia & vsu illorum, & ritus Baptismi præcipuè, Ambrosij tempore vsitatos, commemorat. De Pœnitentia duos libros reliquit, quorum pars maxima in Nouatianorum refutatione consumitur. De resurrectione mortuorum insignis & splendida confessio est secunda Oratio funebris de Satyro fratre. Suntq; dignissima lectu orationes in morte Theodosij, & Valentiniiani Imp. dictæ, & Epistolarum liber quintus. Edidit

Edidit & in Euangelion Lucæ, & omnes Pauli Epistolæ & tredecim Psalmos, & multas veteris Testamenti Historias, Commentaria, quæ in quarto & quinto Tomo operum ipsius congesta sunt. Memoriam ipsius celebrat Ecclesia Latina die 4. Aprilis. Græca die 7. Decembris.

Alius fuit Ambrosius, Didymi Alexandrini discipulus, Theodosij iunioris temporibus, cuius Ieronymus mentionem facit. Alius, episcopus Biturigum in Gallia, temporibus Pipini regis. Alius Ambrosius Diaconus, qui Originem, a quo ex secta Marcionitarum liberatus fuerat, ad scribendos commentarios impulit, ei₃ sumtus præbuit. Euseb. lib. 6. cap. 17. 20.

Amelberga, virgo Gallica, a Carolo magno adolescente adamata, constanter virginei pudoris decus retinuit.

Amelech, pater Hieremiel, Iere. 36.

חַמֶּלֶךְ hamelech, Rex.

AMIHEL, filius Gemalli, explorator de tribu Dan, Num. 13. עַמִּיֵּאֵל, Amiel, populus Dei.

גַּמְלִי Gemalli, camelus, vel retributor.

Alius pater Machir, 2. Reg. 9.

AMITHAL, vxor Iosie, mater Ioachaz, & Sedechie regum, 4. Reg. 23. 24.

חַמּוּטָל Hamutal חַמּוּטָל caluit חַמּוּטָל ros.

AMINADAB, filius Aram seu Ram, abnepos Patriarchæ Iuda. 1. Paral. 2. Ruth. 4. Matth. 1. Luc. 3. socer Aaronis summi sacerdotis, Exod. 6. Hunc Aminadab, Ebræi scribunt ducem fuisse tribus Iuda in exitu ex Aegypto, & primum post Moſen, in diuiſas maris rubri aquas ingreſſum eſſe, & ad illam hiftoriam accommodat Lyra dictum cant. 6. Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. עמינרב, populus meus ſpontaneus, ſeu populi mei princeps. Nam principes in Ebræa lingua nominantur נרבים à liberalitate, munificentia, quæ maxime conuenit principibus, à נרב ſponte dedit, munificus fuit.

AMINADAB, ciuis Cariathicarim, in cuius domo Arca fœderis aliquot annis cuſtodita eſt, 1. Reg. 7. Alius, frater Dauidis regis, 1. Reg. 16. 17.

AMMA, vrbs in tribu Aſer, maritima inter Tyrum & Ptolomaidem, Iof. 19. Iud. 1.

עממה Ammah, è regione.

AMMAD, vrbs in tribu Nephtalim, ad radices Libani, Iof. 19. vide Emath.

חמח Hamath, ira, furor.

AMMAHVS, ubi duces Antiochi caſtramentantur, 1. Macca. 3. 4. eſt oppidum Emmaus, prope Bethoron, cuius mentio fit Luca 24.

AMMIVD, pater Eliſama, ducis populi Iſrael in deſerto, proauus IOSVAE, Nume. 1. 2. 7.

1. Paral. 7. עֲמִיהוּד Ammihud, populi mei gloria.
 Alius, pater Samuelis, delecti ad diuisionem ter-
 re, ex tribu Simeon, Num. 34.

A M M I V R, pater Tolmai soceri Dauidis, pro-
 auus Absolonis, 2. Reg. 13.

עֲמִי הוּר AmmiHur, populus meus candidus.

A M N V A, Philadelphina Prophetissa, celebra-
 tur à Miltiade, Euseb. lib. 5. cap. 15.

A M M O N, filius Loth, Gene. 19. Ebraicè

בֶּן עַמִּי Ben Ammi, filius populi mei, stirps Ammo-
 nitarum, qui Palestina versus orientem proximi fue-
 runt, metropolis eorum est Rabbath, postea Philadel-
 phia dicta, cuius long. 68. 0. latit. 31. 20. Fit. Am-
 monitarum mentio, Iere. 49. Ezech. 21. 25. Amos 1.
 Deut. 2. Iudi. 11. Num. 21. Ios. 12.

Ammon, Eremita Aegyptius, in Vitis Patrum.

Ammon, miles, confessor, Euseb. lib. 6. cap. 31.

Ammonaria, Virgo, martyr Alexandrie, sub
 Decio, Euseb. eodem loco.

A M M O N I V S, philosophus Christianus
 preceptor Origenis, Euseb. lib. 6. cap. 16. Alius
 fuit Origenis discipulus, Monachus, qui cum ad epi-
 scopatum Ecclesie Alexandrina vocaretur, aurem si-
 bi abscidit. Postea Euagrium fugientem episcopi fun-
 ctionem obiurgat, quod linguam sibi ipse exciderit,
 quia non velit eam, ad illustrandam predicatione
 Euangelij gloriam Dei, conferre. Ne tibi, inquit, ar-
 rogare videaris, non vteris gratia Dei, Trip. lib. 3.

cap. 1. Scribitur obijisse in Cypro die 9. Febru. Alius Alexandrinus Harmoniam quatuor euangeliorum ab Eusebio canonibus illustratam composuit, postea martyr sub Diocletiano. Harmonia Ammonij & Tatiani extat Tom. II. Bibl. S. patrum.

AMMON, filius David, 2. Reg. 3. stuprat sororem Thamar, ideoque ab Absolone fratre interficitur, 2. Reg. 13. אַמּוֹן Ammon, veritas eorum.

AMON, filius Manassis, decimus septimus Rex Iuda, patris impietatem, sed non pœnitentiam, imitatus est, 2. Paral. 33. 4. Reg. 21. Ierem. 1. Sophon. 1. Matth. 1.

AMON, præfectus vrbis Samariæ, 3. Reg. 22. 2. Paral. 18. אַמּוֹן fœdelis, vnde Amen.

AMON, ciuitas in tribu Aser, Ios. 19. אַמּוֹן Hamon, ardor, æstus, vel Idolum Hammonis.

Amon, Zeno, Ptolemæus, Theophilus, martyres Alexandrini sub Decio die 20. Decembris.

AMONA, ciuitatis nomen, Ezech. 39.

אַמּוֹנָה Hamonah, multitudo.

AMOPHA, oppidum in tribu Benjamin, Ios. 18. Ebraice, מוֹצֵב MoZab, stipula, palea.

AMORRHÆI, Gens terræ Canaan, quæ ab Amorrhæo filio Canaan, nepote Cham nomen habuit, Gene. 10. & in duas regiones distributa fuit. Alteram cis Iordanem postea tribus Iuda, Alteram trans Iordanem

Iordanem tribus Ruben & Gad occupauit, cuius metropolis fuit Efebon, Nume. 21. 32.

יְרֵבֶן, loquax, eloquens.

Ios. 10. quinq³ reges Amorrhæorum cis Iordanem recensentur, qui Hierosolymam, Hebron, Lachis, Eglon & Ierimoth tenuerint. Apparet igitur latissimè eos regnasse, & potentissimam gentem fuisse.

AMOR, discipulus S. Pirminij, primus abbas Amorbachiensis cœnobij fundati anno 734. a S. Bonifacio & Pipino Caroli patre.

AMOS, Propheta **אֲמוֹס** & Esaiæ & Oseæ, cuius liber totus est concio pœnitentiæ, accusans peccata, & comminans horrendas pœnas, vnde etiam congruens nomen habet **אָמוֹס** Amos, onus, per Sammech. citatur Acto. 7. Phrasis qua in primo capite vtitur: Super tribus sceleribus, & super quatuor, non conuertam eum, vel propter tria scelera & quatuor, non parcam ei: significat Deum propter summam & extremam impietatem, eos horrendis pœnis perditurum esse. Nam septenarius numerus Ebraicis plenus & absolutus est, quo finito iterum ab initio numerare incipiunt, vt in hebdomadis dierum & annorum apparet.

AMOS, pater Esaiæ Prophete, filius Ioas regis Iuda, & frater Amasiæ, Esa. 1. 4. Reg. 19.

יָמוֹז Amoz, fortis, robustus, per Zade.

Munsterus putat eundem esse Amos Prophetam
Thecuten & patrem Esaiæ.

AMOS, pater Mathariæ in Genealogia Christi,
Luc. 3. Alius Abbas Aegyptius tempore Constantini
magni celebratur lib. 1. Tripartitæ.

AMOTHOR, ciuitas Leuitarum in tribu
Nephtalim, Iosu. 21. existimo oppidum Emath esse.
חמת דור Hamoth, Dor, ira incole.

AMPHAR, in tribu Zabulon, Ios. 19.

Ebraicè מתאר Methoar, forma.

AMPHILOCHIVS, episcopus Iconij in
Lycaonia, reprimit Euchetarum heresim, Trip. lib. 7.
cap. 11. Ad hunc scripsit Basilius librum de Spiritu
sancto.

Amphion, episcopus Epiphaniæ, in Cilicia, con-
fessor sub maximiano, Trip. lib. 1. cap. 10.

AMPHIPOLIS, vrbs Macedoniae, Thraci-
am versus sita ad Strymonem Fl: cuius brachijs, vtrin-
que claudi, atq; inde nomen ipsi ab Atheniensibus
qui coloniam eo deduxerunt, impositum esse scribi-
tur, cum antea ἐννεία ὀδοὶ nominaretur, teste Thu-
cyd. lib. 4. pag. 112. Herodotus lib. 7. pag. 217. Ho-
die Seres vocatur, vbi Turcarum moneta peculiari
officina sede cuditur. Distat à Philippis circiter 10.
mill. germ longit. 50. 8. latit. 41. 30. Hanc urbem
pertransit Paulus, Actor. 17.

AMPLIAS amicus S. Pauli, cuius mentio fit
Rom. 16. postea episcopus Smyrne, fortasse ab אב &
אמך indicauit, Iudex populi.

AMRAM, filius Caath, pater Moſis & Aaronis,
Exod. 6. Num. 3. 26. עמרם populus excelfus.

AMRAPHEL, Rex Sennaar ſeu Babyloniarum,
Gen. 14. exiſtimatur fuiſſe Nini filius, quem
Zamien Ninian Beroſus vocat.

אמרפל dixit ruens, vel dictus euerſor.

AMRI, ſextus rex Iſrael, pater impij regis Achab,
edificauit Samariam, vbi cultum peculiarem inſti-
tuit, 4. Reg. 16. Mich. 6. עמרי.

AMVL, filius Phares, nepos Iudæ Patriarchæ,
Genef. 46. Num. 26. חמול Hamul, miſericors.

ANAB, oppidum prope Hebron, Iof. 1. 15.

ענב botrus.

ANA, & AVA, Eſai 37. 4. Reg. 18.

חנע וערה heuaue Iuah. D. Ieronymus lib. 11.
comment: in Eſaiam monet, LXX, miſcuiffe dua-
rum gentium nomina in vnam dictionem, Annaeua,
ſed apud Ebraeos duas diſtinctas dictiones eſſe.
Deinde abrumpens explicationem. Manifeſta, inquit,
transcurrimus, vt in dubijs immoremur. Neq; ego
adhuc alibi inueni, quanam, aut vbi hæ vrbes vel re-
giones ſite ſunt. Vocabulum ערה Aua alioquin
iſdem ſerè literis ſcriptum eſt, quibus Deut. 2. &
Iof. 13. Eu ei, qui prope Gazam habitauerunt, & à
Cappadocibus ſeu Caphthorim, Philuſtinorum cogna-
tis eiectione ſcribuntur.

ANACLETVS, epiſcopus Romanus, tempore
Titij Imp. Euseb. lib. 3. cap. 12. 14. Huius circumſe-

vantur tres epistole commentitie, quibus Romam Pontificis primatus, & Patriarcharum & Metropolitanorum gradus, qui tunc nondum fuerunt in rerum natura, constituuntur. Sub Domitiano propter confessionem Euangelij interfectus est.

Anamehel, Turris Ierosolyma, cuius mentio fit 2. Esd. 3. Jerem. 31. Zach. 14.

חַנַּנְאֵל Hananel, Gratia Dei.

Anamehel, patruelis Ieremie. Jerem. 32.

חַנַּמֵּל Hanameel.

Anamelech, Idolum Sapharuaim, 4. Reg. 17.

עֲנַמֶּלֶךְ mitis seu, adflictus Rex.

Anan filius Iegadalia, Jerem. 35.

הַנָּן Hanan, donauit, misertus est.

ANANI, Propheta, tempore Asa regis Iuda, 2. Paral. 16. Existimatur fuisse pater Hieu Propheta, cuius mentio fit 3. Reg. 16. Alius frater Nehemiae instauratoris murorum urbis Ierosolyma, 2. Esd. 7.1. חַנַּנִּי Hanani, gratiosus.

ANANIAS, Doctor & Βασιλεὺς S. Pauli Apostoli, Act. 9. 22. חַנַּנְיָא Gratia Dei.

ANANIAS, Pontifex, qui Paulo, ante cognitam causam, colaphum infligi iubet, Act. 23. Octavius fuit post Caipham, cuius minister Christo alapam infligit, Iohan. 18. Est autem hic Ananias ab Herode Chalcidide rege (cui Claudius Caesar potestatem sacerdotum ordinandorum attribuerat,) constitutus, & cognomen Nibidae habuit. Romam legatus Iudeorum

eorum causam feliciter contra Samaritas egit. Iosephus lib. 20. cap. 5. & 8. Idem Ananias Paulum Casarea coram Felice præsidente accusat, Act. 24. Huius filius fuit, qui Iacobum minorem, fratrem Domini, episcopum Ierosol: interfecit.

Ananias vnus ex collegis Danielis. Dani. 1. 2. 3. Alius fuit pseudopropheta promittens Iudeis victoriam contra Nabuchodonosor, Ierem. 28. Alius Acto. 5. mentiens Spiritui sancto, cum Sapphira coniuge oburgatus a Petro, exanimatur. Exemplum puniæ hypocrisis. Alius fuit martyr in Persia temporibus Constantini Imperat. Trip. lib. 3. cap. 2.

ANANIM, filius Mizraim, nepos Cham, Genes. 10. אָנָן fons aquarum. Vnde vrbi Cyrenæ nomen esse existimatur, condita a Batto, Polymnesti filio ex Minyis orto, quem ex insula Ithera coloniam eò deduxisse narrat Herodot. lib. 4. & Pindarus Oda 4. Pythiorum.

ANAS, Horreus, socer Esau, Gen. 36.

אָנָן Anah, clamator, oppressor.

ANASTASIVS, episcopus Romanus, ἀναστάσιος Augustini & Ieronymi. Obijt anno 403. die 5 Aprilis.

Anastasius, Patriarcha Antiochenus, cuius libri quinq; de rectis fidei nostræ dogmatibus, Tom. 8. Bibl. S. P. extant, circa annum 560. 580. floruit. Alius, episcopus Nicenus explicationes circiter 90. Quæstionum Theologicarum ex scriptura & patribus

patribus collegit, Tom. 6. Biblioth. S. patrum. Prima questio est, Quodnam sit signum boni Christiani? R. Recta fides & bona opera. Alius fuit Diaconus Nestorij Episcopi Constantinopolitani, Tripart. lib. 12. cap. 4. qui primus Nestoriane heresis autor fuit. Alius fuit Aquileiensis tinctor, sub Diocletiano, propter Christi nomen in mari submersus. Alius sub Iuliano Imp. martyrij coronam adeptus est, 21. Augusti.

Anastasia, patricia Romana, sub Diocletiano propter confessionem Christi igne necata est. De templo Anastasie Constantinopoli condito, in quo Gregorius Nazianzenus Arj heresim refutavit, vide Tripart. lib. 9. cap. 8.

ANATHEMA, proprie significat donum Deo oblatum, ἀνάθημα ἢ ἀναθλωμα, quod est seponere seu suspendere. Quia autem pecudes Deo oblatae solebant interfici, & homines Dys inferis deuoti, maledictis & execrationibus onerati necabantur, vt essent piacula, quae iram Dei expiarent: ideo Paulus voce Anathematis, pro homine maledicto & extreme detestando & abominando, & ex rerum natura tollendo vtitur. Voces ἀνάθημα & ἀναθλωμα sic distinguunt, vt illa donum templo oblatum, haec piaculum seu maledictum significet.

ANATHOT, patria Ieremie Prophetae, in tribu Benjamin, Ierem. 1. 32. 3. Reg. 2. 1. Paral. 12.

Esd. 2.

Esd. 2. Fuit ciuitas sacerdotalis, Ios. 21. 2. Esd. 11.
 absuit à Ierosolymis vno breui milliari. ענתות
 Anathoth à verbo אנה Anah, quod varia significat,
 exaudire, laudare, affligi, pauperem esse &c. Esa. 10.
 Paupercula Anathoth.

ANATOLIVS, Alexandrinus, episcopus Lao-
 diceæ, in theologia & philosophia excellenter doctus,
 vixit circa annum Christi 285. Euseb. lib. 7. cap.
 28. Alius martyr sub Seuero Imp.

Anatolia, virgo Romana, pulsa inde à Decio
 Imp. tandem Tyri decollata est.

ANDREAS APOSTOLVS, Matth. 10.
 Luc. 6. Marci 3. Act. 1. natus est in oppido Bethsaida,
 sito ad littus maris Galileæ. Iohan. 1. Frater S. Petri
 Apostoli, Matth. 4. 10. Fuit initio discipulus Io-
 hannis Baptiste, quo monstrante Christum hac voce,
 Ecce agnus Dei; sequitur Christum, postea Simonem
 fratrem ad Christum adducit, Iohan. 1. Vocatur
 autem ad munus Apostoli vna cum Petro, Matth. 4.
 Luca 5. Marc. 1. Eiusdem mentio fit Ioh. 6. in histo-
 ria de quinq. panibus, & Iohan. 12. vbi indicat Chri-
 sto, adesse Græcos, qui ipsum videre cupiant. Idem
 paulò antè passionem, interrogat Christum de tem-
 pore excidij Ierosolymæ, & extremi iudicij, Marc. 13.
 Post ascensionem Christi docuit Euangelion in Scy-
 thia (vt testatur Eusebius lib. 3. cap. 1.) cuius concio-
 num partem recitat Petrus Galatinus lib. 6. cap. vlt.
 Primus homo per lignum præuaricationis mortem in-
 duxit.

duxit. Ideo necessarium hoc erat generi humano, ut per lignum passionis mors, qua ingressa fuerat, pelleretur. Et quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum prauaricationis mundo mortem intulerat: Necessario de immaculata virgine natus perfectus homo, in quo Dei Filius, qui primum fecerat hominem, vitam eternam quam perdididerant per Adam homines, repararet, ac per lignum crucis lignum concupiscentiae excluderet, expanderet in cruce innuuiatas manus pro manibus incontinenter extensis, pro suauitudo cibi arboris vitæ, escam fellis acciperet, & in se suscipiens mortalitatem nostram, suam nobis immortalitatem offerret.

Scythia pars est Russia, in qua hodierno die florant Ecclesie ministerio D. Andreae primum plantatae. Qui cum Kyouie ad Borysthenis ripam sita inuicem concionatus esset, sedes Archiepiscopi nunc quoque in ea urbe collocata est. Postea etiam in Ponto, Bithynia, Macedonia & Achaia, ac tandem Patris in Achaia cruci affixum esse, & in ea tres dies uiuum pendisse & concionatum esse scribunt. Inde Fortunatus lib. 8. Nobilis Andream mittit Achaia suam.

Nomen Andreas vel Graecum est, ἀνδρῆς & uirilis, magnanimus, vel Ebraicum אַנְדְרִיָּהוּ promissus, uenit.

Andreas quidam Ierosolymitanus, salutationem Anglicam, Ave Maria, erudito & splendidissimo sermone illustrauit. Vixit circa annum 570.

ANDRO-

ANDRONICVS, praefectus Antiochi Epiphaniis, corruptus Menelai pontificis muneribus, Omnium virum piuum, fratrem Menelai, interficit. Idem ipse paulo post in illo ipso vestigio, ab Antiocho capitali supplicio affectus est, 2. Macca. 4.

ANDRONICVS, cognatus S. Pauli, & ante Paulum ad agnitionem Christi conuersus esse, prima illa Petri concione in die Pentecostes existimatur: ac inde Romam profectus, prima Euangelij semina illic sparsisse annis circiter 24. antequam eo venit Paulus, qui salutem Andronico ascribit, Rom. 16. Hanc Andronicum, aliqui ex numero LXX. Discipulorum fuisse, & postea Ecclesias in Pannonia gubernasse scribunt.

ἀνδρόνικος. victor virorum.

ANER, frater Mambre, amicus Abrahae, Genes. 4. ענר ab ענה & נר lucerna.

ANGELOMVS, monachus Luxouiensis in libris Regum & alia scripsit circa annum 830.

ANGLI, Saxones, a Vitigerio Britonum rege, Romanis viribus, quas Aetius contra Hunnos, & eorum socios euocauerat, destituito, contra Pictos & Scottos vocati, A. C. 449. Insulam postea occuparunt.

ANIANVS, episcopus Alexandriae post Marcum Euangelistam, Euseb. lib. 2. cap. 24. lib. 3. cap. 13. Fuit initio sator, apud quem Marcus diuertit, & totam familiam ad agnitionem Christi conuertit. Ipsum Anianum Ecclesiae episcopum praefecit.

Alius

Alius fuit Episcopus Aurelianensis in Gallia, cuius precibus Aurelia ab Attila Hunno obsessa, existimabatur defensa esse, ne expugnaretur, anno Christi 452.

ANIM, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15.

אָנִים miseri.

ANNA Prophetissa, filia Phanuel, ex tribu Aser &c. Luca 2. ἀνθρομολογῆτε τῷ κυρίῳ, sua confessione & testimonio vicissim respondet Simeoni, confirmans Christum exhibitum esse, & gratias agit Domino, pro exhibitio Messia redemptore. Quo tempore annos circiter 105. nata fuit. Potuit igitur iuencula videre senes, qui Iuda Maccabæo familiae res fuerunt.

ANNA, vxor Helcanæ, mater Samuelis Prophetæ, 1. Reg. 1. חַנָּה Hanna, gratiosa, holdselig. Idem nomen fuisse matris Mariæ virginis scribit Epiphanius lib. 2. Tom. 2. & Damascenus lib. 4. cap. 15. & Procopius lib. 1. de edificijs Iustiniani, qui addit, Annam Christi nutricem fuisse. Alia vxor Tobie 1.

ANNAS socer Caiphæ, qui summus Pontifex fuit eo anno, quo Christus passus & crucifixus est. Apparet autem ex Luca 3. Ioh. 12. 19. Act. 4. Annam & Caipham singulis annis per vices Pontificia dignitate usos esse, & Annam professione Sadduceum fuisse, ex cap. 5. Actor. perspicuum est.

Ebraea vox מַצַּע adfligentem, seu tortorem significat, der die Leut marren vnd plagt.

ANON, rex Ammonitarum, qui contumelia afficit legatos David, 2 Reg. 10.

אָנוֹן Hanum, miseratus, gratificatus.

S. ANSHELMVS, Anglus, primùm abbas Beccensis, deinde à Guilhelmo Rufo rege Lanfranco in archiepiscopatu Cantuariensi substitutus. Archiepiscopus Cantuariensis, anno Christi 1094. obijt die 21. April.

ANSGARIVS, ex coenobio Corbiensi ad Sommam Gallie est, ad Hamburgensis ecclesie gubernationem anno 833. accersitus à Ludouico Pio, filio Caroli magni: Euangelion late in reliqua Saxonia & in Dania propagauit. Obijt anno Christi 865. die 3. Februarij. Huius historiam recitat Albertus Crantzius in Metropoli lib. 1. cap. 19. 20. 33. 37. 41.

Ansegilus Abbas Leges Caroli magni Ludouici Pij & Lotharij quatuor libris complexus est, quorum primo de rebus ecclesiasticis Caroli leges c. 162. II. Lud. & Loth. c. 46. III. de rebus politicis Caroli leges capitibus 99. IIII. Ludouici & Lothari cap. 20.

Anthimus, episcopus Nicomediae, sub Diocletiano capite truncatur, Euseb. lib. 8. cap. 6. 14.

Anthropomorphitæ, simplicitate rustica, Deum habere membra corpora arbitrantur, quia in scripturis oculorum, aurium, brachij, digitorum, pedum

dum Dei crebra mentio sit, Ieronimus Tomo III. pag. 57.

Antidicomarianitæ nominantur ab Epiphano, qui senserunt, Mariam post natum Christum, consuetudine coniugali usam esse.

ANTIOCHVS cognomine EPIPHANES, rex Syriae, filius Antiochi magni, qui cum Romanis bellum gessit. Coepit regnare anno 137. regni Graecorum in Syria, quam anno post mortem Alexandri magni decimo quarto Seleucius occupauit.

Bis fuit Ierosolymis, primo Templum spoliavit. Biennio post, cum expeditione in Aegyptum suscepta, per Populiam Legatum Romanorum, a quibus a. exilium Aegyptij petiuerant, ab Aegypto abstinere cogeretur, fremens discedit, & veniens Ierosolymam, totam urbem diripit, collocat in Templum statuam Iouis Olympij, proponit edicta de abolenda tota religione Iudaica, & crudelissime in pios seuit, vt Daniel 11. & 8. praedictum erat, Historia recitatut 1. Macc. 1. 2. Macc. 1. 4. 5. 6. 9, Contra hunc excitat Deus Iudam Maccabaeum.

Ἀντίοχος, aduersarius, hostis Dei & Ecclesiae.

ANTIOCHVS EUPATOR, filius Epiphani, succedit patri, 1. Maccab. 6. interficitur a Demetrio patruale, 1. Mac. 7. 2. Maccab. 10. 13.

Antiochus ἡγεμὸς, filius Demetrii, Rex Syriae, 1. Macc. 15.

Seleucus

THEOLOGICVM.

83

Seleucus Nicanor, Dux Alexandri
magni.

Antiochus Soter.

Antiochus Theos,

Seleucus Callinicus Antiochus Hierax.

Antiochus magnus Seleucus Ceraunus.

Seleucus Philopator

Antiochus Epiphanes.

Demetrius Soter,
1. Macc. 7. 10.

Antiochus Eu- Alexan-
pator, 1. Mac. 7. der.

Antiochus Soter

Demetrius Nicanor
Nicanor 1. iunior.
Macc. 10. 11.

Antio-
chus.

Antiochus Cyz-

Antiochus $\zeta\epsilon\upsilon\pi\acute{o}\varsigma$
cenus. 1. Macc. 15.

ANTIOCHIA, metropolis Syriae, quam
Strabo refert, à Seleuco Nicanore, vna cum tribus
alijs vrbibus in Syria conditam, & ab ipsius patre
Antiochiam, ab vxore Apameam, à matre Laodice-
am, ab ipso Seleuciam esse nominatam. Fuit autem

Antiochia τετράπολις, & totius orientis apex vocatur à Marcellino lib. 22. Habet gradus long. 69. lat. 35. 30. Absuit à Ierosolymis 70. mill. german. In hac vrbe, discipuli, Apostolorum doctrinam de Christo amplectentes, primum Christiani nominati sunt, Act. 11. Hinc Paulus profectus circa annum conuersionis suae octauum, Euangelion in Cypro & Asia minori Gentibus praedicauit, Actor. 13. 14. Ibidem Petrum simulantem arguit, Galat. 2. Antiochena Synodus, quae Paulum Samosatenum damnauit, describitur ab Eusebio lib. 7. cap. 24. 25. Alia Synodus Arianorum, ibidem à Constantio coacta, Trip. lib. 4. cap. 9.

Alia fuit Antiochia Pisidiae, in Galatia, ubi Paulus concionatur, Acto. 13. cuius etiam mentio fit Acto. 14. 2. Tim. 3. Hec Antiochia habet gradus long. 62. 30. latit. 39. 15. distat ab Antiochia Syriae 96. milliaria.

Antiochus quidam presbyter, tempore Aureliani concionans in Gallia scribitur interfectus esse.

Ambrosii

Tom. 5. fol.

43. 44.

ANTIPAS, seu Antipater, pater Herodis magni, primi regis Iudaeae, cuius Herodis filius fuit Herodes Antipas, rex Galilaeae, qui Iohannem Baptistam interfecti, & Christum in passione contumelia affecit, Luc. 23. de quo infra dicemus.

Αντιπας, mutilatum ab ἀντιπαρεσσει, regnans loco patris.

Antip

Antipas, pastor & martyr Pergamenus, celebratur Apocal. 2.

ANTIPATRIS, vrbis Palestina, in tribu Ephraim. non procul ab Arimathæa, distat à Ierosoly-ma 4. & 5. mill. à Caesaria sex mill. germ. Per hanc urbem Paulus captiuus ducitur, Acto. 23.

ANTONIVS, Eremita, monachorum princeps, tempore Constantini Imp. vixit. Tripart. lib. 1. cap. 11. & lib. 7. cap. 1. vbi interrogatus Antonius à philosopho quodam: Quomodo viuere possit sine librorum suppellectile? respondit, O philosophe, Meus codex tota rerum natura est, & adest cum voluero, verbaq; mihi relegit Dei. Hic Antonius sub Constantio deserta solitudine, cum Athanasius, Alexandria pulsus esset, confirmavit pios, ne furoribus Ariani imbuerentur, Sic sciebant (inquit Tripart. lib. 8. cap. 5.) sancti illi viri, quando opus esset frui quiete, quando necessarium solitudini præponere ciuitates. Ingressus est eremum cum natus esset annos 31. mortuus est anno ætatis 105. die 17. Ianuarij, anno Christi 360. Tota historia Antonij prolixissime descripta in Vitis Patrum & in operibus Athanasij extat. Epistolas Antonij septem recens excuderunt in Bibliotheca S. Patrum Parisijs. Huic etiam Melissa libros duos, qui sententias scripturæ & patrum in locos communes distributas continent, quidam conscribunt. Sed alterius esse constat, quia Nazianzeni & Chrysostomi crebra in eo sententiæ citantur.

Qui arcendo Igni Antonium praefecerunt, forte ad sonum vocis Italicum alluserunt, Nam Sane Tonio Italis sanctum Ignem significat.

Antonius quidam Alexandriae propter confessionem Euangelij in mari submersus est. Alius Antiochie cum Iuliano decollatus est, temporibus Dioclezianam.

Patauij in Italia Antonij cuiusdam Lyfibonensis Franciscani sepulchrum est, quem ferunt Saracenis in Hispania Euangelium praedicasse circa annum Christi 1200. Obijt 1231. celebratur 13. Iunij.

ANTONIA, virgo, temporibus Valerianam Imp. a Numidis propter nomen Christi necata est. Alia Antonia, Nicomediae cremata est, eodem tempore, quo Anthimus episcopus martyrij coronam adeptus est.

ANVBIS, canis Osiridis, cultus ab Aegyptijs, Cynocephalus, ab Augustino: Deus Semicanis a Luciano nominatur.

APEDNO in fine capituli 11. Danielis, non est nomen proprium, sed vertendum fuit appellatiue: Et figet tabernaculum Palatii sui. Nam Apedna significat palatium seu Anlam vel regni Pontificij inter duo maria Tyrrenum, & Adriaticum: vel regni Mahometici inter Aegeum & Euxinum, vel ipsius Antiochi Ierosolymis in monte Sion praesidium collocantis, non procul a mari mediterraneo & Arabico.

APELLES, discipulus Marcionis, & postea desertor, inter cetera docuit, Christum non ex substantia virginis, sed ex syderibus aetheream carnem assumpsisse: & animas hominum solas saluari. Hunc refutauit Tertullianus in libro de carne Christi, & Rhodon, de quo Euseb. lib. 7. cap. 13. Prophetissa Appellis fuit Philumene,

APELLES, probatus in Christo, cui salutem optat Paulus, Roma. 16. existimatur a quibusdam esse Apollo ille Alexandrinus, de quo Acto. 18. & 1. Cor. 1. dicitur, quem & Arcadia episcopus postea creatum esse ferunt. Ebraeis significat caliginosum ab **אֶן** vel gubernatorem Ira, ab **אֶן** & **עַל** direxit.

Apelles, faber ferrarius, monachus Aegyptius, celebratur Trip. lib. 8. cap. 1.

APHEC, oppidum in sinibus tribuum Isaschar, & Manasse, prope Iezrael & Mageddo, 1. Regum 29. 3 Reg. 20.

Aliud oppidum in tribu Aser, infra Tyrum, Ios. 13. 19. Iud. 1. Aliud in tribu Iuda, Ios. 15. 1. Regum 4.

פֶּנ Aphek, fortis vel riuus.

APHAR, oppidum tribus Benjamin, Ios. 18. vide Offora.

APHER, filius Madian, nepos Abrahae, Gene. 25. Ab hoc Aphricam esse dictam existimant Cleodemus & Alexander Polyhistor, quos Ieronimus citat. **אֶפֶר** Ephraim, puluerulentus.

APHIA, pater Bechor, abauis regis Saul, ex tribu Benjamin, 1. Reg. 9,

אפיה AphiaH, cinis, fauilla.

APHSIBA, mater Manasse regis Iuda, 4. Regum 20. חפציבה HephZibah, desiderium.

APHRA, cum matre Hilaria ex Cypro venit Augustam Vindelicorum. Ibi corpore aliquandiu questum fecit, donec à S. Narcisso Hispano, qui sub Diocletiano fugiens ex Hispania Augustam, apud eam diuerterat, ad Deum conuersa est. Postea propter pietatis Christianae professionem, ignis supplicium tulit.

APHRAATES, monachus deserens latebras monasticas, docendi functionem suscepit, cum à Valente Imp. Ariano p̄ pastores passim pellerentur. Digna lectione est historia colloquij inter Valentem Imp. & hunc Aphraaten, quae Tripartitae lib. 8. cap. 4. recensetur.

APHRICA, vide Africa.

APHRICANVS, circa annum Christi 240. vixit. Chronicon Ecclesiae scripsit, cuius mentio fit apud Eusebium lib. 6. cap. 33. & Trip. lib. 1. cap. 3.

Aphrodifius, scribitur Mariam & infantem Iesum hospitio excepisse, cum in Aegyptum fugissent. Memoriam eius celebrant 22. Martij.

Aphthartodocitæ, à Iuliano Halicarnasseo orti, docuerunt

docuerunt Corpus Christi ab ipsa conceptione incorruptibile esse, Niceph. lib. 18. cap. 45.

Apollinaris, episcopus Hierapolitanus, scripsit Apologeticum ad Antonium Verum Imp. & alia, Euseb. lib. 4. cap. 21. 26. 27. Alius fuit Apollinaris Antiochenus, qui Rauennæ in Italia & vicinis locis Euangelion prædicauit, & sub Vespasiano Imp. interfectus est, celebratur 23. Iulij.

APOLLINARIS Laodicensis duo fuerunt hoc nomine viri excellenter docti, pater Alexandrinus, sed Laiocea ecclesie presbyter: & filius Rhetor, qui lectoris officium sustinens, tanta cum ingenij & doctrine laude docuit, vt à S. Ieronymo iam scne discendi causa adiretur, vt ipse Ieronymus in epistola ad Pammachium testatur. Tom. III. pag. 86. Inter cætera λόγον filium Dei assumptam carnem secum de cælo detulisse, nec animam rationalem assumpsisse, sed diuinitatem vnigeniti, naturam mentis adimplere: & hanc passam & mortuam esse docuit: Trip. lib. 5. cap. 44. & lib. 9. cap. 3.

APOLLO Iudeus, Alexandrinus, vir doctus & ardens zelo veræ pietatis, Ephesi & Corinthi docuit, Actor. 18. 19. 1. Corinth. 1. 3. 16. Tit. 3. Ἀπόλλων ab ἀπόλλειν, vel ὑπολάθειν, vel ὑποβάλλειν, à sagittandi arte.

APOLLONIA, virgo Alexandrina, sub Decio Imp. propter Christi confessionem dentibus

omnibus excussis, cremata est, cum quidem sua sponte in ignem profuisset, Die 9. Februar. Euseb. lib. 5. cap. 31.

APOLLONIA, vrbs Mygdonia, sita ad ripam Echedori Fl. non procul a Thessalonica, versus occasum, ad grad. long. 49. 30. 20. Distat ab Amphipoli 12. mill. germ. a Thessalonica circiter 5. mill. Hanc urbem pertransit Paulus, Actor. 17.

Appollonius, scripsit aduersus Montanum, qui ieiuniorum leges primus imposuit. Romæ sub Commod Imp. capite plexus est, Euseb. lib. 5. cap. 18. 21. Alius, eremita Aegyptius, tempore Iuliani Imp. vixit. Huius historia digna lectu prolixè in Vitis Patrum describitur.

Appollonius, Dux Antiochi à Iuda Maccabæo cæsus, 1. Macca. 3. Alius eodem nomine, dux Demetrii Iunioris, à Ionatha profligatus 1. Macca. 10.

Apphia, cuius mentio fit in Epistola Pauli ad Philemonem, existimatur fuisse vxor Philomonis,

APPII FORVM, oppidum in Latio, scribitur vnius diei itinere ab vrbe Roma abesse, cuius mentio fit, Actor. 28. Et apud Horatium, lib. 1. Ser.

Egressum magna, me excepit Aricia, Roma Hospicio modico, Rhetor comes Heliodorus Grecorum longè loctiss. inde Forum Appi.

Appius quidam in Genesim scripsit, temporibus Seueri Imp. Euseb. lib. 5. cap. 28.

APPION, Alexandrinorum legatus ad C. Caligula

Caligulam missus est, vt Iudæos accusaret, quorum orator erat Philo. Iosephus lib. 18. cap. 15. Euseb. lib. 2. cap. 5.

Aquaticj, in Corna Domini Aquam sine vino consecrabant.

AQUILA, Iudæus, in Ponto natus, aliquandiu Romæ habitauit. Eiectus autem cum cæteris Iudæis, qui (vt Suetonius refert) impulsore Christo assidue tumultuabantur, Corinthum venit, & Pauli Apostoli contubernalis fuit circa annum Christi 52. Acto. 18. Inde cum Paulo Ephesum profectus est, Acto. 18. unde salutem asseridit Corinthijs, 1. Corinth. 16. Post quadriennium verò Romam reuersus est, vbi eum commorantem Paulus honorifico pietatis encomio ornauit & saluari iubet, Roma. 16. Triennio post Ephesum redijt Aquila, vt ex 2. Timoth. 4. apparet. ἄγρυπτος fuit vel incuruauit. Germanicè Arnde Atoldus.

Alius fuit Aquila, Græcus, natus in vrbe Ponti Sinope, qui Prophetas ex Ebræo sermone in Græcum conuertit, anno 12. Adriani Imp. à quo vrbi Ierosolymæ à se restituta, prefectus, Christianam religionem amplexus est, sed propter Astrologiæ studium à Christianis excommunicatus, proselytus factus est, & ad Iudæos defecit. Ieronimus de optimo genere interpretandi. Aquila proselytus & contentiosus interpret, qui non solum verba, sed & Etymologias verborum transferre conatus est.

ARACHAEVS, filius Chanaan, nepos Cham, Gen. 10. Fortasse oppido Arce, ad radices Libani, è regione Tripolis, nomen dedit.

אָרֵקִי Areki, insequens.

ARAD, oppidum in finibus Iudææ & Arabiæ, Petrae, cuius long. 65. 44. latit. 31. 37. Huius oppidi regem vincunt Israelitæ, Num. 21. 33. Ios. 12. Iud. 1.

אָרָד onager.

ARAD, fons in tribu Manasse, Iud. 7.

אָרָד Harod, pauor, stupor.

ARADA, 21. mansio Israelitarum. Num. 33.

אָרָדָה Haradab, miraculum.

ARADIVS, filius Chanaan, nepos Cham, Gen. 10. à quo Aradus insula, Tyro & Sydoni vicina, nomen accepit, Ezech. 27. cuius etiam Ptolemæus mentionem facit lib. 5. Geographiæ, cap. 15. & Diodorus Siculus lib. 16. Τρεῖς εἰσὶ πόλεις ἑαυδαίων ἀπὸ ἀλλήλων ἕχουσαι. Πικραλεῖται ἢ τῶτων, ἢ μὲν

Αραδίων, ἢ ἢ Σιδωνίων, ἢ ἢ Τυρῶων.

Arado, 1. Macc. 15. in Graeco fonte non extat.

ARAM, filius Sem, Gen. 10. à quo Syrorum gentes amplissime ab Haly Fl: vsq; ad mare Caspium & Babylonem habitantes, & ARMENII, ac Scythæ etiam, & Getæ, orti sunt. Scribit enim Plinius lib. 6. cap. 17. Scythas antiquitus Arimæos, dictos esse, & Strabo in sine lib. 16. Poëta eos Arimos vocat, quos Possidonius dicit accipiendos non in loco yllo Ciliciæ

vel alius terra, sed Syriam ipsam, Nam Arimi sunt qui in ea habitant, & fortassis Græci eos Arim eos vel Arimos vocabant. Vicina est & Armenia appellatio, sicut regio ipsa Syriæ finitima est. Vbiq; autem in libris Regum & reliquis Prophetis Syriæ nomen extat. in Ebraicis fontibus Aram legitur: Et Mesopotamia, quæ Sirie pars est, Aram Necharaim, Syria fluminum seu interamnis vocatur, Deut. 23. Iudic. 3. vel Padan Aram, Gen. 28. 33. 48. forte quod Padan certa regionis aut vrbs in Mesopotamia nomen sit.

ארם excelsus, leuis.

ARAM, filius Esrom, pater Amiadab in Genealogia Christi, Matth. 1. Luc. 3. Ruth. 4.

Ebraicè ארם, Ram, excelsus, sublimis.

Aram, vrbs Mesopotamia, 4. Reg. 19.

Vide Aran.

ARAMEA, oppidum in tribu Nephtalim, Ios. 19.

רמה Ramah, excelsa.

Arama, 1. Reg. 30. Ebraicè ארמה Horma, vide infra Horma.

ARAN, Genes. 11. 12 vel CHARRAN, Act. 7. (Nam Ebraicè ארן Haran vel Charan scribitur) vrbs Mesopotamiae, non procul ab Euphrate quam Ptolemæus & Plinius & Tobias cap. 11. nominant Carras, nobiles clade Romana, vbi

Crassus ad Euphraten aquilas, natumq; suosq;

Perdidit, & letho est vltimus ipse datus.

anno ante natum Christum quinquagesimo. In hac vrbe

vrbe Thare pater Abraham habitauit & mortuus est.
 Act. 7. Gen. 11. cum ex Orchoe seu Vr Chaldeorum
 que circiter 80. milliaria inde distabat, eo migrasset.
 Gen. 11. Ex ea vrbe profectus Abraham, venit in
 Sichem. (Genes. 12.) confectis 103. mill. German:
 Nam Aran habet long. 73. 20. latit. 36. 10. Fit e-
 iusdem mentio Gen. 27. 28. 29. 4. Reg. 19. 1. 37.
 Ezech. 27. Tob. 11. Iudith 5. Sed Num. 22. vbi nos
 habemus, De Aran duxit me Balach: in Ebreo est
 אֲרָם de Aram, ex Syria seu Mesopotamia. Ebrai-
 ce אֲרָן Haran, per Heth, ira eorum, vel estus אֲרָר
 vel spelunca.

ARAN, filius Thare, frater Abrahæ, pater Loth.
 Gen. 11. אֲרָן haran, conceptus.

Aran, filius Disan, nepos Seir, Gen. 36.

אֲרָן Aran, arca, cista.

Arapha, Nomen Gigantis, 2. Reg. 21. Inde Ra-
 phaim, medici, saluatores.

ARARATH, Esai. 37. Gen. 8. Ierem. 51. existi-
 matur Armenia esse, de qua infra.

Aras vel Aaras, auus Sellum, mariti Oldæ pro-
 phetisse, 2. Paral. 34. 4. Reg. 22.

אֲרָרָה Hasrah, inops, egens.

Arath, Iud. 1. vide Arad.

ARATOR, Subdiaconus ecclesie Romane, Iu-
 stiniani Imp. temporibus floruit, versibus reddidit
 Acta Apostolorum. Versibus ego canam Lucas quos
 rettulit Actus.

ARBEE, nomen vr̄bis, quæ & Hebron, & Matt. bre dicta est, Gen. 23. 35. Ios. 14. 15.

ארבע Arba, quatuor, quia fuit τετραπόλις vel ab Arbee Gigante, Ios. 14. patre Enak, Ios. 15.

ARBOGASTVS Aquitanus, episcopus Argentinens̄, tempore Dagoberti magni Gallie regis, cuius filium Sigebertum in venatione ab apro lethaliter vulneratum, precibus suis in vita conseruasse scribitur, pro quo beneficio Rex ampliss̄. redditus Ecclesie Argentinensi attribuit. Obijt anno Christi 658.

Arcadius, in Africa sub Genserico Vandalo propter orthodoxam fidem interfectus est.

Archat, pars vr̄bis Babylon, Gen. 10.

Ironymus Nisibin significari existimat.

Ebraicè ארכא Archad, a אר hydria, amphora.

ARCHELAVS, filius Herodis magni, ex quarta vxore Marthaca Samaritana, post mortem patris vexit Iudæam, Idumæam & Samariam, Matt. 2. quarum regionum redditus annui fuerunt 6000. talenta, hoc est, 36000. coronati. Decimo autem regni anno propter crudelitatem relegatus est, ab Augusto, Viennam Gallie. Iosephus cap. 10. 11. & deinceps vsq; ad finem libri 17. Ἀρχελαὸς princeps populi. Post Archelaum Iudæa per Præsides Romanos administrata est, quorum nomina require infra in dictione Pilatus. Tota autem familia Herodis, quæ fuit numerosissima (nam ex octo coniugibus liberos suscepit) intra annos 70. prorsus deleta est

Quæ historia monet, non diu manere firma imperia Tyrannorum; qui etiam in hac vita regulariter ex suis ditionibus expelluntur.

Archelaus, Diaconus S. Cyriaci episcopi Ostiensis sub Claudio Imp. cum suo episcopo decollatus est.

ARCHIATAROTH, oppidum vicinum Bethoron, in finibus tribuum Benjamin & Ephraim, Ios. 16. long. 65. 55. lat. 32. 1.

אַרְכִי־עֶטְרוֹת, decentes coronæ.

Archiminius, inter, Africanos martyres nominatur, qui sub Genserico Ariano trucidati sunt.

ARCHIPPVS, discipulus S. Pauli, docuit Evangelion Colossis, ut ex Epistola Pauli, Coloss. 4. & ad Philemonem apparet.

ARCHONTICI, Valentimianorum secta, septem cælos esse docent, et singulis singulos ὁμοιωτας, præficiunt, baptismum & Cœnam Domini prorsus abijciunt, Theodoretus.

ARCTVRVS, stella fixa, primæ magnitudinis, intra pedes Bootæ sita, cuius latitudo septentrionalis est grad. 31. minut. 30. longitudo sign. 6. grad. 18. min. 8. Oritur Achronyce, ut vesperi & tota nocte conspici possit, principio Martij, Sole accedente ad Arietem. Heliacè oritur mense Octobri, Sole accedente ad Scorpionem. Fit huius stellæ mentio, Amos 5. Iob. 9. 37. 38.

AREBA, oppidum Iudææ, Ios. 5.

H

רבה

רבה Rabah, copiosa.

ARECHON, oppidum in tribu Dan, 10^a sua 19. רקון Rakon, maxilla.

ARE D, filius Benjamin, Gene. 46.

ררר Dominator.

ARE LI, filius Gad, nepos Iacob, Gen. 46.

רלר Leo Dei mei. In Numeris cap. 26. nominatur Arihel.

AREOPAGVS, Martius colis Athenis, prope arcem, in quo summa iudicia rerum capitalium habebantur, ac primus scribitur eo in loco causam dixisse Mars ob Halirrothoi cedem, vide Pausaniam in Atticis pag. 20. 21. ubi δῖα ἑρμῆα Attica ordine recenset. Et orationem Demosthenis contra Timocratem. In hoc vico concionem habuit Paulus Act. 17. qua tum alij quidam, tum vero Dionysius Areopagita ad fidem Christi conuersus est, Act. 17. qui postea primus Atheniensium episcopus fuit, vt scribit Euseb. lib. 4. cap. 28.

ARETAS, rex Arabie, cuius praefectus in vrbe Damasco insidias struxit S. Paulo, 2. Cor. 12. Eiusdem Aretae sororem in matrimonio habuit Herodes Antipas, eaq; repudiata, Herodiadem fratris Philippi uxorem rapuit. Qua de causa bellum inter Herodem & Aretam exarsit.

ἀρετας, praestans virtute.

ARE T, silua in tribu Iuda, 1. Reg. 22.

ררת Hareth, sculptura.

Arethas, rex Arabum, 2. Mac. 5.

AREVNA, existimatur fuisse rex Iebuseorum, qui conuersus ad agnitionem Dei, sponte de regno Dauidi victori cesserit. Fit eiusdem mentio 2. Regum 24. In huius area Templum a Salomone edificatum est, 2. Paral. 7. אֲרֻנָּה Arunah, collectio.

AREVS, rex Spartanorum seu Lacedaemoniorum, opem tulit Atheniensibus contra Antigonom, defendit Spartam aduersus Pyrrhum regem Epirotarum, & multa alia feliciter gessit. Teste Pausania in Laconicis pag. 67. & Plutarcho in vita Pyrrhi. Cum hoc Areo foedus fecerat Onias sacerdos Iudeorum, quod renouat Ionathas, 1. Mac. 12. vbi pro Areo, Darius, & iterum, Oniades, scribarum inscilia, irrepfit. Partem Genealogiae, ascribo.

Pausanias, qui Persas vicit
ad Plateas,

Phlistoanax.

Pausanias, non defendit 30. Tyrannos.

Agecipolis

Cleombrotus

Cleomenes

Agecipolis.

Acrotatus

Cleonymus.

Α

AREVS

AREVS

Leonides.

Acrotatus

Cleomenes, postremus rex.

Argob, socius Phacce, interficientis dominum suum, regem Israël, 4. Reg. 15.

ARGOB, oppidum & regiuncula inter Iordanem & montes Galaad, paululum supra mare Tiberiadis interiecta, quæ ab asperitate montium Græcè *ἄργωβις* appellata est, sorte cessit tribui Manasse, Deut. 3. 3. Reg. 4.

ARGOS אֲרֹגוֹן Navis, Arca.

אֲרֹגוֹב maledicta gleba.

ARIEL אֲרִיאֵל, Leo Dei. Sic nominatur vrbs Ierosolyma, quam Esaias cap. 29. prædicit, à Romanis vastandam esse.

Arihel, filius Gad, Num. 26. vide Arel.

ARIMATHAEA, vrbs in monte Ephraim, prope Lyddam & Ioppesita, quæ fuit patria Iosephi, qui corpus CHRISTI mortui à Pilato petiit, & sepultura mandavit, Luca 23. Matth. 27. Iohan. 19.

ARIMINENSIS Concilij Arianorum, à Constantio Imp. congregati, Acta recitantur Historiæ Tripartitæ lib. 5. cap. 20. & sequentibus vsq; ad 30. Item à Ierenymo contra Luciferianos Tomo III. pag. 65. à Sulpitio Seuero lib. 2.

Arioch, rex Ponti, Gene. 14.

Arioch, princeps militum Regis Babylonici,
cuius

cuius iussu omnes sapientes in Chaldaea interfecturus erat, Dan. 2. לֵוִיִּן Leo longus.

Ariph, socius coniurationis aduersus Phaceia regem Israel, 4. Reg. 14.

אֲרִיֵּה Arieh, maledictus.

ARISTARCHVS, Thessalonicensis, comes itinerum & socius carceris Pauli, Acto. 19. in tumultu Ephesino capitur, Actor. 20. rursus ex Grecia cum Paulo proficiscitur Ierosolymam. Actor. 27. vna imponitur naui, qua Paulus captiuus Romam vehebatur.

Ideo concaptiuus Pauli nominatur Coloss. 4. & in Epistola ad Philemonem. Post interfectum Paulum scribitur episcopus ecclesie Thessalonicensium fuisse, & vitam martyrio clausisse.

Aristeas legatus Ptolemæi Philadeiphide. LX XII. interpretibus ad Iudeos missus, historiam legationis sue descripsit, quam Bibl. S. P. Tom. II. intexuerunt.

Aristides, Atheniensis philosophus, Apologiam pro fide Christiana scripsit ad Adrianum Imp. Euseb. lib. 4. cap. 3.

Aristion, vnus ex 70. discipulis, celebratur à Papiæ Hierapolitano episcopo. Euseb. lib. 3. cap. vlt.

ARISTOBVLVS, Romæ familiares pios & Paulo amicos habuit, quibus salutem optat Paulus Roma. 16. & hunc Aristobulum scribunt postea episcopum in Bithynia fuisse, Δεῖσοβλάδης, Gudradt, optima consilia suppeditans.

Aristus, Campanus martyr sub Valeriano.

ARIVS, primum Diaconus ecclesie Alexandrinae, Meletij sectator fuit, Ideo ex ecclesia pulsus est ab episcopo Petro. Huius successor Achilles recepit Arium, eumq; scholae Theologicae praefecit. Mortuo Achilla, Arius episcopatum ambiebat, sed electo Alexandro, dolore repulsae inflammatus, doctrinam Alexandri de Filio Dei coeterno & consubstantiali aeterno Patri oppugnabat, asserens Filium non esse verè & natura Deum, nec esse coeternum & ὁμοῦσιον Patri, sed habuisse principium, & ex nihilo conditum esse &c. Huius suae doctrinae summam Arius ipse recitat in epistola ad Eusebium, & adhuc dilucidius Alexander in epistola ad Alexandrum episcopum Constantinopolitanum, quae extant lib. 1. Tripartitae, cap. 13. 14. 15.

Constantinus Imp. initio placidè componere controuersiam nitebatur, sed crescente incendio Concilium Niceae in Bithynia coegit, in quo 318. Episcopi sententias dixerunt, & damnato Ario, Symbolum condiderunt, quod Nicenum nominatur. Historia extat Tripar. lib. 2. ab initio vsq; ad caput decimum sextum. Symbolum exponitur capite 9. & 11.

Arius in exilium pulsus, cum apud Constantinum quereretur se per inuidiam episcopi pulsum esse, & simularet se idem sentire, quod Nicena Synodus professa esset, reuocatus est à Constantino. Cumq; in communionem ecclesiae publice recipiendus esset,

Alexan.

Alexander episcopus Constantinopolitanus tota nocte iacens coram altari, orauit Deum, vt Ariam reprimeret, postridie igitur, cum ex Imperatoris aula deduceretur Arius à sua factione in Ecclesiam, subito dolore ventris in itinere corripitur, ac secessum petens, vna cum stercorebus, intestina, iecur & splenem effudit, atq; ita cacando perijt. Tripartitæ lib. 3. cap. 80. Sed autore extincto, longè celerius postea in Oriente & Africa heresis Ariana propagata est, ibiq; amplius 200. annis viguit, donec tandem Sergius monachus Arianus Alcoranum condidit, atque ita Mahometi furores totum Orientem occuparunt.

ARMAGEDDON: maledictus bellator, ab אֶרְמוֹנִים Herem & גַּד Gad, Apocal. 16. est locus, vbi conueniunt reges instigati à monachis & sophistis, vt bellum gerant pro bestia.

ARMENIA, regio Asia, ab occasu finitima Capadocia, à meridie Mesopotamia, à borea Colchidi, ab ortu mari Caspio. In huius montibus altissimis scribitur quieuisse Arca Nohe, Gene. 8. In hanc regionem confugiunt filij Sennacherib regis Assyriorum perpetrato parricidio, 4. Reg. 19. Esai 39.

Esi autem ab Aram filio Sem, qui amplissimas Syriæ regiones occupauit, dictam esse Armeniam credo: tamen & illa etymologia erudita est, quæ à mineris seu venis metallicis eam אֶרְמוֹנִים montes metalliferos nominari ostendit.

Armenij, Eutyehianorum secta, à Iacobo Syro orta, docuit, in Christo carnem assumptam in naturam diuinitatis conuersam, eidemq; consubstantialem factam, Niceph. lib. 18. cap. 53.

Armogastes, inter confessores Africanos, qui Arii furores refutarunt, recensetur.

ARMONI, filius Saul, ex concubina Respha. 2. Regum 21. ארמון excelsus,

ARMON, Amos 4. Projiciemini in Armon, Symmachus vertit: fugietis in Armeniam. Lutherus explicat: fugietis ultra montem Amanum. Aquila montem Armona. Theodotion, montem Mone. Quinta editio, excelsum montem, transtulit. nam הרמון harmonah, montem excelsum significat.

Arnoldus de Brixia, Petri Abaslardi ὁμόψηφος tempore Bernhardi, Epist. 195.

ARNON, rupes excelsa, & fluuius, separans Moabitas & Amorrhæos, prope Iazer exoritur, & per abrupta montium decurrens in mare mortuum erumpit. Num. 21. Deut. 2. 3. Iosue 12. 13.

ארנון arca.

ARNVLPHVS, episcopus Metensis, natus ex familia Regum Franciæ, fuit abnepos Ludouici I. vixit tempore Lotharij & Dagoberti regum Franciæ, obiit anno Christi 639.

ARODI, filius Gal. Patriarchæ Gene. 46. Num. 26. ארודי Leo Dominator.

ARÖER, vrbs Moabitarum, sita ad ripam torrentis

torrentis arnon, quæ postea tribui Gad forte assignata est. Ios. 12. 13. Deut. 2. Num. 32. Esa. 17. Iere. 48. ארוער Aroer, myrica, vel dissipatio, ab ערר. Greci Ἀρεόπολις nominant, quasi a Marte deductum nomen.

AROSETH, sedes Iabin regis Asor, in tribu Aser, Iud. 4.

חרשת Haroseth, silua vel agricultura.

ARPHAT, Syria regio, Esa. 36. 10. 4. Regum 18. 19. Ierem. 49. coniungitur Emath & Damasco. ארפח Cigas, redemptor seu liberator.

ARPHAXAD filius Sem, filij Nohe, Gen. 10. stirps gentis Ebrææ, ab Eber nepote Arphaxad propagata, ex qua Abraham natus octauo gradu ab Arphaxad distat, Genes. 11. Iosephus eundem etiam CHALDAEORVM stirpem esse ait, qui Ebraicè בשרים vastatores nominantur.

Vixit autem Arphaxad 438 annos cum auo Noha 348. cum patre Sem 438. cum filio Sale 403. cum nepote Heber 373. cum Phaleg. Reu, Saruch, Thare toto tempore vite ipsorum, vsq; ad annum ætatis Abrahæ 148. Isaaci 48. ante natum Iacob 12. ארפכשדן sanans vastitatem.

ARPHAXAT, Rex Medorum, qui condidit Egbathana, Iudith 1. ab alijs Arbaces nominatur regnavit annos 53. tempore Manassis, Amon, & principij Iosifæ, regum Iuda.

ARSA, praefectus praetorio apud Hela regem Israel, 3. Reg. 17. ארסא ab ארסא terra.

ARSACES, Parthus natione, dissidentibus inter se Syria regibus, Persiam, Mediam, & cetera orientis regna occupavit, annis 200. ante Christum. Huius posterum multa cum Romanis bella gesserunt, usque ad annum à nato Christo 200. circa quod tempus Artaxerxes Persa, victo Artabano postremo ex Arsacidarum familia, Parthorum rege, Persis veterem imperij gloriam restituit. Fit Arsacis mentio, 2. Macc. 15.

Arsacius, episcopus Constantinopolitanus, post Iohannem Chrysostomum.

Arienijs, eremita, temporibus Arcadij & Honorij. Historia eius describitur in Vita Patrum. Alius fuit lector Alexandrinus, cuius brachio Athanasium ad Magiam uti calumniabantur Ariani, ut recitat Historia Eccles. lib. 10. cap. 17. & Trip. lib. 4. cap. 24.

Alius, martyr Alexandrinus sub Decio Imp.

ARTAXERXES, ארתחששתא Nomen aliquot Regum Persicorum, latine significat μέγας ἀγχιον, magnum bellatorem, ut Herodotus in Erato testatur. Fieri autem mentio Artaxerxis Longimani (filij Xerxis, qui ad Salaminem à Themistocle victus est) 1. Esd. 7, 2. Esd. 1. 2. existimatur, qui anno regni sui septimo, qui fuit mundi 3505. ESDRAM Sacerdotem ad instaurandam Rempub. populi Iudai-

si in Iudæam misit, & ei totam Iudæam concessit,
 1. Esd. 7. Idem anno 20. regni, NEHEMIAE
 puerne suo facultatem redcundi in Iudæam & muros
 vrbis Ierosolymæ instaurandi concessit, 2. Esdræ
 1. 2. 3.

Sed in 1. Esd. 4. vbi nos habemus, in regno As-
 ueri (ipse est Artaxerxes) in principio regni eius
 scripserunt &c. hæc parenthesis, Ipse est Artaxer-
 xes, in Ebræis fontibus non extat. Hæc autem ver-
 ba, quo statim sequuntur, Et in diebus Artaxerxis
 scripsit Besellam Mithridates &c. non de Artaxerxe
 Longimano, sed de Cambyse filio Cyri, intelligenda
 esse, quidam existimant: & duas distinctas accusatio-
 nes describi. Quarum priore sub Cambyse, quæ
 1. Esd. 4. & 3. Esd. 2. exponitur, prorsus impedita
 sit ædificatio: posteriore verò sub Dario Hystaspis,
 quæ 1. Esd. 4. breuissime indicatur, sub initium regni
 Asueri facta esse, & postea 1. Esdr. 5. copiose & integrè
 exponitur, non impedita, sed promotæ sit murarum
 extractio.

Artebius, episcopus in Pamphylia.

ARTHEMAS. vnus ex discipulis & synergis S.
 Pauli Apostoli: quem in Cretam missurus erat, vt ec-
 clesie illi, Tito absente, præesset, Tit. 3.

Artemius, custos carceris, in quem Marcelli-
 nus propter Christi confessionem coniectus erat,
 conuertitur ad Christum, & vna cum Marcellino, cū
 sua vxore Candida, & filia Paulina, martyrii coro-

num adipiscitur sub Diocletiano. Alius Aegypti praefectus a Iuliano Imp. propter euersa Idola capite truncatus est. Trip. lib. 6. cap. 36.

ARTEMON, in Phrygia, tempore Seueri Imp. heresim sparsit, quod Christus fuerit purus homo, & tunc primum esse coeperit, cum de Maria virgine natus est, Euseb. lib. 5. cap. 28. Augustin. cap. 52. de Eccles. dogm.

ARTVRVS, Rex Angliae celeberrimus, floruit vsq³ ad annum Christi, 542.

ASA, filius Abia, pronepos Salomonis, 1. Paral. 3. Matth. 1. Rex Iuda, zelo vere pietatis & virtutis bellica praestans: prostrigauit 1000000. Aethiopum. 2. Paral. 14. propriam matrem remouit a cultu Priapi 2. Paral. 15. 3. Reg. 15. Gessit bella cum Baasa rege Israel, 3. Reg. 15. 2. Paral. 16. Ierem. 41. Tandem podagra laborans, in medicis magis quam in Deo confisus est, 1. Paral. 16.

NON, medicus.

Anno 10. Ase, 3000. annorum mundi completa sunt.

Asabias, princeps Leuitarum sub Iosia, 2. Paral. 35. אֲשַׁבְיָה cogitauit Dominus.

ASAN, oppidum tribus Simeon, Iosua. 19. 15. 1. Reg. 30. אָשָׁן, fumus.

ASAHEL, natus ex sorore Dauidis Saruia, frater Ioab, interficitur in bello cum Isboseth filio Saulis, 2. Reg. 2.

Alia

Alius visitator Ecclesiarum tempore Iosaphat,
2. Paral. 17. עֲשֵׂה אֱלֹהִים Afabel, opus Dei.

ASAIAS, minister regis Iosie, 4. Regum 22.
2. Paral. 34. עֲשֵׂה, opus Domini.

Alius Diaconus Ecclesie sub rege, Ezechia, 2.
Paral. 31.

ASAPH, celeberrimus Musicus & gubernator
cantorum in Ecclesia populi Iudaei, tempore Davi-
dis, fuit filius Barachia, & decimus quartus a Levi,
ex familia Gersonitarum, 1. Par. 6. 16. 25. 2. Paral.
31. 35. Composuit Psalmos 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79.
80. 81. 82. 83. plenos eximia pietate, & insignibus
verborum, ac figurarum luminibus, & ardentissimis
affectibus, qui non existant, nisi in pectore pio, quod
est officina Spiritus sancti. אֶסָפְ אֶסָפְ Afaph, congre-
gans.

ASARADDON, filius & successor Sennache-
rib, regis Assyriorum, Esai. 37. 4. Reg. 19. Esd. 4. re-
gnavit 10. annis.

אֶסָר חָדָדִין Asar Haddon, acutus Assyrius.

Afarim, Deut. 2. existimo esse oppidum tribus
Iuda, quod Ios. 15. Afar Gadda vocatur. חֲצֵרִים

Hazrim, atria.
Afasonthamar, vallis Engaddi propè Sodomam,
2. Paral. 20. Gene. 14. חֲצֵרֵי הַצֶּמֶן חֲמָרִים sag-
gittavit, Thamar, palma.

ASBEL, filius Benjamin, Gen. 26.
בֵּל אֶסְבֵּל fundavit Bel, seu confusionem.

ASCALON, vrbs Philistinorum, in qua vetustissimum Veneris templum claruit, teste Herodot. lib. 1. pag. 23. Diod. Sic. lib. 2. pag. 65. Long. 65. 20. latit. 31. 53. Fit eius mentio Iud. 1. 14. Ierem. 25. 47. Amos 1. Sophon 2. Zach. 9. Fuit patria Antiochi philosophi Academici, praeceptoris Ciceronis, Luculli, Varronis &c.

אֲשְׁכֶלֶן Aschkelon, ignis ignominiae.

ASCENEZ, filius Gomer, nepos Iaphet, Gen. 10. Ierem. 51. existimatur esse pater gentis Tuisconum, der Deudschen, quos Iudaei Ascenezim in hunc usq; diem nominant. Sed vicinior est sonus popularum, qui SASSONES nominantur. Fuit alioquin Ascania regio & lacus in Bithynia, inter Nicomediā, & Niceam. Eius regionis mentionem facit Strabo Geogr. lib. 12. & Homerus ἰλ ε. τῆλ' εἰς Ἀσκάνιος ἦν Ἀσκάνι & Ἰεοειδης. Inde fortassis cum vicinis Henetis progressi sunt Ascanij in Europam, & Tuisconas ac Henetos, qui passim nunc quorū genti Teutonice admixti sunt condiderunt.

אֲשְׁנָז Ascenez, sacerdos Ignis, ab אש & נזז praefectus & custos sacrificiorum & religionis, vel Ignis quasi aspergens a אשז. vel Vir quasi accipiter rapax & bellicosus, ab אש & נז accipiter. Eo commodant nomen Germani, quasi Geierman.

Asclas, in Aegypto propter confessionem Euangelij interfectus est, sub Diocletiano.

Afclepiades, cum Pionio Smyrnæ propter confessionem Christi combustus est, sub Antonio Imp.

Afclepiades, episcopus Antiochenus, Euseb. lib. 6. cap. 9.

Afclepas, Gazæ episcopus, ab Arianis pulsus deinde decreto Synodi Sardicensis restitutus. Trip. lib. 4. cap. 15. 24. 30.

Afcodrupitæ. Valentinianorum secta, baptismum et cœnam Domini velut inutilia externa signa abiciunt, & solam veritatis cognitionem internam ad salutem prodesse contendunt, apud Theodoretum.

Afscopam vini, Iud. 10. ab אֲסוֹס vter.

ASEM, oppidum in tribu Simeon, Ios. 19. 15.

אֲזֵם Azem, fortis.

ARSEMONA, oppidum in extremis finibus Iudæe versus meridiem & occasum, medio fere loco inter Cades & Rhinocoluram situm. Num. 34. Ios. 15.

אֲצֹמֹנָה AZmonah, ab אֲצֵם fortis. In Tabula scribitur Chasmona.

ASENA, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15.

אֲשֵׁנָה אֲשֵׁנָה mutauit, repetiuit.

A SER, filius Patriarche Iacob ex Zelpha, Gen. 30. 46. 49. Stirps tribus Afer, quæ Num. 1. 2. 7. 10. 13.

26. 34. Deut. 33. Iud. 1. 5. 6. 1. Paral. 7. Ezech. 48.

Apoc. 7. & alibi nominatur, Qui extremam oram Palestine maritimam versus septentrionem à Ptole-

maide vsq; ad Sidonem sorte obtinuit, Ios. 19. in qua Nabum Propheta, in oppido Helchat, & Hanna Prophe-

Prophetissa, Luca 2. & mulier Cananea, cuius filiam
Christus a Damono liberauit Mat th. 15. nati sunt.

אשר beatus, Genes. 30.

Alex, filius Chore, Exod. 6.

אסיר Asir, vincetus, ligatus.

ASERGADDA, vrbs in tribu Iuda, Ios. 15.

Hazargadda. חצר גרה castellum instructum.

ASEROTH, 14. mansio Israelitarum in deser-
to, Num. 11. 13. 33. Deut. 1.

חצרות HaZeroth, castella, pagi.

Ios. 10. vbi nos habemus Aseroth, in Ebreo est

אשרות Asdorb, decliua vel valles, in quibus sunt
faturigines aquarum. Sic Ios. 13. & 12. vbi nos ha-
bemus Aseroth phasga, in Ebreo est Asdorbphasga
quod est oppidum in tribu Ruben.

ASERSVAL, oppidum in tribu Simeon, Ios. 15.
19. 2. Esd. 11. 1. Paral. 4. חצר שועל Hazar suah.
castellum vulpis. vel חצר סוסה Hazar susah, ca-
stellum equitatus.

ASIA tertia pars orbis terrae, quae ab Europa
Tanai & mari Euxino & Aegeo, ab Africa Nilo se-
iangitur. Asia minor continet regiones Ioni-
dian, Mysiam, Troadem, Doridem, Phrygiam. Pro-
priè autem Asiam dici scribunt eam regionem, in qua
sita est Ephesus, de qua Act. 19. 16. 20. 21. 27. 1. Co-
rinth. 16. 2. Corinth. 1. 2. Timoth. 1. Apocalip. 1. Act.
2. 1. Pet. 1.

ASIAM ab Asia Promethei vxore dictam scri-
bit

bit Herod. lib. 4. pag. 123. Ebraea etymologia est
 אֲשִׁיָּה *Asiah*, fundamentum, seu, solum Domini, vel
 Ignis Domini, quem in Persia & Babylonia coluerunt.

ASIDEI, id est, pii, probi, 1. Macc. 7. 2. Mac-
 cab. 14. Ipsi qui dicuntur Assidei Iudeorum, quibus
 praest ludas Maccabeus.

ASIMA Idolum Emathiorum. אֲשִׁמָּה *De-*
 lictum abominatio. 4. Reg. 17.

ASIONGABER, vrbs sita in finibus Idu-
 mae ad littus maris Rubri, vnde ex Palestina in In-
 diam nauigatur. Inde soluens classis Saiononis au-
 rum ex Ophir attulit, 3. Reg. 9. 2. Paral. 8. Ibidem
 tempestate attrita est classis Iosaphat. 3. Reg. 22.
 2. Paral. 20. Mansio Israel tricesima secunda, Num.
 33. Deut. 2. עֲצִיּוֹן גִּבּוֹר *gigas robustus.*

ASMODAEVS, sic nominatur Daemonium,
 a quo aliquot sponsi Sarae, filiae Raguelis, necati
 sunt. Tob. 3. Asmodaus, der Ehetouffel, nomen ha-
 bet a perdendo, a אֲשִׁמָּה *Samad*, deleuit.

ASMONAEI, cognomen filiorum Matathie
 sacerdotis, cuius proauus Simonis nomen habuit, teste
 Iosepho lib. 12. cap. 7. alias Maccabaei dicuntur.

אֲשִׁמּוֹנַי *HaSmonai*, magnates, viri excellen-
 tes, vel orti a Simone.

ASOR. metropolis regni Iabin, Ios. 11. in tri-
 bu Nephthalim. Ios. 19. Iud. 4. 1. Reg. 12. Duae au-
 tem vrbes sunt hoc nomine in tribu Nephthalim, altera,
 I versus

versus meridiem & occasum, Ptolemaidi vicinior, cuius long. 67. 5. latit. 32. 57. altera orientalis ad fontem Iordanis, quæ עֵין הַצּוֹר En Hazor Ios. 19. vocatur, cuius long. 67. 24. lat. 33. 8. Hæc regia Iabin fuisse existimatur.

ASORBONA, vrbs in tribu Iuda, Ios. 15.

Ebraicè חֲצוֹר הַדְּתָה HaZor Hadetha, Hazor noua. Inde irrepfit Noba.

חֲצוֹר Hazor, atrium, castellum.

Asprenus, à S. Petro scribitur primus ecclesiæ Neapolitanæ episcopus esse constitutus.

Afrihel, filius Galaad, Num. 26.

אֲשֵׁרֵיֶל ASriel, beatitudo Dei.

Assaranhel, locus Iudæe, in quo Simon frater Maccabei eligitur Princeps & Sacerdos summus populi Iudeorum, 1. Mac. 14.

Σαργαμὲλ, princeps Excelst.

Assaromoth, filius Iectan, nepos Heber, Gen. 10.

חֲצוֹר מוֹת HaZarmaueth, castellum mortis.

ASSARON, oppidum prope Ioppen & Lyddam Actor. 9. alibi Saronæ dicitur.

ASSEDIM, ciuitas in tribu Nephtalim, Ios. 19.

צִדִּים Ziddim, latera.

ASSEMOTH, vrbs in tribu Iuda, Ios. 15.

הֶשְׁמוֹן HeSmon, magnates.

ASSENETH, vxor Ioseph, mater Ephraim & Manasse, Genes. 41.

אֲסַנַת Asnath, medica, seu sanitatem dedisti.

ASSE

ASSENEZ, Gene. 10. vide Ascenez.

ASSUR, filius Sem nepos Nohe, Gene. 10. stirps gentis ASSTRIAE, cuius creberrima in libris Regum mentio fit, vbi non alio quam stirpis Assur nomine appellatur. Fuerunt autem limites Assyriae ab occasu Tigris fl. dirimens eam à Mesopotamijs: à meridie Chaldaea ab ortu Media, à Septentrione Niphates, Armeniam maiorem inde distinguens.

Nominantur autem primae in mundo monarchiae Assyriorum & Chaldaeorum duae arcēs praeipuae, Ninive & Babylon 28. miliaribus German. inter se distantes, quarum illa ab Assur, haec à Nimrod aedificata esse, Gene. 10. scribitur, ac duravit haec monarchia à Nimrod ad finem Sardanapali annos 1360. & inde ad Cyrum 370.

Recitantur verò in Biblijs. post interfectum tempore Oziae regis Iuda Sardanapalum hi REGES ASSTRII.

1. Phul, cuius mentio fit 4. Reg. 15. 1. Paralip. 5. conuersus à Iona predicante in Ninive.

2. Tiglatphulassar, tribum Nephtalim in Assyriam abduxit, 4. Reg. 15. & Achaz regi Iuda opem tulit 4. Reg. 16. 2. Paral. 28.

3. Salmanasser, Samariam cepit, & decem tribus, ac in his Tobiam abduxit, 4. Reg. 17. Tob. 1.

4. Sennaherib Ierosolymam tempore Ezechiae infeliciter obsedit, 4. Reg. 18. 19. Hoc à proprijs filijs interfecto.

5. Merodach, Babylonius, domitis Assyrijs, monarchiam tenuit, annos 40. Esai. 30. Ierem. 50. 4. Regum 20. 6. Benmerodach.
7. Nabogdonosor primus, tempore Iosia, 4. Regum 23. 2. Paral. 35.
8. Nabogdonosor magnus, qui Ierosolymam evertit, & Iudaeos in Babylonem duxit.

ASSVS, vrbs & promontorium Troadis è regione Lesbi insula, aliàs Apollonia dicitur, vbi D. Paulus postremò Ierosolymam proficiscens, conscendit nauem, Acto. 20. Fuit Patria Cleanthis Philosophi, & locus natura & arte munitus, teste Strabone lib. 13. qui versum recitat: ἄσπον ἴθ' ὡς κεν Ἰάσπον ὀλέθρου μέτρον ἱκησῆ. ΨΩΝ solida, firma.

ASSVM, Acto. 27. appellatiuum est ἀργαντες ἄσπον παραλέγοντα πλω κρητιῶν cum soluissent propius praelegebant Cretam pro ἐχέουτες.

ASTAROTH & ASTARTHE, vt 3. Reg. 11. scribitur, DEA Sidoniorum, à Salomone, & ceteris Israelitis multò antè culta, Iudic. 2. 3. 10. 1. Reg. 7. 12. 31. VENERIS IDOLVM fuit, teste Cicerone lib. 3. de Nat. Deorum, & Plauto in Mercatore. Diua Astarte hominum deorumq; vis, vita, salus, rursus eadem quae est Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, caelum, sydera Iouis, quaecunque templa colimus, eius ducuntur nutu, illi obtemperant, Eam spectant; quod illi dispicet, facile excludunt

cludunt ceteri. Quicquid complacitum, id sequuntur quæ viuunt omnia, atq; sentiunt. Alios enecat, extinguit, alios suo lacte fouet, atq; erigit, sed quos enecat, Hi viuunt, & sapiunt: quos properat alere, ac erigere, Hi quidem confestim pereunt, atq; malè sapiunt miseri &c.

Euseb. lib. 1. præpar. Euangel. Ἡ Ἀσάφην Φοίνικες τὸν ἀφροδίτῳ λέγασσι.

Astaroth Addar, vrbs in tribu Ephraim, sita ad ripam Iordanis, è regione Bethabara. Iosuæ 16. 15. אַטְרוֹת אַדָּר Atroth Addar, coronæ magnificæ.

ASSVERVS, in historia Hester, & 1. Esd. 4 existimatur esse Darius Hystaspis rex Persarum. Apparet autem fuisse commune epitheton regum, vt apud nos Imp. Augustus, Cæsar. Nam Dan. 9. pater Darij Medi nominatur Assuerus, qui ab Herodoto Astyages vocatur.

אַתַּשְׁוֶרֶשׁ Attasueror, princeps hereditatis.

ASVNA, Idolium Emathiorum, 4. Reg. 17.

אַשִׁמָּה Asima, peccatum vel abominatio

ASYNCRITVS, in vrbe Roma Euangelion Christi amplexus est, priusquam Paulus eo veniret. Huic salutem ascribit Paulus. Roma. 16.

אַשִׁיחַעַד incomparabilis.

ATACH, 1. Regum 30. apparet oppidum in tribu Iuda esse. אַתַּח fortis.

ATACH, Eunuchus Hester reginæ.

אַתַּח Hathach determinator.

ATHALIA vxor Ioram regis Iuda, mater Ochozia, quo mortuo interfecit omnes ex familia regia, excepto vno Ochozia filio Ioram, qui iuuante Ioadâ Pontifi e, patri in regno successit, Athalia vero interfecta est, 4. Reg. 8. 11. 2. Paral. 22. 23.

עתליה, id est, tempus Domini.

ATHANASIVS, quinto mense post finem Concilij Niceni electus episcopus ecclesie Alexandrine annos 46. inter varia pericula & certamina presuit. Acerrimus propugnator vere doctrine de Diuinitate filij Dei, contra Arianos qui summam doctrine de tribus personis Diuinitatis & vnione duarum naturarum in Christo complexus est Symbolo, quod Athanasij nominatur.

Extant & alia ipsius scripta Græcè & Latine edita. Inter quæ, vtilissimam doctrinam continent. & lectu dignissimi sunt, Liber de Incarnatione verbi, exponens causas, cur Filius Dei humanam naturam assumeret, & quæ beneficia generi humano attulerit. Quinq; Libri contra Arianos. Epistola ad Epictetum, in qua de duabus naturis in Christo & vnione personali, sententiam Ecclesie, refutatis vndecim erroribus sua ætate sparsis, illustrat. De Nicena Synodo, qua occasione, & quo consilio, voces, *ὁμοὺς ὁμοίας: καὶ τὴν ἰσοουσίαν*, Symbolo inseruerit. Epistolæ duæ ad Serapionem de Spiritu sancto. Apologeticus de Fuga Iua, qui historiam ecclesie Alexandrinae & persecutionum sub Constantino

stantino, memoria dignissimam continet. Epistolæ ad Antiochenos & alia de temporum illorum Historijs & Synodis scriptæ. Liber de varijs Quæstionibus, de Deo, de Angelis & animabus hominum præcipuè, ad Antiochum, Sed hunc post Athanasii tempora primum collectum esse apparet, sicut & libros XI. De Trinitate alterius authoris esse, quidam suspicantur, Nam epistolas ad Marcum & Liberium & alias, supposititias esse, non dubium est.

Historiam gubernationis, certaminum & periculorum Athenasij legant studiosi in Tripartita Historiæ lib. 1. cap. 4. 5. 6. 7. 8. & toto libro quarto, Falso delatus apud Constantinum relegatur Treuerim in Gallia. Inde reuocatur à Constantino morituro, & reuertitur Alexandriam. Inde à factione Ariana rursus pellitur, constituto episcopo Gregorio, & Romam fugit. Postea intercedente Constante fratre Constantij, rursus restituitur in episcopatum. Mortuo Constante, cum mitteretur à Constantio dux Sebastianus cum uilitibus, ut Athanasium trucidaret, miranda liberatione ornatus est, punitis subita cæcitate militibus, qui ad eum trucidandum missi fuerant. Deinde a Iuliano iterum pulsus, a Iouiano restitutus est. Tandem sub Valentiniانو Imp. cum propter seditionem populi quatuor menses in sepulcro delitisset, iussu Imp. redijt ad ecclesiam, & tranquille deinceps presuit vsq; ad annum Christi, 376. quo secunda die Maij placide tandem decessit.

ATHAR, oppidum tribus Simeon, Ios. 19. 15.

אֶתֶר Ether, deprecatio.

ATAROTH, Ios. 16. idem oppidum est quod paulò antè nominavit Astharoth Addar.

Athenas goras Atheniensis Apologiam pro Christi-
anis M. Antonino exhibuit, qua extat Tom. 8. Biblio-
theca S. Patrum.

ATHENAE, celeberrima totius Graeciae vrbs, & propter res gestas in bello aduersus Persas, & propter studia doctrinarum, & Philosophorum ac Oratorum illustrium frequentiam, à Theseo primum mœnibus circumdata, à Solone legibus fundata, ab Adriano in-
staurata est. Nomen accepit à Dea conditrice seu patrona vrbs, quae sapientiae & virtutis bellicae domicilium fuit. Δῆδος ἄθλων, quae dictio composita est ex Ἰεὸς & Νῆς, Mens diuina, vel Ἰερον, ἡ Γεῖα νοῶσα. Athenis concionem de Idolatria & vero cultu Dei habet Paulus Act. 17. profectus eò ex vrbe Berrhaea, quae 36. miliaria inde abest. Longitud. habet gr. 52. 44. lat. 37. 15. Integra descriptio vrbs Athenarum, & suburbiorum, Item Pyraei, Munichiae &c. extat apud Pausaniam in Atticis, & apud Strabonem lib. 9. Hodie etiam celebris vrbs est, & Turcarum Imperio paret, occupata à Mahomete II.

Athenobius, legatus nomine Anthiochi Grypi, repetit à Iudaeis Ioppen, Gazam & arcem Sion, 1. Mace, 15.

Atheno-

Athenodorus, auditor Origenis, postea episcopus in Ponto, Euseb. lib. 6. cap. 22.

ATHER, Oppidum tribus Simeon inter Maon & Arath, Ios. 19. אֶתֶר Ether oratio.

ATHMATA, oppidum Iudææ, Ios. 19. 15.

חֻמְטָה Humetah, concha.

ATTALEA, vrbs Pamphile littoralis, ab Attalo Philadelpho Pergami rege condita. vt Strabo lib. 14. refert, Inde soluens Paulus naui Antiochiam redit, Actor. 14. Distat autem Attalea ab Antiochia, 73. mill. germ.

ATTALVS, rex Pergami & Asiæ minoris, successit fratri Eumeni. Huius mentio fit 1. Macc. 15. Genealogiam infra adscribam in Eumene.

ATTALVS, Pergamenus vir nobilis, Lugduni in Gallia propter confessionem Christi prunis subteriectis in veru torretur, sub Antonino Vero Imp. Historia extat apud Euseb. lib. 5. cap. 1. & 3.

אַתְּלָאֵל, tener, vel expers ærumnarum.

ATTICVS, episcopus Constantinopolitanus tempore Theodosij iunioris.

AVANIM, id est, iniquitas, nomen regionis Syriæ ex qua incole, in Samariam ducti sunt, 4. Reg. 18.

Audæus Syrus, autor sectæ Anthropomorphitarum, qui fingunt, Deum esse præditum corpore & figura membrorum simili humano corpori & figura, Trip. lib. 7. cap. 11.

AVDOMARVS episcopus Terwanensis cæcitate
visum recepit circa annum Christi 660.

Augurius, Diaconus ecclesie Tarraconensis, mar-
tyr sub Galiena. Prudentius Hymn. 6.

AVGVSTINVS, præcipuum lumen Do-
ctorum Ecclesie Dei, natione Afer fuit, natus Ta-
gaste, ex honestis parentibus, Patricio & Monica,
adolescens Rhetorices & Philosophie studijs incubuit
Madauri & Carthagine. Deinde in Manicheorum
secta versatus est annos nouem. Interea traiecit Ro-
mam, Inde à Symmacho vrbis præfecto missus est Me-
diolanum, vt Scholæ istic præesset, Ibi, cum D. Am-
brosium, attentè ac diu audiisset, tandem relicta
Manicheorum secta, veram Euangelij doctrinam am-
plexus est, ac die Pasche anni à nato Christo 387.
baptismo initiatus est, anno ætatis 30. Postea in
Africam redijt, vbi Valerius episcopus Hipponensis, se-
uiuo, Augustinum successorem eligit. Administrauit
autem munus Episcopi 40. annos, & acerrima cer-
tamina, cum hereticis, Manichæis, Arianis, Donati-
stis, & Pelagianis sustinuit, refutauitq; eorum erro-
res viua voce, & editis plurimis scriptis, quæ extant.
Tandem anno ætatis 56. cum Vandali Africam va-
starent, & Hipponem obsidione cinxissent, ante ca-
ptam urbem ex hac vita decessit, circa annum Christi
433. die 28. Augusti. Corpus S. Augustini Papiam
translatum esse scribitur, à Luitprando Longobardo-
rum rege, circiter annum Christi 720. Vita eius de-
scripta

THEOLOGICVM

Scripta est à Posidonio, quæ in principio primi Tomi operum ipsius extat. Et ferè totius vitæ Historia ex confessionum libris sumi potest. Prosper his versibus eum celebrat :

Augustinus erat : quem Christi gratia cornu
 Vberiore rigans nostro lumen dedit euo.

Acensum vero de lumine, nam cibus illi,
 Et vita & requies Deus est omnisq; voluptas

Vnus amor Christi est, vnus Christi est honor illi.
 Et dum nulla sibi tribuit bona sit Deus illi

Omnia, & in sancto regnat sapientia templo.

Alius Augustinus a Gregorio magno Pontifice in
 Angliam missus est, vt ecclesias instauraret, tempore
 Maurij Imp. Vide Hist. Ecclesiast. Bedæ lib 1. & 2.

AVGVSTVS, C. Octavius Cæsar Augustus
 Imperat. Romanorum, cuius 42 anno Christus natus
 est, Luca 2. Nepos fuit Iulij Cæsaris ex sorore :

L. IVLIVS
 Cæsar.

C. IVLIVS Cæsar	IVLIA
Dictator.	nupta Actio.
	Balbo.

|
 OCTAVIVS — ACTIA
 |
 C. Octavius Cæsar.
 AVGVSTVS.

Augu-

Augustus non ab augendo Imperio, sed ab augurio dictus est. Græcè $\sigma\epsilon\sigma\tau\alpha\zeta\omicron\varsigma$, sanctè colendus veluti Deus, ut Ennius inquit: Augusto augurio postquam incluta condita Roma est.

AVGVRIVS, Diaconus ecclesie Tarraconensis, in Hispania propter confessionem Evangelij una cum episcopo Fructuoso combustus est, sub Galieno Imp. Prudentius Steph. 6.

AVIM, oppidum in tribu Beniamin, puto idem esse, quod alias Hai nominatur, prope Bethel, Jos. 18. עוֹיִם, peccatores vel acerui,

AVITH, oppidum Idumææ, Gene. 36. עוֹת ab עוֹה peccavit.

AVOTHIAR, הוֹתִיאר *hauothiair*, uilla Iair. Sic dicta sunt triginta oppida in regione Galaad, a triginta filijs Iair Iudicis Israelitarum, orti à Manasse, Iud. 10. Deut. 3.

AVRAN locus in finibus terræ sanctæ, versus septentrionem & ortum, Ezéch. 47.

חורן *Haueran*, iracundia.

AVRELII, Cyrini martyris & Publij mentio fit apud Euseb. lib. 5. cap. 19.

AVREA, matrona Ostiensis, martyr sub Claudio Imp. primum igne assata, deinde in mare proiecta est. Alia fuit monacha Parisiensis, quæ Diacono Euangelion non rectè legenti stolam detraxit, & ipsa legit.

AVREVS, episcopus Moguntinensis, tempo-

Theodosij Iunioris, primùm in exilium pulsus est ab Arianis, deinde in urbem ab Attila captam reuersus, stans ad altare, & sacrum faciens, ab Hunnis interfectus est, & sepultus in monte, vbi templum S. Albano postea conditum est.

AUSITIS regio, Ierem. 25. que aliàs dicitur terra Hus, quam in Idumæa fuisse apparet ex dicto Thren. 4. Gaude filia Edom, que habitas in terra Hus. Ebraicè עוץ VZ, consilium.

Austrogesillus, episcopus Biturigum in Gallia tempore Heraclij.

Auxentius, episcopus Mediolanensis ante D. Ambrosium fauit Arianis, & semper ad partes Valentini pro tempore declinauit. Tripax. lib. 5. cap. 20. 39. moritur lib. 7. cap. 8.

AXA, filia Chaleb, vxor Orthonielis Iudicis, Ios. 15. Iud. 1. אכסא Achsah, ornata monilibus.

AXAB, ciuitas in tribu Aser, Ios. 19. Iud. 1.

אכסא Achsaph, incantatio.

AZAD, Gen. 10. locus est in deserto Iudææ, cuius etiam mentio fit, Iud. 1. אטד Atad, spina.

AZAEEL, legatus Benadad regis Syriæ ad Helisæum, postea rex Syriæ, 4. Reg. 8. 10. 12. 19. 2. Paral. 22. Amos 1.

אזאעל Hazael, speculator Dei.

AZAL Zach. 14.

AZAHIEL, Diaconus ecclesie sub rege Ezechia, 1. Paral. 31. אשהל Afahel, opus Dei.

AZANES, Persa, martyr, Trip. lib. 3. cap. 2.

AZARIAS, duodecimus rex iuda, filius Amasias, filij ioas, 4. Reg. 15. vide Ozias. אַזַּרְיָה Aux-

xilium Domini, seu auxiliator Deus, Gothilff. Alius, Propheta, qui regem Afa ad studium vere pietatis hortatur. 2 Paral. 15. Alius, filius Sadoch sacer-

dotis, 3 Reg. 4. 2. Par. 6. Alius, socius Danielis, Dan. 1. 2. 3. 1. Macc. 2. Alius Azarias, ducit reliquias populi in Aegyptum. Ierem. 43. Alius, filius

Iosaphat, regis iuda, interfectus a fratre Ioram, 2. Paral. 21. Alius Leuita, 2. Paral. 29.

1. Paral. 31. in Ebr. eo scribitur אַזַּרְיָה Azaziah, id est, fortitudo Domini.

AZAV, filius Nachor, fratris Abraham, Gen. 22.

אֶזָּב Hazo, videns eum.

AZAVOTH Thabor, oppidum in parte meridionali tribus Nephthalim, Ios. 19.

אֶזְנוֹת Aznoth, aures.

AZBEL, filius Benjamin, Num. 26. vide Asbel.

AZECHA, oppidum in tribu Iuda, prope Odollam, Ios. 10. 15. 1. Reg. 17. 2. Paral. 11. Neh. 11.

עֶזְקָה Azekah, annulus, circulus.

AZONAE oppidum in tribu Iuda, Ios. 15.

זָנוּחַ Zanoah, dereliquit, amovit.

AZOR, filius Elakim, in Genealogia Christi, Matth. 1. אֶזְרָר Azor, cingulum.

AZOR, vrbs in tribu Aser, Ios. 17. vide supra Afor
AZOR

AZOTVS, vrbs Philistinorum maritima, vicina Accaron, in tribu Dan, Ios. 11. 13. 15. 1. Reg. 5. 6. Sophon. 2. Ierem. 25. Amos 1. Zach. 9. Esai. 20. 2. Paral. 26. Act. 8. Obsessa & capta est à Psammiticho, rege Aegypti temporibus Manasse, teste Herodoto, cuius haec verba sunt, Ἄζωτον τῆς Συρίας μεγάλην πόλιν ἐπολοῖσκεε, ἐς τὸ ἐξείλε, αὐτῆ ἡ Ἄζωτος ἐπιπέσων παλίων Ἰσραὴλ πλείστον χρόνον παλιορκεορμένη ἀντιόχε, τῶν ἡμεῖς ἰδομεν.

אֲשְׁדּוֹד Asdod, ignis dilecti, seu ignis generationis, vt interpretatur Ieronimus in Esai. 20.

AZVBA, mater Iosaphat regis Iudae.

אֲבִיבָא derelicta. 3. Reg. vlt. 2. Paral. 20.

AZVR, pater Ananiae pseudoprophetae, Ier. 28. Alius, pater Iezonia, Ezech. 11. **אֲזַרְיָה** auxiliator.

B.

BAAI, Idoli Babylonij Moabitici & Samaritani nomen, Num. 22. 3. Regum 19. quod his ritibus coluerunt. Extruxerunt ipsi excelsa, Num. 22. Ierem. 19. vel in tectis adiuam ipsum coluerunt, Ierem. 32. extruxerunt ei domos. 3. Regum 18. faciebant ipsi statuas. 4. Reg. 5. & 10. erexerunt altaria, fecerunt lucos 4. Reg. 21. & 25. coluerunt ipsum genu flexione & osculatione, 3. Reg. 16. & 19. 4. Reg. 21. suffitu, Ierem. 7. & 23. Incenso. 4. Reg. 23. Festis & solennitatibus, 4. Reg. 10. peculiaribus prophetis & sacer-

& sacerdotibus, 3. Reg. 18. 2. Paral. 23. adorarunt
 inuocatione, Baal exaudi nos, 3. Reg. 18. coluerunt
 ornatu argenti, auri & monilium, Ose. 2. sacrificijs,
 4. Reg. 10. Immolatione liberorum, Ierem. 19. Hæc
 cum cultu Sanctorum in Papatu conferantur. Scri-
 bunt autem primam originem nominis Baal & omni-
 um idolorum seu statuarum in mundo, extitisse a Ni-
 no, qui Beli patris imaginem in domo collocavit, &
 ad eam confugientibus veniam dedit. Inde nomina
 Bel & Baal extitisse Ieronimus in comment. Osee,
 cap. 2. refert.

בעל Ebraicis & Syris significat ὁ ἔχων, habens,
 seu possidens, vt Dominus, & maritus, seu ardenti
 amore colendus, vt vxor honesta maritum comple-
 ctitur.

B A A L A, mons inter Ioppen & Secronam, Ios.
 15. בעלה Domina.

B A A L A, oppidum tribus Simeon. Ios. 19.
 בלה Balah, vetula.

B A A L A D I V D, Ios. 19. confusa sunt duo no-
 mina oppidorum in tribu Dan.

בעלת יחור Baalath & Iehud.
 Oppidi Baalath mentio fit. 3. Reg. 9.

בעלברית Baalberith, Dominus fœderis.
 B A A L G A D, mons imminens fonti Iordanis,
 & oppidum ad radices montis, qui pars Libani &
 Hermonim est, in cuius vertice Templum Iouis splen-
 didissimum in honorem Augusti ab Herode ædifica-
 tum

tum est. Ios. 13. 11. 12. בעלגבר dominus accinctus.

Baalis, Rex Ammonitarum, tempore captiuitatis
Babylonicae, Ierem. 40. בעלים Dominus gau-
dens.

B A A L M E O N, oppidum terrae Moab, prope
Aroer, quod postea tribui Ruben attributum est, Ios.
13. Num. 3. 21. Paral. 5.

בעלמעון domus habitaculi seu refugij.

B A A L P H A R A S I M, locus in tribu Benia-
min, ubi Dauid Philistaeos vicit. בעלפרצים Ba-
alperazim, Dominus diuisionum, Quia Dominus
diuisit inimicos Dauidis sicut aquae rumpunt aggeres
2. Reg. 5. 1. Paral. 14.

B A A N A, praefectus rei frumentariae Salomonis
in tribu Aser, 3. Reg. 4. בענה in nubibus.

B A A S A, ex tribu Isaschar, tertius rex Israel
annis 24. tempore Ase regis Iudae, deleuit totam fa-
miliam Ieroboam, 3. Reg. 15. 16. Ier. 41. 2. Paral. 16.

בעשא Baesah, באשא, industrius in rebus
agendis.

B A B E L, seu BABYLON, metropolis

CHALDEAE, long. 79. lat. 35. Distat a Ie-
rosolymis versus ortum, miliaribus Germanicis 170.
describitur a Plinio lib. 6. cap. 26. his verbis Baby-
lon Chaldaicarum gentium caput, diu summam cla-
ritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua
pars Mesopotamiae, Assyriaeq, Babylonica est appella-
ta. Sexaginta millia passuum muris amplexa, duce-

non pedes altis, quinquagenos latis. In singulos pedes ternis digitis, mensura ampliore quam nostra, inter fluo Euphrate, mirabili opere utroque.

In hac vrbe Prima Monarchia in mundo cœpit, anno 131. post diluuium, Gen. 10. 11. A Babilonis translatum est imperium ad Assyrios, sed tempore regis Ezechie, cum Senaberibi Assyriorum regis exercitus, obsidens Ierosolymam, per Angelum casus esset, & rex ipse Senaberib a filiis interficeretur: Merodach Baladam, Babiloniæ præfectus totam monarchiam occupauit. Huius mentio fit 4. Reg. 20. Esai. 39. Huic successit Ben Merodach. Huic Nabuchdonosor primus. Huic Nabuchdonosor magnus, qui euerfis Hierosolymis, populum Iuda in captiuitatem Babilonicam abduxit. Incidit autem exilium seu Migratio populi Iudaici in Babylonem, in annum mundi 3364. ante Christum natum 600.

Nabuchdonosori successit Euilnerodach, Euilnerodacho Balthasar, quem expugnata Babylone Darius & Cyrus interfecerunt. Daniel 5. & monarchiam orbis terrarum ad Persas transtulerunt. Tantam autem Babylonis amplitudinem fuisse Aristoteles in Politicis refert, ut urbem captam esse, tertia die primam pars quadam vrbis senserit.

בבל Babel à confusione linguarum, Gen. 11.

Excidium Babylonis prædicit Esaias cap. 13. 14. 21. 47. Jerem. 50. 51. Habac. 3.

Babiana vel Bibiana, virgo Romana, martyr sub Iuliano, die 2. Decembris.

BABYLAS, episcopus Antiochenus, sub Imperatore Decio, vna cum tribus filijs, ob confessionem euangelij trucidatus esse scribitur. Alij sub Nariano, qui Diocletianum proximè antecessit, Babylam cum tribus filijs Urbano, Partheno, Epollono de-collatum, & hos à matre Thordola sepultos esse, memorant. Extat de hoc martyre Oratio Chryso-stomi, & sepulcri Babyle mentio fit Tripartita lib. 6. cap. 31.

Bacchides, Dux Demetrii regis Syriæ, qui inter-fecit Iudam Maccabæum, 1. Mac. 9. 7. 2. Mac. 8.

Bacchus, Duo duces militum hoc nomine propter Christi confessionem interfecti sunt, alter sub Maxi-miano, alter sub Iuliano.

Bacchylus, episcopus Corinthi, $\sigma\upsilon\gamma\chi\epsilon\upsilon\sigma$ Poly-cratis episcopi Ephesini, Euseb. lib. 5. cap. 22. 23.

Badacher, dux Hieu, regis Israel, 4. Reg. 9.

בדקר à dakar transfodit.

Badadi, pater Adad regis Idumææ, Gen. 36.

בדד Bedad, solitarius.

Badan, 1. Reg. 12. existimatur esse cognomen Sam-sonis Iudicis. בדן Iudex.

BAHEN, sic interpres vel librarius, non intelli-gens Græcæ vocem Βαῖλω, scripsit 1. Mac. 13. Sunt autem Βαῖα, rami palmarum, Iob. 11.

BAHVIRIM, locus in tribu Benjamin, prope Ierosolymam versus ortum solstitialem, 2. Reg. 3. 16. 17. 19. 3. Reg. 2.

בחרים BaHurim, electi, bellicosi.

BALA, antiquum nomen urbis Cariathiarim, Ios. 15. בעלה Baalah, Domina.

BAL A, ancilla Rachel, vxoris Iacob, & concubina Iacob, mater Dan & Nephtalim. Gen. 30. stupratur à Ruben, Gen. 35.

בלהה Bilhab, vetula, à בלה consenuit.

BAL A AD, in finibus tribus Simeon & Ephraim, Ios. 19. בעלת Baalath, Domina.

BAL A AM, Vates, consulitur à Balach regi Noabitarum, & pecunia corrumpitur, vt cupiat maledicere Israelitis, sed à vero Deo impeditur, sicut Esau impeditur, ne fratri Iacob noceat, Num. 22. Ios. 24. Ferunt autem hunc Balaam ortum esse à Nahor fratre Abraham, à quibus doctrinam (quæ in ipsius vaticinijs Num. 23. 24. extat) de vero Deo, de bona, de Christo, de terra Chanaan, de Resurrectione mortuorum, & vita æterna accepit, sed amore lucri & honorum & aule illecebris fasciatus, cupit maledicere pijs, vt nostra ætate Pontifices & homines docti, eorum assentatores, spe quæstus, consilia persecutionis piorum adiuuant. Sed cum diuinitus impeditur Balaam, ne sua maledictione populo nocere posset: discessurus dat consilium Moabitjs & Madianitis, vt vxores eorum inuident Israelitas ad libidines & cul-

& cultum Idoli Peor, Num. 31. Apoc. 2. Quod cum factum esset, interfecta sunt de populo 24000. Nume. 25. Fit præterea Balaami mentio Deut. 23. 2. Petri 2. Ios. 13. 24. Mic. 6. Apoc. 2. Iudæ 1

בלעם Bileam, confusus populus.

BALAN, filius Eser, nepos Seir, Gen. 36.

בלהן Bilehan, vetus.

Balach, rex Idumæorum, Gen. 36. 1. Paral. 1.

בלע Bela, absorbens, helluo.

Balah, rex Moabitarum, qui accersivit Balaam,

Num. 22. בלק Balak, exterminans,

Balanan, rex Idumæa, Gen. 36. בעל חנן Baal

Hanan, Dominus fauet.

BALASOR, prædium Absolonis, in quo fratrem Ammon propter stupratam sororem Thamar, interfecit, 2. Reg. 13. בעל חצר Dominus tubæ, & Hazar.

Baldath, Suites, amicus Iob, cap. 3. 8. 18. 25.

בלרר anus, quæ passu incedit inerti à ררה vel confusus. שוחי SuHi, fouea.

BALÉ, filius Benjamin, Num. 26. בלע Bela, helluo.

BALÉ, oppidum Sodomæ vicinum, Gen. 14.

בלע Bela, absorptio.

BALOTH, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15. 2. Paral. 8. edificatum à Salomone, 3. Reg. 9.

בעלות Bealoth, Domine.

BALSALISA, oppidum in finibus tribuum Iuda & Ephraim, cuius mentio fit 4. Reg. 4,

בלשלה triaria.

BALTHASAR, cognomen Danielis.

בלטשאצר Belteschazar, custos thesauri.

BALTHASAR, nepos Nabuchodonosor, rex Babylonis, qui abutens vasis aureis, ex templo Ierosolymitano ablatis, interfectus est à Dario & Cyprio, Dan. 5. ab Herodoto, Labynitus vocari existimatur.

בלשאצר Belsazar, Bel vastans aduersarios, à Belsaah, & zar, vel Dominus militie, à בעל & צר, vt quidam festiui nomina Magorum, qui obtulerunt munera Christo, sinxerunt: Melchior, Rex illustis.

Caspar, scriba seu Cancellarius. Balthasar, Princeps militie. Quibus significarunt, Regna & totam gubernetationem togatam ac bellicam debere Christo seruire.

BAMOTHBAAL, oppidum tribus Ruben vicinum valli prope Aroër, in regione Moab, per quam fuit Arnon fluius, Num. 21. Ios. 13.

במות excelsa.

BAANA, capitaneus Isboseth filij Saulis, proditor & parricida domini sui, 2. Reg. 4.

באנה Baanah, miseria.

BANAIAS, praefuit satellitio custodie corporis David, 2. Reg. 8. 20. 3. Reg. 1. postea à Salomone in locum Ioab praefectus est exercitibus regis, 3. Reg. 2. 4. Alius, Leuita, diaconus Ecclesiae sub rege Ezechia,

Ezechia, 2. Paral. 31. כְּנִיָּה Benaiah, edificator Domini.

BANE & BARACH, Ios. 19. In Ebræo est בְּנֵי בָרַק Bne Barak, filij coruscationis.

BANEIACHAN, 28. mansio Israelitarum in deserto, Num. 35. Deut. 10.

בְּנֵי יַעֲקֹב Bne Jaakan, filij necessitatis.

BARACH, Iudex Israel, maritus Delbora, ex tribu Nephtalim, vicit Sisaram ducem regis Chanana, Iud. 4.

בָּרַק Barak, fulgur, coruscatio.

1. Reg. 12. in Ebræo non extat nomen Barach.

Barachel, pater Helii, qui disputauit cum Iob,

cap. 32. 33. 36. Barachel, benedictio Dei.

Barachias, pater Zachariae Propheta כְּרִכִּיָּה, benedictus a Domino.

BARAD, oppidum in finibus Arabiae & Iudææ, situm medio fere itinere inter Geraram & Cadesbarne, Genes. 15. בָּרַד Bared, grando.

BARBARA, Virgo Nicomediensis, filia Diocæsari cuiusdam præfecti potentis & opulenti: primum turri inclusa, deinde propter confessionem veri Dei, exquisitis generibus tormentorum cruciata, tandem ab ipso patre capite truncata est, tempore Maximiani Imp. die 4. Decemb. Chaldaea vox Bargarith, margaritam seu vnionem significat, ein Perlin.

Barbarus, miles Christianus, sub Iuliano in *enemum taurum*, candentem igne, inclusus est, & postea decollatus.

Barbelus, nomen *αἰών* in Theologia Gnosticorum, ex quo fingunt Christum natum esse, Irenaeus lib. 1. cap. 33. Theodoretus peculiarem sectam Barbeliotis tribuit.

Bardesanus, Edessenus Syrus, Valentiniani dogmata sectatus esse scribitur.

S. Bardo, archiepiscopus Moguntinus, alter Chrysostomus ob eloquentiam appellatus, ex nobili familia *Vvederauia von Dypershonen* oriundus, tempore Henrici III. Imp. obiit, A. C. 1051.

BARIESVS, magus, impediens cursum Evangelij in Cypro, subita caecitate punitur à Paulo, Acto. 13. *Βαριεσς*, id est, filius Iesu seu Iehoua summi & solius veri Dei.

BARIONA, Matth. 16. Simon Bar Iona, id est, filius Ionæ seu Iohannis, ut Iohan. 21. dicit: Simon Iohannis diligis me. *Bar* enim significat *εἰρησ*, electum, & substantiue, Filium, tanquam rem maxime electam, caram & iucundam parentibus.

BARLAAM, eremita Indicus, qui Iosaphat filium regis Indiae, & totum regnum ad Christi doctrinam conuertisse scribitur. Barlaami martyris historiam recitat Basilius, pag. 362. Ad aram Idoli raptus, cum thus ardens manibus impositum esset, non

non excussit thus, sed manus potius cremari, quam Idolo thymiama offerre voluit.

BARNABAS, Iudeus, Levites, natus in Cypro, vnus ex primis discipulis Apostolorum, & comes peregrinationis Pauli, vsq; ad annum 16. à resurrectione Christi. Fit eius mentio Act. 4. 9. 11. 13. 14. 15. 1. Corinth. 9. Galat. 2. Pars concionum Barnabæ recitatur à Clemente ἐρωματιῶν 6. Antequam crederemus Deo, domicilium corruptibile & fragile cordis nostri, verè erat templum manu factum, quando erat plenum Idolatria, & erat domus demonum. Sed attendite, vt templum Domini gloriose edificetur. Quomodo? Accipiendo remissionem peccatorum, & sperando in nomen Christi, siamus noui & denuo creati, eo quod in domicilio nostro verè Deus habitat in nobis, Quomodo? Quando habitat in nobis sermo fidei ipsius, vocatio promissionis ipsius, sapientia iustificationum & mandata doctrine.

Barnabas idem est quod filius consolationis. Act. 4. בר filius, נפש Nuphesch, recreare, refocillare, consolari, &c. Euseb. lib. 1. cap. 14. scribit fuisse vnum ex 70. discipulis.

BARNABAN. Latro, quem Iudei petunt dimitti & Christum crucifigi, à בר Bar filius, רב magister, earum, vel filius patris בכאב, ein Vatersonlein, cui omnem licentiam præbent indulgentes parentes.

BARSABAS, cognomen Iosephi Iusti, Act. 1. & Iude, Act. 15. à בר Bar & שב, id est, filius reuertens. Existimant autem Iosephum Barsabam (Act. 1. eundem esse, qui Act. 4. Ioses Barnabas nominetur.

Barfes, episcopus Edesse, à Valente Imp. relegatus, Trip. lib. 7. cap. 17.

BARTIMAEVS, cæcus, quem sanat Christus egressus Iericho, Marc. 10. Βαρτιμαῖος, filius Timæi.

BARTHOLEMAEVVS Apostolus, cuius nomen solum in historia Euangelica extat, Matth. 10. Marc. 3. Luca 6. Act. 1. Post resurrectionem Christi in India sparsisse semina Euangelij, inscribitur ab Euseb. lib. 3. cap. 1. & lib. 5. cap. 10. & citatur eius dictum, à Dionysio cap. 1. Theologiæ Myst. Euangelion esse breue & longum. Etsi enim summa breuibus aphorismis comprehensa tradi potest: tamen sapientia illius inexhausta est & propugnatio dogmatum longiorem orationem desiderat. In Armenia vrbe Albana fertur iussu Astyagis Regis excoriatum esse Dies ipsi à Latinis 24. Augusti, à Grecis vndecima Iunij dicta est. Βαρθολομαῖος, filius Ptolemæi, vel à בר Bar filius תלח Thalab, suspendit, מים Maim aqua. Filius suspendentis aquas.

BARVCH, amanuensis Ieremiæ Prophetæ. Ierem. 36. ברוך benedictus. Alius est, quicumque eundem est, cuius extat liber inter Prophetas, qui inter Apocryphos numeratur.

Bassa, Rex Sodomorum, Gen. 14. Ebraicè ברע
Bera, id est, socius, vel pastor à רעה vel maleficus
רוע.

BASAN, vberima & fertilissima regio inter
Iordanem, Libanum, fines Coelesyriae & Ammonitidis
comprehensa, quam intersecto rege OG, Moyses oc-
cupavit, & dimidia tribui Manasse attribuit. Eius
pars praecipua à Galaad nepote Manasse, terra Ga-
laad postea appellatur, Num. 2. Dent. 3. 3. Reg. 4.
Esai. 2. Nahum. 1. בשן Baschan, pinguedo, vel
potius confusio & ignominia.

Balchath, oppidum tribus Iuda, Ios. 15.

בצמת BoZkah, farina subacta.

Balemach, vxor Esau, Gen. 26. בשמת aro-
matica, benefragrans, Eodem nomine postea est
appellata Malech, altera ipsius vxor. Gen. 36.

Basileus, Romanus martyr sub Valeriano.

Basilissa, coniunx Iuliani Antiocheni, sub Dio-
cletiano Romae bestijs obiecta. Fortun. lib. 8. Hic
Paulina Agnes, Basilissa, Eugenia regnans.

Basilides, Alexandrinus, Menandri discipulus,
Adriani Imp. temporibus vixit. Docuit vnum esse
Deum Patrem, ex hoc natum esse נשׁו, ex hoc לוֹע
זוֹר, ex hoc Φερόνησι, ex hoc σοφία και διύαμι
Ex his virtutes, principes & angelos primum condi-
disse caelum. Ex his alios & alios subinde deriva-
tos, vsq; dum 365. caeli fabricarentur. Docuit pri-
moge-

mogenitum Patris N^ov^o missum esse, vt credentes sibi in libertatem assereret, nec tamen crucifixum esse, sed eius loco Simonem Cyrenensem, docuit Animam solum saluari, non corpus. Vide Irenaeum lib. 1. cap. 23. lib. 2. cap. 21. lib. 2. cap. 66. & Epiphanium lib. 1. Tom. 2. Inter cetera contendit confessionem in persecutione esse ἀδιάφογον, & negationem fidei non esse peccatum. Euseb. lib. 4. cap. 8.

BASILIVS, episcopus Caesareae in Cappadocia, omnium scriptorum Ecclesiasticorum, qui extant, eloquentissimus. Patrem habuit ludimagistrum, Fratres duos, Petrum Sebastensem, & Gregorium Nyssensem episcopum. Adolescens Athenis didicit ac docuit, & commilitones habuit Gregorium Nazianzenum, & Libanium. Postea praecipuis Ecclesijs in Graecia & tota Asia perlustratis, Caesaream rediit, & aliquandiu Theologiam professus est. Orta autem simultate cum episcopo, secessit in Pontum, vbi cum auditoribus aliquot, tredecim annos, in studijs doctrinae caelestis, consumpsit. Postea grassantibus Arianois, reuocatus est Caesaream, & post mortem Eusebii delectus Episcopus, acerrima certamina cum Arianois sustinuit, quos Valens Imp. fouebat, & veram doctrinam de filio Dei & Spiritu sancto illustravit. Mortuus est autem circa annum Christi 390. Calendis Ianuarij. Vitam ipsius descripsit Nazianzenus, & historia Eccles. lib. 11. cap. 9. & Trip. lib. 7. cap. 22.

31. & 36. in quo præfectus Valentis hortatur eum, ut tempore pareat, & non tot ecclesias propter exilem disputationem vexari patiatur &c. Basilius, Presbyter ecclesie Ancyrane in Galatia, martyr sub Iuliano, Trip. lib. 6. cap. 14. Alius fuit Basilius Ancyræ episcopus, de quo in Actis Synodi Sardicensis lib. 4. Trip.

Basilla, virgo Romana, nobilis propter confessionem Christi, gladio transfixa est sub Galirno.

Balsianus, Syracusis natus, Romæ Christi doctrinam amplexus est. postea episcopus Laudensis multos annos fuit, ac Ambrosio morienti assuisse scribitur. Obijt anno ætatis 90. die 19. Januarij.

Bassus, episcopus Nicenus, verubus à calce vsq; ad verticem transfixus propter nomen Christi.

Alius Alexandriæ ob confessionem Euangelij submersus est.

BATHISEMATH, filia regis Salomonis, 3. Regum 4. בתשמט odorifera.

BATHVEL, filius Nachor, fratris Abrahæ, pater Rebeccæ, Gen. 22. 24.

BATVS mensura liquidorum continens 72. sextarios, ut Græcorum Amphora. Capit autem sextarius fere libram olei, cuius precium sunt ad minimum quatuor solidi Lubecenses, ita ut Bati precium fuerint 9. Toachimici. 50. igitur bati, 450. Toachimicis venditi sunt, quibus dominum suum Dispensator iniustus defraudavit Luca 16.

בַּתְּוֵאל Bathuel, Virgo Dci.

Baudlius, Diaconus Nemaufensis, à Gotthis interfectus.

Baziothia, oppidum in tribu Iuda, Iosue 15.
בִּזְיוֹתִיָּה Biziotheiah, contempsit signum Domini.

Bean, oppidum regionis Galaad, 1. Macc. 5.

BEATRIX, virgo Romana, senatoris filia propter confessionem Christi in carcere necata, sub Diocletiano.

BECHOR, filius Benjamin, Gen. 49.

בֶּכֹר Bechor, primogenitus.

Alius, abauus regis Saul, 1. Reg. 9.

Becher, filius Ephraim, Num. 26.

BED A venerabilis, circa annum Christi 700. in Anglia floruit, sacras literas, & alias artes Ecclesie necessarias in monasterijs VVirmuthensi & Girvicensi quae tunc Schole erant, profitens. Obijt anno Christi 734. die Ascensionis Domini. Opera eius in Octo Tomos digesta extant, quorum primo, artium dicendi, Arithmetici, Astronomici & Musici libelli. II. De natura rerum, de temporum ratione, de Paschate. III. Historia Ecclesiastica Anglica, Vita quorundam sanctorum & Martyrologium. IIII. enarrationes librorum veteris Testamenti. V. Noui Testamenti, Retractiones in Acta & Pauli Epistolas. VII. Homiliae. VIII. Hexaemeron, Quaestiones super libros veteris Testamenti, In Psalmos, in Boetij librum de Trinitate, Meditationes, Passiones &c. conti-

continentur. Historiam Ecclesiasticam gentis Anglicæ deduxit ad annum 731.

BEDAD, filius Adad, regis Idumæi, Gen. 36.

בְּדָד, solitarius.

Beelmeon, Ezech. 25. Vide Baalmcon.

BEELEPHOR, idolum Moabitarum, Num. 25. Deut. 4. Psal. 105. quod Ieronymus in cap. 4.

& 9. Osee, ait fuisse Priapum. Hic Mutini nomine à Romanis cultus est, in Templis stabat æneus: in hor-

tis, ligneus aut ficulnus. Eboei scribunt בעלפפור

Baalpeor, idolum nudum, a פֶּעַר Paar, denudavit.

Similia apud Romanos Lupercalia sacra fuerunt.

BEELEPHON, Locus Aegypti, ad littus

maris Rubri vbi castrametatus populus Israel, in se-

quente Pharaone, transijt mare rubrum, Exod. 14.

Num. 33. Fagus ex sententia Ebræorum scribit,

fuisse Idolum ibi constitutum, cui Aegypti hanc vim

tribuerint, quod seruos ex Aegypto fugitiuos obserua-

rei & retineret.

Baalzephon, Dominus specule à צִפְרָה contem-

platus est, vel Dominus aquilonis à Zaphon.

BEELEZEBUB, Idolum Accaronitarum in

Palestina, prefectum penuri & cellarijs, à quibus mu-

scas abigeret, vt apud Romanos, Hercules muscarum

abactor. creditus est etiam adesse agrotantibus &

morbis mederi 4. Reg. 1. בעלזבוב Baalzebub,

Dominus muscarum seu crabronum. In Euangelijs

Matth. 12. Lucæ 11. nominatur Princeps Demonio-

rum.

BEERI, pater Osee Prophetæ. בארי Baari;
in lumine, ab אור Or, vel puteus meus, א' באר.

Beerī, ortus ex gente Hethæorum, socer Esau,
Gen. 36.

BEGVARDI & BEGVINAE damnantur
in c. Ad nostram, de Hereticis. docuisse scribuntur,
Homines, qui ad statum perfectionis peruenissent,
nec verbo, nec sacramentis, nec ieiunijs, nec orationi-
bus indigere, ac licere eis facere, quidquid natura
suggererit.

BEL, Idolum Babyloniorum, Esa. 46. Dan. 14.
sic dictum à Belo patre Nini, qui Beli mortui statuum
in Regia collocavit, & adorandam posuit. Inde simul-
lacrorum originem in reliquum mundum manasse
scribit Lyra in caput Sapientie 11.

Belus, fortasè à בעל dominus, vt Sorabi Patro-
nibus & Grecis vicini regem suum nominant
Βελουζα.

BEL A, filius Benjamin, Gen. 46.

בלע belluo, destructor.

BELIAL, significat improbum nebulonem,
ein losen Buben. Nahum. 1. Deriuant à בלי Beli,
absq; עור Ol, iugū. vel à בלימועל qui nulli sit
commodus, ne quam א' בלימועל & א' בלימועל, vel à בלימועל
qui non promouebit.

BELMA, locus castrorum Holofernis, prope
Bethuliam, Iudith 7.

BELSA

BELSATHIM, locus terra Moab. vbi quadagesima secunda & vltima castra Israelita ex Aegypto egressi trans Iordanem habuerunt, vbi Moyses mortuus est, & vnde exploratores in Iericho missi sunt. Numeri 33. Ios. 2. 3. אכלחשטום
Abelhasittim tractus seu campus Sittim. Vide infra Sethum.

BENA, praefectus rei frumentariae regis Salomonis in tribu Manassa cis Iordanem, 3. Reg. 4.

באנו כענא, in nube.

Benabinadab, praefectus regis Salomonis in celebri vrbe Dora, 3. Reg. 4. Filius Abinadab.

BENHADAB, rex Syriae, 3. Reg. 15. 20. Ierem. 49. Amos 1. moritur, 4. Reg. 8. בנהדרד

Benhadad, filius eiulatus seu clamoris. בנהדרד
had eiulatus. Alius Benadab, rex Syriae, filius Azaelis, 4. Regum 13.

BENAIL, vnus ex principibus delectis ad visitationem ecclesiarum a rege Iosaphat, 2. Paral. 17.

בנהיל Ben Hail, filius robustus.

BENDECAR, praefectus rei frumentariae Salomonis in tribu Dan. 3. Reg. 4.

בנדקדק filius transfusionis.

BENEDICTVS, primus in Europa autor ordinis Benedictini, patria Nursensis fuit. Monasterium instituit in monte Casino Campania, vixit temporibus Iustini & Iustiniani Imp. Abbas Spanheimensis,

mensis, qui fuit ex ordine Benedicti, scribit mortuum esse anno Christi 542. die 21. Martij, Sed adhuc Totila tempore & aliquanto diutius eum vixisse ex historijs constat. Vitam eius descripsit Gregorius lib. 2. Dialogorum.

BENSEDED, praefectus Salomonis, 3. Reg. 4.

בן חסד Ben Heseb, filius misericordiae.

BENGABER, praefectus Trachonitidos seu regionis Galaad, sub rege Salomone, 3. Reg. 4.

בן גבר Gigas.

BENEVOLVS, Quaestor, qui detrectavit imperium Iustinae, iubentis eum Ambrosio mandare, ut ex Ecclesia cederet, eamq; Arianis traderet, Tripat. lib. 9. cap. 20.

BENHVR, praefectus rei frumentariae Salomonis in tribu Ephraim, 3. Reg. 4.

בנחור, filius principis seu candidus.

BENIAMIN minimus natus filius Patriarchae Iacob, in cuius partu mater Rabel moriens, Gene. 35. nato nomen Benoni (Filius doloris) dedit, quod pater in בנימין Benjamin, id est, filius dexterae seu primariae & carissimae marito coniugis mutavit ac unice eum dilexit. Gene. 42. 43. 44. 45. 49. Stirps nobilissima Tribus Benjamin, in qua PAVLVS APOSTOLVS, Philip. 3. HESTHER regina Persarum, Hest. 2. SAVL primus rex populi Israel, 1. Regum 9. EHVD Iudex, Iud. 3. nati sunt, & Arx regni, & ordinaria sedes Templi & Ecclesiae Iudaicae.

Iudaica multis seculis fuit, in qua Christus ipse praedica-
uit, & sacrificium corporis sui pro salute generis hu-
mani in ara crucis obtulit, & resuscitatus ex morte
triumphans in caelos ascendit.

Filius & posterus Patriarchae Benjamin. Gen. 45.
Num. 26. 1. Paral. 8. 9. recensentur, & alioquin tribus
Benjamin mentio fit Ios. 18. Num. 1. 2. 7. 10. 13. 34.
Iud. 19. 20. 21. Apoc. 7. Psal. 68. Ibi Benjamin paruu-
lus, scilicet Paulus, Psalm. 80. Qui sedes super Cheru-
bin, manifestare coram Ephraim, Manasse & Benia-
min. Nam haec tres tribus ad occidentalem partem
Tabernaculi, ubi arca foederis sita erat, in deserto ca-
strametabantur, Num. 2.

Benjamin, Leuita & collector munerum, quae
tempore offerrebantur, sub Ezechia, 2. Paral. 31,
בנימין a dextra.

Benjamin, martyr Persa, Tripartit. lib. 10.
cap. 33. Alius, eremita, Tripart. lib. 8. cap. 1.

Alius, Ierosolymorum episcopus, Eusebius lib. 4.
cap. 5.

BENIGNVS, ex Asia in Galliam profectus est
ut doctrinam Euangelij propagaret, sub Aureliano
Imperatore primum fame vexatus, deinde hasta con-
fossus ex hac vita decessit.

BENNO, episcopus Nisuenfis natus ex familia
comitum a Woldenberg in diocesi Hildesienfi, vixit
tempore Henrici III. & IIII. Imp. relatus inter
Diuos anno 1524.

BENON, oppidum Moabitidos, Num. 32.

בען a בעה rogauit.

BEOR, pater Balaam, Num. 32.

בעור infatuare desipere vel combure.

Beor, pater Balach, regis Idumeorum, Genes. 36.

BERA, prope Cariathiearim, inter Ierosol. & Azotum, long. 66.47. latitud. 31.57, vbi Ioathan filius Gedeonis fratrem Abimelech fugiens habitauit, Iud. 9. 1. Macc. 9.

Berchameth, באר ראמת Beer Raemath, puteus excelsorum, Ios. 19.

Beri, filius Patriarche Gad, Gen. 46.

ערה, Eri, ab ערה, Erah nudauit.

Beria, filius Aser Patriarche, Gen. 46.

כריעה, a רעד, Raah, pauit, nutriuit.

Berih, Idolum Sichimitarum, Iud. 9.

ברת Berith, pactum seu foedus.

Beraldus, a Francisco ad annuncianum Euan- gelion Sarracenis missus est circa annum Christi 1219.

Berdulphus, Abbas Bobiensis ad Trebiam.

BERENGARIUS Andegauensis Gallus, presbyter Turonensis, qui corpus Christi, tantum in signo & figura, non vere & substantialiter in eucharistia adesse docuit: tempore Henrici III. & IIII. Imp. vixit: & dogma suum, Ioannis Maylrosii Scoti, qui Bedae auditor, tempore Caroli magni librum de eucharistia scripserat, argumentis & testimonijs confirmauit:

firmavit: Huic Lanfrancus Papiensis, Cadomi in Normannia abbas, se opposuit. Re ad Leonem PP. delata, Synodus Vercellis coijt, in qua Berengario non comparente, Scoti & Berengarij opinio damnata est. E contra alij in antisynodo Andegavi & Turoni, vbi Berengarius docebat, Berengario subscribebant. Victor PP. Leonis successor, Turoni denuo Synodum missis legatis celebrat, coram quibus, dissimulatae causae suae defensione Bereng. verbis Catholicorum vtens, catholicam se amplecti sententiam profitetur, atq; ita legatos & concilium eludit. Rursum igitur accusatus Romae Berengarius, praeside Nicolao II. PP. Palinodiam illam, quae iuris canonici decretis inserta est, ab Humfredo Cardinale praescriptam anno Christi 1059. professus est cumq; domum regressus, apud suos denuo palam & libere dogma suum doceret, iterum citatus in Lateranensi concilio sub Gregorio VII. PP. denuo recantavit.

Berillus, episcopus Bosrae in Arabia, docuit Deum Patrem in Christo habitare, nec fuisse Christum antequam ex virgine nasceretur, sed ab Origine emendatur Euseb. lib. 6. cap. 16. 24.

BERNHARDVS, doctor mellifluus, Abbas clareuallensis primus, claruit tempore Lotharij, Conradi & Friderici Barbarossae Imp. natus est Fontanis oppido Burgundiae, Patre Tecelino milite matre Alotha ingressus monasterium anno Christi 1112. anno aetatis 22. mortuus est anno Christi 1163. vita ipsius

quinque libris comprehensa, operibus eiusdem adiungi solet.

Scripta Bernhardi, ex varijs & continujs ferè sacre scripturæ sententijs, velut tessellis aptè inter se iunctis contexta & stipata, & perpetuo quodam lepore & festiuitate condita sunt. Imprimis vero ardenti Spiritu doctrinam de Filio DEI Homine pro nobis facto, & Gratia Christi, ac Iustitia Fidei, ad vsum vere pietatis & consolationis ac fiducia & lætitiæ in pectoribus accendendo accommodatam, illustrius ferè & efficacius quam ulli alij patres illustrant. Sermone I. & III. de Annuntiatione. Serm. II. III. V. in Vigilia Natalis & passim alibi: Sermone 61. In cantico: Sufficit mihi ad omnem Iustitiam, solum habere propiciam, cui soli peccaui. Non peccare, DEI Iusticia est. Hominis iustitia, indulgentia DEI. Serm. 68. vbi tuta firmaq; infirmis securitas & requies nisi in vulneribus saluatoris &c. Meum meritum miseratio Domini. Non sum meriti inops quamdiu ille miserationum non fuerit. Lib. 1. vita Bern. cap. 13. Fateor non sum dignus ego, nec proprijs possum meritis, regnum obtinere cœlorum. Cæterum duplici iure illud obtinens Dominus meus, hereditate scilicet patris & merito passionis: altero ipse contentus, alterum mihi donat, ex cuius dono iure illud mihi vendicans non confundor, &c.

Bernardinus, Senensis monachus Franciscanus Xenodochium Senensis tempore pestis administrandum suscepit.

BERNICE soror Agrippæ, postremi regis Iudeorum. Iosephus lib. 18. cap. 11. Antiquitatum. Fit Bernices mentio, Acto. 25. 26.

BERNO, Abbas primus Monasterij Cluniacensis, tempore Conradi I. Imp. Alius, Abbas Augiensis cuius de officio Missæ libellus extat Tom. IIII. Bibliothecæ.

BERRHOEA, vrbs Macedonia, sita ad Haliacmonem Fl, non procul à Pella, vbi natus est Alexander magnus. Habet longitud. 48. 45. latit. 39. 50. in hac vrbe, quæ à Thessalonica abest 13. mill. concionatur Paulus, Act. 17.

BEROTH, oppidum Gabaonitarum, quod postea in tribum Beniamin incidit Ios. 9. 18. 2. Reg. 4. Esd. 2.

BEROTHA, vrbs in finibus terre Chanaan, versus septentrionem, in qua fodinæ aris copiose fuerunt, Ezech. 47. Hanc urbem David eripit Adadezer regi Soba, 2. Reg. 8.

ברות putei, vel fontane aris.

BERSA, rex Gomorra. Gen. 14.

ברשע Birsa, impius, sceleratus.

Bersan, Ios. 19. vide Bethsan.

BERSABEE, oppidum Iudææ, quod tribui

Simeon attributum est, Ios. 15. 19. Fuit limes terra sanctæ versus meridiem & occasum, distans à Ierosolymis versus meridiem milliaria decem. Prope hoc oppidum Abrahamus sedem ecclesiæ & Oeconomie suæ diu habuit, Gen. 21. 22. & postea Isaac, Gen. 26. Ibidem Deus confirmat & consolatur Iacob proficiscentem in Aran, Gene. 28. & deinde in AEGYPTUM, Gene. 46. Eo fugit Helias, 3. Reg. 19. Ideo posteri demceps peregrinationem in Bersabee, & cultum peculiarrem instituerunt, Amos 5. 8. Fit eiusdem mentio Iosue 15. 1. Regum 8. 2. Esd. 11.

באר שבע puteus septem vel Iuramenti (nam Ebrais באר שבע puteum, שבע septem & Iuramentum significat) eo quod prope hunc puteum, qui oppido nomen dedit, Abraham cum Abimelech, rege Gerar, traditis ipsi septem agnis, iureiurando interposito fædus fecit, Gene. 12. In historia Isaac vox שבע vertitur abundantia, nam שבע per Smol saturare significat.

Bertramus, presbyter Caroli Calvi Imp. contra μετῶσεως χείρων disputans Berengariani dogmatis semina sparsit circa annum Christi 840.

Berthulphus, abbas Bobiensis tertius post S. Columbanum.

BERVARDVS, Comes à Sommersburg episcopus Hildesheimensis, conditor monasterij ad D. Michaelem, floruit circa annum Christi 1000. tempore

tempore Ottonis III. Imp. Epitaphium a Bennone
adolescente postea Episcopo Misnense scriptum le-
gitur.

Hac tumuli fossa clauduntur, Præsulis ossa

Bernvvaldi miri, magnificiq² viri:

Qui propter stemma radians velut inclyta gemma

Magna fuit patrie gloria lausq³ sue.

Nam fuit ecclesie condignus episcopus ille

Quem Deus Emanuel diligit & Micael.

Tandem bisseis vndeno mense calendis

Felix hanc vitam mutat in angelicam.

BERZELLAI, Galaatides, homo diues, qui
David fugientem in exilium, cum exercitu pavit,

2. Reg. 17. 19. 3. Reg. 1.

ברזלוי Barcellai, ferrum meum.

Alius socer filie Saul, 2. Reg. 21.

BESECHAT, oppidum in tribu Iuda, patria
matris Iosie, 4. Reg. 22.

ביקת Bozekath, farina subacta.

BESELEEL, artifex a Deo delectus, & donis
necessarijs ad fabricationem tabernaculi Mosaiici in-
structus, Exod. 31. 36. 45.

Fuit abnepos Esrom, nepotis Iuda, 1. Paral. 2.

Bezaleel, in umbra Dei, der sich vnter Gottes
schatten vnd Flügel helt

IVDAS Patriarcha.

Phares.

Esrom,

Rain stirps
Davidis &
Messia

CALEE — Ephrata
Hur.
Vri — Maria soror Mo-
Bezaleel. sis.

Belsia, martyri Africana.

BESOR, fluuiolus in limitibus tribus Iuda ver-
sus meridiem, influens in mare prope Gazam, 1. Re-
gum 30. בשור Besor, annunciatio, vel caro,

BETHABARA, locus ad Iordanem, vbi Io-
hannes baptizabat, Iohan. 1. nomen habet à transi-
tu seu traiectu Iordanis, vbi Iosua, diuisis aquis Ior-
danis, cum populo Israel, per aluicum fluminis transi-
uit, Iosua 3. 4. Inde proficiscitur Christus ad resuscitandum Lazarum, & ad passionem suam. Iohan. 10.
& 11. Absuit à Ierosolymis 6. mill. germ. ביתעברת
Domus Transitus, Traiectum Vtricht Ios. 15. 18. scri-
bitur Betharaba, id est, domus deserti. Existimo
enim eundem locum esse, qui in Euangelio Bethaba-
ra nominatur.

Bethacaris, vicus in tribu Benjamin, 1. Reg. 7.
Ierem. 6.

ביתהכרם Bethacerem, domus vinea.

BETHAGLA, oppidum inter Iordanem &
Galgala

Galgada situm, Ios. 15. 19. בית הגלה Beth
Hoglah, domus sphaera seu termini, ארוג.

Bethanan, iungitur urbibus in tribu Dan. 3.
Reg. 4. בית חנן domus gratia.

BETHANATH, oppidum in tribu Nephtalim, Ios. 17. Iudic. 1. בית ענת domus miseria.

Aliud in tribu Iuda, Ios. 15. quod puto BETHA-

NIAM esse vicinam Bethphage ad montem oliueti

Marci 11. Patriam Lazari & Marthe, distantem a

Ierosolymis dimidio milliari versus meridiem. Ibi re-

fuscitatur Lazarus, Iohan. 11. Eo egreditur Christus

vespere die Palmarum, Matth. 21. Marc. 11. Inde

ascendit in caelos Lucae 24. Fit eiusdem mentio,

Matth. 26. Lucae 29. 10. Bethansia, domus afflictionis,
vel domus gratiae Dei.

BETHANILIM, oppidum in finibus tribuum

Gad & Manasse, prope Machanaim, Ios. 13.

בטנים Betonim, nuces auellanae.

BETHARAN, oppidum in tribu Gad, inter

Dibon & Iordanem, Num. 32. Ios. 13.

בית הרן Beth haran, domus conceptionis.

Bethaphua, vide Thaphua.

BETHARABA, oppidum in extremis finibus

tribus Benjamin prope Iordanem, Ios. 15. 18.

בית העברה domus deserti, Dousstenhofen.

BETHAVEN, domus peccati seu sceleris.

Sic dicta est Bethel, postquam Ierodoam aurcum vi-

tilum & impium cultum ibi restituerat, 3. Reg. 12.
Ose. 4

Ose. 4. 5. 10. Et ex Ios. 7. 18. apparet diuersas etiam
vrbes fuisse Bethauen & Bethel, 1. Reg. 13. 14.

BETHBERA, Iud. 7. בית ברה Beth barah,
domus prandij, quidam existimant Bethabaram esse
in ripa Iordanis.

BETHCAR, domus agni vel pascuae. 1. Reg. 7.
apparet non procul abesse à Cariathiarim.

Bethdagon, oppidum in tribu Aser, prope Prole-
mida, Iosue 19. בית גין domus piscis. Aliud
in tribu Iuda prope Thamnata, Ios. 15.

BETHE, vrbs in finibus Syriae, in qua venas me-
tallicas fuisse apparet ex 4. Reg. 8. vbi à Dauide ca-
pitur. בטח Berbah, fiducia, spes.

BETHEL, Vrbs in finibus tribuum Benjamin &
Ephraim, Ios. 18. 16. distans tribus milliariis à Iero-
solymis, prius dicebatur Luz, Iudic. 1. Postea cum
Iacob ibi vidisset Dominum stantem in scala, appella-
uit eam Bethel, id est, Dominum Dei, Gene. 28. 25.
1. Reg. 10. Sed post Salomonem hac domus Dei, in
qua Deus ipse ad Iacob concionatus erat: facta est
antrum Diabolorum, postquam Ieroboam aureum
Vitulum ibi collocauit, & sacrificia impia instituit, &
postea Samaritani Ethnicos ritus ibi obseruarunt, 3.
Reg. 11. 12. 13. in Prophetis Osea & Amos 5. 7. Ibe-
dem pueri illudentes Heliseo, lacerentur ab visu,
4. Reg. 2. בתל domus Dei.

Bethemeth, oppidum in tribu Aser. Iosue 19.
בית עמק Bethemek, domus vallis seu profunda.
Bethen,

Bethen, oppidum, in tribu Aser, Ios. 19.

בֶּטְן *venter.*

Bether, Cant. 2. appellatiuum est à בָּתֵר *diuisit, separauit montes Bether, die Scheidenberg, vel diuersi montes.*

BETHESDA, nomen piscine in vrbe Ierosolyma, quæ dicitur ouilla, quia hostiæ seu pecudes mandante in ea lauabantur, Iohan. 5. Latine significat domum Eleemosynæ, ein Spittal.

Bethgamul, oppidum terræ Moab, Ierem. 48. בֵּית גַּמּוּל *Bethgamul, domus retributionis.*

BETHIESIMOTH, oppidum in planitie Moabitidos regionis, non procul a Iordane, attributum filijs Ruben, Ios. 13. Num. 33. בֵּית יִשׁוּמוֹת *domus solitudinis.*

BETHLEHEM, בֵּית לֶחֶם *Bethlehem, Domus panis. Oppidum in tribu Iuda, distans à Ierosolymis duo breuia milliaria, versus meridiem, in quo natus est Panis vitæ, Dominus noster IESVS*

CHRISTVS, Matth. 2. Lucæ 2. Iohan. 7. vt Michæ 5. predictum erat. Ibi sepulta fuit Rachel vxor Iacob, Gen. 35. 48. Ideo Matth. 2. Rachel plorat liberos suos. Eadem fuit patria Dauid, 1. Regum 16. Ideo vocatur ciuitas Dauid, Lucæ 2. Long. est graduum 65. 55. latit. 31. 40. Distat a Nazareth, circiter 20. mill. germ. Fit eiusdem mentio, Iudic. 12. 17. 19. Ruth 1. 2. 4. 1. Paral. 11. Esd. 2.

Alia est Bethlehem in tribu Zabulon, Ios. 19.

Bethle-

Bethlepaboth, oppidum tribus Simeon, Iosua
19. בית לבאות Bethlebaoth, domus Leanae.

BETHMAON, oppidum in tribu Gad, Iosua
Ierem. 48. בית מעון, Domus habitationis.

Bethmarchaboth, oppidum in tribu Simeon,
Iosua 19. בית מרכבות, domus equitatus.

Bethnemra, oppidum in tribu Gad, Nume. 32.
Iosua 13. Esa. 15. Bethnimra, domus auaritudinis.

BETHORON, vrbis Leuitarum in tribu
Ephraim, Iosua 21. 16. non procul ab Emmaus, a Sale-

mentio Iosua. 10, 21. 16. 1. Macc. 3. Iudas exercitum
Antiochi ad Bethoron profligat. Ibidem trucidat

Nicanorem, 1. Macc. 7. Sunt autem duae vrbes hoc
nomine in tribu Ephraim, Bethoron inferior, & super-

ior. בית חורון Beth Horon, domus latibuli.

BETHPHAGE, villula ad austrum montis
oliueti, vicini vrbi Ierosolymae versus ortum, vbi Chri-

stus Asiae insidet, ingressurus Ierosolymam de Pale-

stem domum maxilla, a פה Phag, vel domum grossi-

rum, hoc est, ficuum quae nondum maturuerunt.
Bethphaces, oppidum in tribu Isaschar, Iosua 19.

בית פצע BethphazeZ, domus contritionis.
Bethpheloth, oppidum in tribu Iuda, Iosua 15.

בית הפרת Bethpha'eth, domus separationis.
BETHPHOGOR, oppidum Moabitarum,
in quo Idolium Peor cultum est, postea tribui Ru-

ben

ben cecit, Ios. 13. Num. 25. ביתפנור, domus
Pcor.

BETHSABEE, vxor Vrie, quam Dauid arte
interfectio marito, rapuit, propter quod adulterium
deinde in horrendas calamitates incidit, & in exili-
um pulsus est, Psal. 50. 2. Reg. 11.

ביתשבע BethSeba, filia iuramenti, vel filia sata-
vritatis, si per Sin scribitur.

BETHSAIDA, vrbs sita in littore maris
Genesareth, patria Petri, Andreae, & Philippi Apo-
stolorum, Iohan. 1. Matth. 11. Marc. 6. 8. Luc. 9. 10.
significat domum venationis, א צוד Zad, venatus
est. Arator. Petrus omnia prendens Bethsaida satus
vrbe fuit, quae nomine Ebr. eo. Venatorum est, dicta
domus.

BETHSAMES, ciuitas Sacerdotalis in tribu
Iuda, Ios. 21. 15. In quam reducba est Arca à Philis-
tinis capta, 1. Reg. 6. Ibidem Amasias Rex Iuda
captus est à Ioas rege Israel, 4. Reg. 14. occupatur à
Philistinis 2. Paral. 26.

ביתשמש BethSemes, vrbs Solis.
Alia in tribu Isaschar, non procul à Capernaum,
Ios. 19. Alia Bethsems in finibus tribuum Nephtalim & Aser, Ios. 19. Iud. 1.

BETHSAN, vrbs in finibus tribuum Manasse & Isaschar, vicinia Bethuliae & vrbi Tiberiadi, si-
ta ad mare Galilaeae, ex cuius muro cadauer Saulis
trucidati à Philistinis suspensum est, 1. Reg. 31. Fit
eius

eius mentio Ios. 17. 1. Mac. 5. 12. Iud. 1. 2. Reg. 21.
3. Reg. 5. Ptolemæi & Ieronymi tempore, dicta est
Scythopolis. ביתשאן Bethsean, domus tranquilla
seu fertilis.

BETHSECA, oppidum in tribu Manasse, cum
Iordanem, non procul a fonte Cison fluminis, Iud. 7.
ביתשטה Bethsittah, domus spinarum vel de-
clinans.

BETHSIMON, Num. 33. In Ebræo & Ezech.
25. scribitur Bethiesimoth, vide supra.

BETHSOR, Ios. 15. vide Bethsura.

BETHSVRA, Arx munita, claustris montium,
ad vallem Rephaim, super publica via Gazam versus
ducente imposita, cuius in historia Maccæeorum
crebra mentio fit. Absuit à Ierosolymis quinque stadiis
versus meridiem, 2. Macc. 11. 1. Macc. 4. 6. 9. 10.
11. 14. 2. Paral. 11. Nebem. 3. ביתצור domus
petrae seu fortis.

BETHVLIA, vrbs exigua, diuinitus defensa
aduersus Holofernem, in historia Iudith. Sita esse pu-
tatur prope mare Genesareth seu Tiberiadis, versus
occasum in tribu Manasse. Sed nusquam alibi in Bib-
lij aut alijs probatis historijs illius mentio fit.

Bethulia, dolens domus Dei, vel virgo Dei.

BETHVLARMA, duo nomina sunt oppidorum
in tribu Simeon, Ios. 19. בתור Bethul, virgo
חרמה Horma, anathema.

Bethurius, martyr Carthaginensis.

Bethzachara,

Betzachara, oppidum in tribu Benjamin, 1. Mac. 7.

Bethzecha nomen loci vicini Ierosolyma, 1. Mac. 7.

BEZECH, oppidum in tribu Iuda, Iud. 1. 1 Reg.

11. בֶּזֶק Bezek, fulgur.

BIBLI, Biblus est vrbs Phœnicie maritima, Beryto vicina, 3. Reg. 5. Ezech. 27, vbi nos habemus

Bibly in Ebræo est, גְּבָלִים Gebalim, limites, finis.

Bichor, episcopus, Persa, martyr, Trip. lib. 3. cap. 2.

Bilihilda, inter sanctimoniales recensetur.

BITHYNIA, regio Asia, opposita Constantino- poli, in qua vrbes insignes sunt, Nicea in qua synodus Nicena aduersus Arium celebrata est, Nicomedia, Prusias, Chalcedon 2c. Fit Bithinia mentio Acto. 16. 1. Petr. 1.

BLANDINA, matrona sancta, Lugduni in Gallia post varios & horrendos cruciatus, tandem capite plexa est, propter confessionem nominis Christiani. Euseb. lib. 5. cap. 1. 3.

BLASIVS, episcopus Sebaste in Cappadocia, tempore persecutionis sub Diocletiano, aliquandiu latuit in speluncis ferarum, vbi cum per venatorem deprehensus esset, tandem capite truncatus est, die 3. Februarij.

BLASTVS, cubicularius Herodis Agrippæ regis Iudeorum Act. 12. βλαστὸς, germen, surculus.

Blastus, Florini socius, contendit Deum esse creatorem malorum, Euseb. 3. lib. cap. 15. 20.

BOANERGES, cognomen Iacobi & Iohannis filiorum Zebedaei, Mar. 3. per quorum vocem & ministerium Christus verbo suo tonat. Psal. 29. Vox DOMINI super aquas Deus maiestatis intonuit Vox Domini confringentis cedros &c.

בני בני filij רגז commotionis fremitus tonitru oratores tonantes & fulgurantes verius quam Periculis.

BOCCI, filius Iogli, ex tribu Dan. Num. 34.

בקי Buki, vacuus. יגלי Iogli a גלה exulavit.

Bochim, Iud. 2. בוכים flentes.

Bocri, Pater Siba seditiosi, 2. Reg. 20.

בכרי Bichri, primogenitus.

Bodardus, eremita Pictaviensis.

BOEM, oppidum in finibus tribus Benjamin prope Iordanem, Ios. 15. 18. בואן Bohan, pollex.

BOETIVS, Patricius Romanus, gener Symmachi, homo doctissimus, una cum socero proscriptus est à Theodorico Veronense & Ravennae interfectus circa annum Christi 520.

Bona, virgo Aegyptia.

BONIFACIVS, Euangelista Germania, & archiepiscopus Moguntinus, natione Anglus fuit. tempore Leonis Iconomachi, & Constantini Imperatorum, & Gregorij II. Gregorij III. & Zachariae Pontificis.

Pontificem Romanorum propagavit Euangelion sua voce in Bauaria, Franconia, Thuringia, Hassia, Frisia; euocauit ex Anglia viros pios & doctos, quos Ecclesiis prefecit. coegit Synodos adiutus à Carolomanno, patruo Caroli magni, in quibus decreta de abolendis Ethnicis Idolomanijs & piè constituendis Ecclesiis facta sunt. Sibi viuo eligit successorem Lullum: Tandem rediens in Frisiam, quæ ab Euangelio defecerat, a Frisijs interfectus est, anno Christi 755. die 5. Iunij. cum Germaniæ Ecclesias rexisset annos 40. condidit monasterium Fuldense in quo sepulcrum illius vidi.

Bonifacius, martyr in Africa, à Vandalis Ariani necatus. Alius quidam, Aglaiæ Romanæ Oeconomus, Tarsi martyr factus est, cuius hoc apophthegma fertur: Paruus labor, magna quies. Alius quidam in Russia concionans, interijt tempore Ottonis III.

BOOZ, filius Salmonis, maritus Ruth Moabitidis, ex qua genuit Obed, auum Davidis regis, Ruth. 2. 3. 4. Matth. 1. Luc. 3. 1. Paral. 2. Cum autem inter Booz natum ex Rahab Ierichuntina, circa annum mundi, 2500. & Dauidem regem natum anno. 2860. intersint 360. anni, Lyra, ex sententia Ebræorum, tres Booz, patrem, filium & nepotem, fingit, & nepotis filium fuisse Obed auum Davidis fingit. Sed si Booz, Obed & Isai singulis, cum gignunt filios, anni ætatis 120. tribuantur, sicut Abraham anno 120.

gignit ex Cethura: nihil opus est plures Booz comminisci. Existimant autem Ebraei hunc Booz fuisse Abessan Iudicem. בעז in eo virtus seu fortitudo.

Est etiam nomen columnæ in porticu Templi Salomonis, 2. Reg. 7.

BORITH Ierem. 2. appellatiuum est Latine significans sapore vel sinigma, quo sordes absterguntur.

BOSE S, nomen petreæ imminentis oppido Machmas, in tribu Benjamin, 1. Reg. 14.

בוצץ Bozez, germen.

BOSOR vrbis fugitiuorum, in tribu Ruben, Deut. 4. Ios. 20. in regione Galaad, Mac. 5.

בצר Bezor, turris fortis, vel in angustia,

BOSPHORVS, sic vertit Ieronymus in Abdiavocem ספראד Sepharad, quæ non Bosphorum in Thraciâ, iuxta quem Constantinopolis sita est: sed Assyriæ regionem aliquam significari consentaneum est.

BOSRA Vrbis Idumææ, Gen. 36. Ierem. 49. Amos 1. Esa. 63. Alia in terra Moab, Ier. 47.

בצרה Bozrah, vindemia vel munita,

BOSRA, ciuitas Leuitarum in tribu Manasse Ios. 21. בעשתרה Beashterah, quæ fuit secretum.

BRANDANVS, Britannus, Abbas cum 14. monachis maria omnia circumnauigauit, vt Paradisum suum inquireret. Historia non absimilis veris narrationibus Luciani.

BRICCIUS, episcopus Turonensis, successor S. Martini, cuius filius falso ferebatur, vixit tempore Arcadij. Alius eremita Spoletanus, Italiani temporibus.

BRIE, filius Afer, Num. 26, Gene. 46. vide Beria.

BRIGITTA, virgo Scotica S. Patricij familiaris obiit circa annum Christi 520.

Alia Brigitta seu Brigitta vidua, cuius extant varicinia & preces, Ducissa Nericie in regno Suecorum, erexit in patria Monasterium Dwesteen, cuius prima Abbatissa fuit D. Catharina Brigitta filia. Floruit in Suecia & Roma temporibus Magni Smech regis Sueciae. Obijt circa annum Christi 1390.

Bruno, dux Saxonie, conditor vrbs Brunsvigae A. C. 861. Postea a Normandis casus ad Elbeisdorff monasterium agri Lunenburgensis 876.

Bruno Colonienfis, primus autor Ordinis Cartusienfis, temporibus Henrici IIII. Imp. anno Christi 1084.

Bruno, Comes a Quersurd Sacellanus Henrici Claudi Imp. & monachus in Borussia ad relig. Chr. propagationem missus, & martyr factus est 1008. fuit ab patruus Lotharij Sax. Imp.

BVBASTVS, Aegypti vrbs, vicina Heliopoli, Ezech. 30. Ebraice פיבסת Pibeseth, os conculcatum vel inquinatum.

BURCHARDVS, Anglus, episcopus *Wurceburgensis*, successor *Kilian*, vixit tempore *Pipini*, & *Caroli magni*, & *S. Bonifacij*, à quo ex Anglia euocatus est, vt. esset ipsius *αὐτῆς*, in propagatione euangelij. Præfuit autem Ecclesie *Wurceburgensi* annos 39. & obiit anno Christi 791.

Alius *Burchardus Hessius*, episcopus *Wormatiensis*, Canonum volumen edidit anno Christi. 1008.

BVZ, filius *Nachor* fratris *Abrahe*, *Genes. 22. 10.* de existimatur nomen esse vrbi *Idumæe*.

Buz, vr-s *Idumæe*. *Jerem. 22.*

Buzi, pater *Ezechielis* Prophetæ, *Ezech. 1.*

בוצי contentus.

C.

CATH, filius *Leui*, descendit cum auo *Iacob* in *AEgyptum*, *Gen. 46.* auus *Mosis* & *Aaronis*. *Exod. 6.* stirps familie omnium *Sacerdotum* *Iudaicorum*. *1. Paral. 6.* & familie *Leuitarum*, que in deserto gestande arce fæderis, mensæ altaris, & vasorum tabernaculi destinata fuit. *Num. 3. 4. 7. 26.*

Vixit 133. annis. *Exod. 6.* Cum autem vnâ cum auo *Iacob* in *AEgyptum* descenderit: filiusq. ipsius *Anram*, pater *Mosis*, tantum 137. annos vitæ haberit, & octogesimo ætatis *Moysis* anno *Israelite* ex *AEgypto* egressi sint: quæ summe coniunctæ non plus 350. annis efficiunt; manifestum est, annos illos 400. *Gen. 15.* & 430. quibus *Exod. 12.* filij *Israel* in *AEgypto* habitasse scribuntur, non de tempore in

re inter descensum Iacob & exitum interiecto, intel-
ligi posse, sed a vocatione Abraham ex Haran, & tra-
dita ipsi prima promissione, de Christo semine bene-
dicto, incoandos esse, vt Paulus etiam Gal. 3. non ob-
scure ostendit.

CABILLIONENSE concilium celebratum
Cabillione, vrbe Lugdanensis Galliae, inter alia, Ritus
Cinerum initio quadragesimae sancit.

CABSEEL, oppidum tribus Iuda, in finibus Idu-
mae, Ios. 15. patria Banaie capitanei Davidis,
2. Reg. 23. 1. Paral. 11. קבצאל Kabzeel, congrega-
uit Deus.

CABVL, regio & oppidum in tribu Aser, Ios. 19.
רמון ramus vel germen.

CABVS, mensurae nomen, continet quatuor sex-
tarios, 4. Reg. 6.

CADEMOTI, oppidum terrae Moab, quod po-
stea tribus Ruben tenuit. Ios. 21. Deut. 2. קדמות Ke-
demoth, antiqui vel orientales.

CADES, desertum seu tractus Arabiae Petrae
longissimus, ab oppido Cadesbarne, finibus Iudae vi-
cino, per Idumeam & Petram Arabiae metropolin,
ferè usq; ad mare rubrum pertinens. Sed CA-

DESBARNE oppidum est in extrema ora de-
serti Zin, versus Boream situm, distans ab Hebron
quing; ab Hierosolyma decem milliaribus versus me-
ridiem, Long. 65. Lat. 31. 50. quò cum populus Israel
ex Aegypto eductus peruenisset, Exploratores in

terram Canaan missi sunt. Deut. 1. Num. 32. 13. Quibus reuersis murmurantem & contumacem populum prorsus delere Deus voluit, sed a Mose deprecante ira ipsius sedata est. Num. 14. Deut. 1. Eodem in loco perierunt Chore, Dathan & Abiron, Num. 16. Et postea in meridionali ora deserti Zin seu Cades, non procul ab Elana portu maris rubri, Maria soror Moysis mortua est, & petra a Mose percussa, largos aquarum fontes fudit. Inde missi sunt Legati ad Regem Idumaeae, petentes transitum. Num. 20. Nec procul inde Aaron mortuus, & serpens aeneus in deserto erectus est. Num. 20. 21. Quare rei maxime in deserto Cades gestae sunt. Fit eius mentio Gen. 19. 16. 20. Num. 27. 32. 33. 34. Psal. 29. Ezech. 4. 7.

כַּדֵּשׁ, Kades, sanctus. כַּדֵּשׁ Filius vagus.

C A D E S in Galilea in tribu Nepthalim monti imposita est, 1. Macc. 5. In tabula scribitur Chedes. Fuisse autem hunc montem palmis sublimibus insignem, apparet ex Eccles. 24.

C A D V M I M, Iud. 5. Torrens Calumim, id est, antiquus, videlicet Cifon.

C A D V S, Mensurae nomen, capientis sexaginta sextarios.

C A E C I L I A, virgo Romana desponsata Valeriano Ethnico, quem, priusquam coniungerentur, ad amplectendam fidem Christi adduxit. Postea cum marito & fratre mariti Tiburtio, martyri coronam adepti

adapta est, temporibus Severi Imp. Alia, Sicula
martyr, sub Commodo.

CAECILIANVS, vnus ex 18. martyribus,
qui Cesar auguste in Hispania ob fidem Christianam
interfecti, a Prudentio & se Φάτων celebrantur.

CAESAR, agnomen familiae IVLIAE, (quam
ab Iulo seu Ascanio Aeneae Troiani filio propagatam
esse, Virgilius & alij, Cesaribus adulantes, scripse-
runt) tractum a Caesaria, seu pulchro & crispo ca-
pillitio, sicut Ιούλιος etiam Graecis crispum signifi-
cat. Cum autem C. Iulius Cesar, Dictator primus,
oppressa Romana Republica, Monarchiam constitu-
isset, quam nominis & patrimonij ipsius heres, C.
Cesar Octavianus Augustus 56. annos postea rexit:
omnes, qui sequuti sunt, Imperij Romani Reges, Ce-
sares nuncupati sunt, vt Ioh. 19. Iudaei Christum ad
crucem deposcentes, clamant, Non habemus Regem
nisi Caesarem: & Matth. 22. Christus iubet censum
& alia, quae sunt Caesaris reddi Caesari: qui tunc
erat TIBERIVS CL. Nero, Caesaris priuignus.

C. Iulius Cesar Pratorius, PISIS

Anno V. 670. subita mor-
te extinctus.

C. IVLIVS CAESAR
DICTATOR, monar-
cha Romanorum primus.

⊕ Anno V. 710

IVLIA soror
nupta Accio
Balbo

7

7
 ACCIANupta C. Octa-
 uio Praetori An. V. 693.

LIVIA ex — C. CAESAR Octavianus
 priore marito AVGVSTVS, à Iulio Cesare
 Tib. Claudio adoptatus, cuius anno 42.
 Neryone Christus natus est Luca 2.

TIBERIVS CL. Ne- DRVSVS in Ger-
 ro Augusti priuignus, & mania mortuus.

in Imperio successor, cu- GERMA- CLAVDI-
 ius anno 18. Christus nicus Ce- VS Imp.
 crucifixus est. sar Act. 11. 18.

C. CALIGV- AGRIPPINA
 LA IMP. nupta Cn. Domitio.

NERO Imp.

CAESAREA, duæ vrbes hoc nomine in Pala-
 stina sitæ sunt. CAESAREA PHILIPPI,
 ad radices Libani, vbi Iordani fontes sunt, in hono-
 rem Tiberij Cesaris edificata à Philippo filio Herodis,
 Tetrarcha Iturææ. Huius mentio fit Matth. 16. Mar-
 8. vbi Christus interrogat discipulos: Quem me di-
 cunt homines esse &c. Hodie Bellena vocatur. Olim
 Diospolis dicta est à vicino templo Iouis in vertice
 montis Baalgad per Herodem extracto,

CAESA-

CAESAREA STRATONIS, in littore maris mediterranei, ab Herode rege in honorem Augusti sic nominata, cum prius Turris Stratonis dicebatur, Iosephus lib. 19. cap. 7. Abest a Samaria duobus miliaribus versus occasum, a Ierosolyma decem. In hac vrbe primus Euangelion prædicauit Philippus Euangelista, Act. 8. Hic, Cornelius centurio baptizatur a Petro, Act. 10. Caesarea Herodes Agrippa interfecto Iacobo percutitur ab Angelo, & a verminibus consumitur, Actor. 12. Eiusdem mentio fit Act. 18. 21. 25. 23. 11. 9. Huius vrbis Caesarea Stratonis episcopus fuit Eusebius Pamphili.

Alia est Caesarea Cappadociae metropolis, vbi D. Basilus episcopus fuit.

Caesarus, Afer, Tarracinae in Campania cum Iuliano presbytero submersus est.

Alius abbas Lirinensis, postea episcopus Arelaten-sis, cuius Homiliae circiter 50. extant Tom. 6. Bibli. S. P. Vixit circa annum Christi 670.

CAIANI, Haeretici, colunt Cain & Iudam, iactant Iudam pio consilio prodidisse Christum, quod prouideret aeternam salutem ex supplicio Christi hominibus afferri: negant Deum Legis autorem, & resurrectionem mortuorum. Hos Epiphanius librum ostentasse testatur, quem vocabant Pauli ascensum. in quo agens illa quæta, quæ Paulus in tertio caelo se vidisse adfirmat, descripta esse iactarint, sicut & Gnostici faciebant.

Fit eorum mentio apud Irenæum lib. 1. cap. 35. & Ieronymum contra Luciferianos, & Tertullianum pag. 117. & Theodoretum pag. 91. Idem Ieronymus Tom. III. pag. 145. nominat Cainam Heresim, quæ dicat aliqua esse peccata, quæ Christus non possit suo sanguine purgare.

C A I N, filius Adæ, fratricida, Gene. 4. cuius nomen & mores, Græci in Lysaone expresserunt.

קַיִן Kain, possessor Dominus.

C A I N A N, filius Enos, pronepos Adæ Gen. 5. קֵנָן Kenan, vel a קָנָן hasta, vel a קָנָן midus, vel a Kanah, emit, mercator.

Cainan, qui Luca 3. inter Sala & Arphaxat, medius inseritur, suppositicius est, & ex LXX. versione irrepfit.

C A I P H A S, summus sacerdos tempore ministræ & passionis Christi a Valerio grato præside Romano Pontifex constitutus erat, etiamsi non erat ex Aaronis posteris alio nomine Ioseph dictus. Vide Iosephum lib. 18. cap. 4. 8. Hunc Caipham Vitellius Syria præses a sacerdotio remouit, & Ionathan filium Annæ substituit. Fit eius mentio Luca 3. Matth. 26. Iohan. 11. 18. Acto. 4.

Caiphæ, euomens ore, vel Helluo, qui ingesta reuomit, vel canis venaticus.

C A I V S, hospes Pauli, & Ecclesia totius in vrbe Corintho, (Rom. 16.) quem ipse Paulus baptizauit. 1. Corinth. 1. Et idem esse existimatur Caius Derbensis, qui

sis, qui Paulum ex Corintho in Asiam redeuntem comitatur, Act. 20. cui etiam Tertia Epistola Iohannis, qui Ecclesias Ephesi, & in vicina Asia rexit, inscripta sit. Alius est Caius Macedo, qui Thessalonice natus esse putatur, cuius mentio sit Act. 9.

כַּיִס, homo terreus, ex humo factus, vel אֶרֶץ
vallis.

Caius, episcopus Romanus & martyr sub Diocletiano, die 22. Aprilis. scribitur distinxisse septem ordines Clericorum. Alius, martyr Casar augustanus apud Prudentium Steph. 4.

CALANNO, regio vicina vrbi Babylonis, vel potius pars amplissima vrbis Babylonis, quae fuit $\tau\epsilon\tau\epsilon\alpha\pi\omicron\lambda\iota\varsigma$. Gene. 10. Esai. 10. Amos 6. vbi scriptum est, כַּלְנֵה Caleneh, consumta, a כַּלְנֵה .

Ieronymus in Amos 6. scribit eam urbem nunc Ctesiphontem vocari.

CALEB, filius Iephunne. nepos Phares, pronepos Iudae Patriarchae, vnus ex duodecim exploratoribus a Mose ad considerandam terram Canaan missus, Num. 13. 14. Qui, cum Iosua, solus in promissam terram introductus est, ceteris omnibus, qui ex Aegypto erant educti, in eremo extinctis. Num. 14. 26. 34. 1. Maccab. 2. Syrac. 46. Deut. 1. Tenuit cum posteris urbem Hebron, Ios. 14. 15. 1. Regum 30. Iudit. 1. Huius familia amplissima recensetur, 1. Paral. 2. 4.

כַּלֵּב Caleb, omni corde adherens Deo, $\tau\epsilon\tau\epsilon\alpha\gamma\omicron\upsilon\omicron\varsigma$
ἀνεψύχως.

Calo-

Calopodius, presbyter propter confessionem Christi in Tyberi submersus est, tempore Calixti episcopi.

Calixtus, episcopus Romanus, sub Seuero Imp. propter confessionem Christi ex fenestra precipitatus, & in putrem abiectus est.

Calixtini, in Boemia dicti sunt, qui calicis usum retinent.

Callimachus, ex milite Christianus & martyr sub Iuliano Imp.

Calonicus, martyr Apolloniensis sub Decio Imp.

Cambalduenses monachi, a Romoaldo Reuerenate orti, in Apennino primum cenobium condiderunt circa annum Christi 940.

CAMON, oppidum in terra Galaad, Iud. 10.

קמון Kamon a Kam, surrexit.

CAMPANIA vetus Augusti tempore.

CAMVEL, filius Sephan, Diuisor terrae Canaan, Num. 34.

קמול Kemuel, surrexit Deus.

ספתן Siphtan, Iudex.

CANA minor, in Galilea inferiori, distat duomilliaria a Nazareth, ubi Christus sua presentia ornauit Nuptias, & aquam conuertit in vinum, Ioh. 2. patria Nathanaelis, Iohan. 12. Ibidem Reguli filium febrili liberauit, Iohan. 4.

Cana maior, in tribu Aser sita est, Ios. 19. prope Sidonem & Tyrum. Haec Cana patria fuit mulierum

ris Cananae, seu Syrophœnissæ, quæ a Christo petit
& expectat liberationem filie a demonio, Matth. 15.
Marc. 7. קנא Cana significat arundinem, unde
Latinum Canna, & canalis, existit. Est autem insi-
gnis allegoria hospitiorum ecclesie, quæ in arundine-
to, hoc est, miserrimis & ruinosis domicilijs in stabu-
lo, carens opibus & potentia, & munitionibus ac
præsidijs humanis destituta habitat, & tamen Chri-
stum presentem habet, & ab eodem defenditur, &c.

CANAATH, oppidum in Galaad, vicinum Iaa-
zer, capitur a Nohe, Num. 32.

קנא Kanath, possessa.
Canath, Iud. 1. debet scribi Thanath.

CANDACE, nomen regine Aethiopum, quæ
tempore Tyberij Imp. Aethiopibus imperauit, virilis
sanè mulier, sed altero oculo capta, vt Strabo lib. 17.
narrat, & Plinius lib. 6. cap. 29. scribit in insula Me-
roe, quæ sit caput gentis Aethiopum, regnare Can-
dacen sceminam, Quod nomen multis iam annis ad
reginas transferit, sicut in Augusti etiam historia a-
pud Dionem lib. 54. idem nomen Aethiopum regine
tribuitur, quam Petronius Aegypti præses represit.
Candaces regine Eunuchus, per Philippum Euange-
listam ad fidem Christi conuertitur, Act. 8. Et
consentaneum est hunc Eunuchum semina Euange-
lij de Christo apud Aethiopes sparsisse, quæ postea per
Matthæum Euangelistam exculsa & latius propa-
gata sunt.

Candida, vxor Artemij, martyr sub Dioclet.

Candidus, vnus ex Ducibus legionis Thebana,
de qua vide in Mauricio.

Calitæ, secta Simonianorum apud Theodoret.

Canopus stella clarissima prope polum Antarticum.
Idolum Aegyptium ollæ specie de quo digna
memoria est iocus, quem Historia Ecclesiastica lib. 11.
cap. 26. recenset.

Cantius & Cantianus fratres Romæ nati, sed
Aquilensæ propter nomèn Christi sub Diocletiano in-
terfecti sunt.

CAPERNAVM, vrbs sita ad ostium Iordani-
nis, in mare Tiberiadis seu Galilæe influentis, in qua
vrbe ciuis fuit Christus, Matth. 4. 9. & Pastor Iai-
rus, Matth. 9. Marci 5. Capitaneus Centurio ami-
cus Christi, Matth. 8. Optimus autem ciuitatis sta-
tus est cum Pastor et Capitaneus amici Christo, et in-
ter se concordēs sunt. Talis ciuitas vere est עפראת
id est, villa amœna, Schöndorff, vel vicus consolatio-
nis a אנחנ. In eadem vrbe exorsus est Christus
prædicationem Euangelij, dicens: Agite penitenti-
am, appropinquauit enim regnum cælorum, Matth. 4.
Luc. 4. Ibi sanat Paralyticum, Matth. 8. 9. Marc. 2.
Ibidem a Christo, vt a ciue, exigitur דיספוזיציו,
Matth. 17. Ibidem habet concionem de manduca-
tione carnis seu FIDE in Christum, Iohan. 6.
Eiusdem mentio fit, Matth. 11. Marc. 9. Lucæ 7. 11.
Iohan. 2. 4.

Caphar-

Capharsalama, vicus pacis, Friedland, 1. Mac-
cab. 7. Capheteta, pars muri vrbs Ierosolymæ versus
orientem, 1. Mac. 12. Χαφετατα.

CAPHIRA, vrbs Gabaonitarum, quæ postea
tribui Benjamin attributa est, Ios. 9. 18. Esd. 2.

כצירה Cephirah catulus leonis.

Capiton, ex latrone eremita.

Capfeel, 1. Paral. 11. vide Cabfeel.

CAPPADOCIA regio Asiæ, cincta ab occasu
Paphlagonum gente & Galatis: à meridie, Cilicia
& Syria: ab ortu. Armenia: à septentrione, Ponto
Euxino. Vrbes in ea celebres fuerunt Casarea, Basilio
episcopo clara, & quæ Ponto postea attributa fuerunt
Trapezus, Neocesarea, Sebastia, Amasia Strabonis
Geographi patria apud quem initio lib. 12. totius Cap-
padociae accurata descriptio extat.

Fit Cappadociae mentio, 1. Pet. 1. Act. 2.

Deut. 2. Cappadoces scribuntur expulisse Euceos
de Gaza, vbi in Ebræo est כפתרים Caphtorim, &
Ierem. 47. in historia Philistinorum mentio fit Cappa-
dociae seu Caphtorim. Item Amos 9. Existimo igitur
oram illam maritimam, quam postea Philistini
tenuerunt antea incolas habuisse Caphtorim, ortus
à Caphtorim, seu à

CAPTVRIM, qui existimatur fuisse filius
Mizraim frater Philistym, Gen. 10.

כפתרים Caphtorim, manus exploratorum.

CARCHAMIS, vrbs & regio vicina Eu-
phrati,

phrati, ubi rex Aegypti à Nabuchodonosor victus est
Iere. 46. 2. Paral. 35. Esa. 10. 7.

כרעמש Carcemis, agnus palpans.

CAREE, pater Iohannan, & Ionathan, Ducum
Iudaicorum, Ierem. 40. קרה Kareh, caluus.

CARIA, regio Asiae minoris, inclusa ab ortu,
Lycia: à meridie, mari Rhodio: ab occasu, mari Ica-
rio: à Borea, flumine Meandro. Fit Cariae mentio,
1. Macc. 15.

CARIATHAA, oppidum in finibus Iudaeae
versus meridiem & occasum inter Adara & Chasmo-
na Ios. 15. קר קעה Karkaa, pauimentum.

CARIATHAIM, oppidum in tribu Ruben
trans Iordanem, Iosue 13. Deut. 2. Gene. 14. Ierem.
48. קרתיים, vrbes.

CARIATHARBE, vrbs Hebron, in tribu
Iuda, ciuitas Arbe. Nam Arbe homo maximus inter
Enachim ibi princeps fuit, Ios. 14. 21. 15.

קרייתארבע Kiriatharba, ciuitas Arba, vel
τετραπόλις. vide supra Arba.

Cariathbaal, nomen vrbs Cariathiarim, Io-
sue 18. 65.

CARIATHIARIM, vrbs in tribu Ben-
iamin, Iosue 18. quae antea Gabaeonitis paruit, Io-
sue 9. In hanc urbem Arca à Philistinibus capta redur-
citur, & collocatur in Gabaa, hoc est, loco eminenti-
ore vrbs, in domum Aminadab, 1. Regum 6. 7. In-
de Ierosolymam reducitur à Dauide, 1. Paral. 13.
2. Re.

2. Regum 6. קרית יעים Kiriathiarim, vrbs vigili-
anti vel vrbs sylvarum, Iosue 15.

Alia vrbs Moabitarum, Ierem. 48.

CARIATHSEPPER, vrbs tribus Iuda, alio
nomine Dabir, à Caleb expugnata, Iosue 15. Iud. 1.
קרית ספר Kariathsepher, ciuitas literarum seu
Academia. Xenophon nominat vetus Phœnicum gy-
mnasium.

Cariathsenna, cognomen vrbs Dabir, Ios. 15.

סנה, spine.

Carinus & Leontius filij senis Simeonis, qui in-
fantem Christum in vlnis gestauit, vna cum Christo
resuscitati: historiam descensus Christi ac liberatio-
nis parrum ex inferno recitant in Euangelio Nico-
demi.

Carioth, oppidum terræ Moab, Ierem. 48. Amos
2. קריות Keriioth, vrbes.

Cariotheshom, in tribu Iuda. Iosue 15. sunt duo
nomina, Keriioth, vrbes, & Hezron, pagus.

CARITH, torrens in tribu Zebulon, iuxta
quem Helias Propheta tempore famis aliquandiu ha-
bitauit, & coruorum ministerio alitus est, 3. Regum
17. כרית Cerith, fossa.

CARMELVS, Duo montes sunt hoc nomine,
alter in tribu Iuda, in solitudine Maon, vbi Nabal
habitauit, 1. Reg. 25, distat duobus milliaribus ab
Hebron versus ortum.

Alter mons magnus, infra Ptolemaidem in tribu Zebulon & Isaschar, Ios. 19. quem alluit torrens Crison, vbi Helias sacerdotes Baal trucidauit, 3. Regum 18. & postea Heliseus aliquandiu habitauit, 4. Reg. 2. 4. Ab eo sublime promontorium in mare excurrit. Ideo Ierem. 46. dicitur: Sicut Carmelus in mare veniet.

כרמל Carmel significat spicam teneram, seu campum fertilem frugum, vini & fructuum. Ideo sepius Carmelus vsurpatur pro agro fecundo, Esai. 29. 32. 27. Ierem. 24. & alibi. Scientiam circumcisionis vertit Ieronimus, Nahum. 1.

CARNAIM, oppidum in regione Galaad, 1. Macc. 5. Gene. 14. קרנים à cornu.

CARMELITAE, monachi, in Carmelo monte Palestinæ, prope templum D. Mariæ, primum cœnobium condiderunt, circa annum Christi 1170.

CAROLVS MAGNVS Imperator, auum habuit Carolum Martellum, bellica gloria præstantem, qui Saracenos ex Aquitania pepulit; patrem Pipinum, qui primus nomen Christianismi intulit regno Francorum: patruum Carolomanum. Adulescens præceptorem habuit Petrum Pisanum, à quo linguam Latinam ac Græcam, & alias artes didicit. Regnare cœpit in Gallia & Germania, anno Christi 769. ac octo bella præcipua gessit. 1. Aquitanorum

tanorum regem Himuldum deuicit. 2. Desiderium Longobardorum regem in Italia cepit & totam Longobardiam occupauit. 3. Saxones diuturno bello ad amplectendam Christi doctrinam adduxit. 4. Beneuentanum ducem in Campania vicit. 5. Tasilonem Bauariae ducem generum Desiderij Longobardi, rebellem, in monasterium detrusit. 6. Vandalos trans Albim in VVagria habitantes repressit. 7. Cum Hunnis a Tasilone euocatis octo annos bellum gessit. 8. Normannos deuicit.

Vsus est in bellis duce ROLANDO, qui ipsius ex sorore Berta nepos erat. Passim autem adhuc in vrribus Saxonis Rolandi statuæ visuntur, quæ olim significabant, vrbes illas in Cæsaris patrocínio & tutela esse.

In bello & pace præcipuam curam habuit, fouendæ Ecclesiæ Dei & latius propagandæ Christi doctrine, & excitandi studia literarum in Collegijs Episcoporum, cænobijs & Scholis. In Saxonia a se ad fidem Christi adducta, multos Episcopatus condidit, ac inter hos primum Osnaburgensem, anno Christi 777. Postea Bremensem, anno Christi 785.

Arsiduè vsus est consiliario Alcuino Anglo, cuius impulsu Parisiensem academiam instituit, anno Christi 791. In Italia Papiensem academiam excitauit, & Bononiensem, a Theodosio Imp. conditam renouauit. Deniq; omni pietate, studio rebus gestis, benefici-

beneficentia & liberalitate erga Ecclesias ostendit se ardere zelo illustranda gloriae Christi, & veram Ecclesiae Dei nutritiam esse. Obijt Aquigrani die 28. Ianuarij, anno Christi 815, anno aetatis septuagesimo secundo.

Caroli nomen à קרנן quidam deriuant, inuocator seu cultor veri Dei.

CARPOCRATES, hereticus, tempore Adriani Imp. docuit mundum ab Angelis conditum esse, & Christum ceteris hominibus parem esse, hoc vno excepto, quod animam mundam habuerit. Inctitauit somnia & δαίμονας παρὰ θεῶν ὄντας ἐπισημαίνοντας. voluit vxores esse communes, vide Irenaeum lib. 1. cap. 24. Clementis Alexand. στωμ. γ. Euseb. lib. 4. cap. 8.

Carpophorus, martyr Hispalensis sub Maximiano. die 10. Decembris.

Carpus, episcopus Troadis, apud quem Paulus Biblia & penulam reliquerat, 2. Tim. 4.

Carpus, martyr Pergamenus, in Epistola Ecclesiae Smyrnae nominatur apud Euseb. lib. 4. cap. 4.

Cartha, oppidum Leuitarum in tribu Zabulon, Ios. 21. קרית vrbs.

CARTHAGO. vrbs nota, in Africa, à Phoenicibus Tyrijs colonis condita Anno mundi 3070. annis 130. ante Romam conditam: primum cum Romanis bellum gessit anno mundi 3700, victus Hannibal à Scipione 3764, deleta à Scipione 3821. Restitu-

ta à Iulio 3920. capta à Gensericò anno Christi 447.
 Recepta à Belisario Anno Christi 534. Funditus de-
 leta à Saracenis Anno Christi 722.

Nomen Carthaginis consentaneum est Ebraeum
 esse קרתיה Kiriathiah, id est, ciuitas Dei. Facit
 eius mentionem Ezechiel cap. 27. vbi Tyro pœnas de-
 nunciat, vbi in Ebraeo est Tharsis. Item Esai, 23.

Carthaginenses martyres trecenti tempore Cy-
 priani, quos celebrat Prud. 5e P. 1. 3.

CARTHAN, ciuitas Leuitarum in tribu A-
 ser, Ios. 21. קרתן, Vrbs.

CHARHVSIANI, monachi, à Brunone
 Coloniense, qui Parisijs Philosophiam professus est,
 orti sunt in Gallia, circa annum Christi 1080.

CASALOTH, oppidum in tribu Isaschar è re-
 gione Iezrael, Ios. 19.

כסלות Cesuloth, stultitia, vel Orionia.

CASETH, filius Nachor, fratris Abrahæ, Gen. 22.
 כשד Cefed, prædo.

CASIS, Ios. 18. oppidum in tribu Benjamin.

עמק קצין Emek KeZiz, vallis finium.

CASPHOR, in regione Galaad, 1. Macc. 5.

Idem locus nominatur Casbon in eodem capite.

CASLEV, nonus mensis apud Ebraeos (Zach. 7.)

respondens nostro Nouembri & Decembri. Nomen

habet à כסיל ab Orione (Iob. 9. 38.) qui mense

Nouembri Cosinice occidens turbulentas tempestates

act. vt Virgilius inquit AEn. 7.

Szeus vbi hybernis Orion conditur vndis.

CASSIA, filia Iob.

כַּצִּיטָה *Casia arbor aromatica.*

CASSIANVS martyr Tingitanus in Mauritania, in examinandis Christianis primum exceptoris officio functus. deinde & ipse pro Christo obiit die 3. Decembris. Prud. Steph. 4. Alius fuit Cassianus ludimagister Forocornelianus à pueris discipulis confossus, cuius corpus Imolam translatum esse scribitur. Prud. Step. 9. Sylla forum statuit Cornelius quod sacer ornat Martyr, dicato Cassianus corpore.

Cassianus, Scythia natione auditor Chryso-stomi & diaconus, postea presbyter Massiliae in Gallia, vixit tempore Honorij & Theodosij Iunioris. Scripta illius plurima recitat Gemadius inter quae librum de protectione Dei, contra Augustini libros de Gratia scriptum, refutat prosper.

CASSIODORVS, Patritius & Senator Romanus & Theodorici Gotthorum regis Cancellarius, tandem Abbas Rauennae, cum multa alia scripsit, tum verò Institutiones diuinarum lectionum seu Isagogen ad sacrae scripturae interpretationem, quae Tom. 6. Biblioth. S. Patrum extat, & historiam Ecclesiasticam, quae Tripartita, nominatur, ex tribus scriptoribus Theodoro, Sozomeno, & Socrate in vnum corpus coagmentauit, mortuus est temporibus Iustiniani Imp.

Cassius,

Calsius, episcopus Narniensis, temporibus Totile Gotorum regis vixit.

Alius, miles, martyr sub Maximiano.

CASTOR & POLLUX, insigne nauis, qua Paulus ex insula Mellite Romam vehitur. Act. 28. Fuerunt autem Castor & Pollux Spartani, filij Tyndarei & Leda, fratres Helena, qui inter alias res praeclare gestas, mare etiam à piratis liberarunt. Ideo a nautis velut Dii coluntur, ἀνθρώπων σωτήρες Ἰππὶ ἔργῳ ἡδὲ εὐρυτέρω.

Castorius, Pannonius, lapicida & sculptor, sub Diocletiano, cum nollet Idolum sculperè, insutus culeo in flumen proiectus est.

Castulus, aulicus apud Diocletianum, velut Abdias pius Christianos Romæ fouit. Ideo viuus sepultus est die 26. Martij.

Castus, martyr, à S. Cypriano celebratur in libello de lapsis.

Cathaphryges, sectatores Montani Phrygiæ: vide Montanus.

Cathari, sic nominabant se Nouatiani, qui negabant lapsos, etiamsi pœnitentiam egissent, recipiendos esse, vide infra Nouatus, & Euseb. lib. 6. cap. 33. 34. & Trip. lib. 8. cap. 9.

Cathari, in iure Canonico damnati in C. cum Christus, extra de Hereticis diuisi in Albanenses, Cozonenses & Baiolenses.

CATHARINA, Virgo Alexandrina, artibus Philosophicis à puero exculta, & deinde studio doctrinae coelestis dedita, & deinde studio doctrinae coelestis dedita, cum Maximinum, cogentem Aegyptios ad Ethnica sacrificia celebranda, palam arguisset, primum carceri inclusa est: Deinde ad disputationem cum 50. Grammaticis & Rhetoribus educta, omnes vicit, & ad fidem Christi convertit. Eos omnes Tyrannus statim trucidavit. Catharinam rotæ impositurus erat, sed fulmen rotam dissecit. Quare gladio decollata est. Corpus dicitur ab Angelis in montem Sina delatum esse. Hæc narratio de Catharina apud veteres scriptores nusquam extat.

Catherhet, locus in tribu Zabulon, Ios. 19.

קטת Katath, mæstus.

Catilius quidam Carthagine propter Christum necatus est.

CEDAR, Arabia, à filio Ismaelis Cedar, sic nominata, Gen. 25. Ezech. 27. Esai. 21. 42. 60. Psal. 149. Jerem. 2. 4. 9. Iudith 1. proprie autem Saracenorum regio fuit. קדר Kedar, tenebra, nigredo, tristitia.

CEDES, vrbs Leuitarum, Ios. 21. & refugium Ios. 20. in tribu Nephthalim, Ios. 19. 21. patria Barabchi Iudicis, Iud. 4. 4. Reg. 15. Ios. 12.

Alia est Cedès in tribu Iuda, Ios. 15.

קדס Kedès, sanctitas.

Cedimoth, Ios. 13. vide Cademoth.

Cedma, frater Cedar, filius Hismael, Gen. 25.

קדמה Cidmah, versus orientem.

CEDRON, torrens inter Ierosolyamam & montem Oliueti ad orientale latus vrbis Ier. quem transijt Christus iturus ad agonem, Iohan. 18. Eadem via Dauid fugit in exilium, 2. Reg. 15. In hac valle, Afa combussit simulacrum Priapi, 3. Reg. 15. & Iosias vasa Baal, 4. Reg. 23. & Ezechias 2. Par. 29. 30. קדרון Kedron, tenebrae vel tristitia. Est & vrbis nomen, sita inter Ioppen & Eutheropolin, cuius in Maccabaeis mentio fit, quae alias Gedor vocatur.

Celatha, 19. mansio Israelitarum, Num. 33.

קהלתה Kehelathah, congregatio, ecclesia.

CEILA, Vrbs in tribu Iuda, Ios. 15. Nehem. 3. inter Iheron & Lachis sita est: à cuius obsidione Dauid repellit Philistinos, 1. Reg. 23.

קעילה Keilah, vallis discooperta, tentorium.

Celerinus, lector ecclesiae Carthaginensis, martyr cum Celerina auia, Laurentio patruo, Ignatio a-nunculo, à S. Cypriano celebratur lib. 4. Epist. 6. Festum celebratur die 3. Februarij.

Celsus, martyr sub Diocletiano.

CENCHREAE, oppidum & nauale Corinthiorum, in portu maris Aegei. Distat ab vrbo Corintho, versus orientem 78. stadia, seu duo milliaria Germanica. Fit eius mentio Act. 13. & in fine Epistolae, quae ad Romanos missa est per Phœben ministram Ecclesiae in Cenchreis. κένχρεα milium.

Cendebeus, Dux Antiochi ζένδο, profligatus

tur à Iohanne Hircano, Simonis Maccabei filio, 1.
Macca. 16.

CENERETH, oppidum & regio tribus
Nephtalim, 3. Reg. 15. Ios, 19. 11. cuius long. 67. 12.
latit. 33. 4.

MARE CENERETH dicitur, Num. 34.
Deut. 3. Ios, 12. 13. quod Euangelista nominant mare
Galilææ & Tyberiadis, à regione & vrbe Cenereth,
postea in honorem Tiberij dicta est Tiberias.
כנרת Cinereth à כנרת Cinnor, cithara. Est enim
lacus figura citharæ, longus ferè 4. miliaria Germa-
nica: latus duo vel vnum cum dimidio.

Cenez, Dux Idumææ, Gen. 36.

CENEZ, pater Othomielis Iudicis, Iudic. 3. 1.
1. Paral. 4. קנו Kenah, calamus aspersus, קנו
vel possessor.

K E N A Z.

Othomiel Dux.

Saraias

Ioab princeps חרשים

Fabrorum, ferri, ligni, lapidum, auri &c. 1. Paral. 4.
Cenezæi, Genesis 15. inter populos terræ à posse-
ris Abrahami possidenda numerantur.

קנז Kennizzi, possessio mea iste, à קנז.

Ceni, 1. Reg. 30. vide Cincus.

Censorinus, Tribunus militum sub Claudio Im-
peratore, postea martyr.

CEPHAS

CEPHAS, cognomen Simonis Petri Apostoli, Iohan. 1. Tu es Simon filius Ionæ, Tu vocaberis Cephas, quod sonat, si interpreteris Petrus, id est, rupes, seu lapis. Sic nominat eum Paulus Galat. 2. & 1. Cor. 9. 1. 15. Ebraicè scribitur, כִּיפָא vel כִּיפָא Ceph vel Cepha.

Cerdon, Hereticus tempore Antonij p̄ij Imperatoris, docuit duos esse Deos, vnum bonum, & alterum opificem mundi, malum, qui tradiderit Legem & Prophetas. Deinde docuit Christum putatiuè tantum apparuisse, negavit resurrectionem mortuorum, abiicit Moysen & Prophetas. Vide Epiphan. lib. 1. Tom. 3. & Irenæum lib. 1. cap. 28. Ab hoc Cerdone Marcion suam heresim accepit, vt Tertullianus lib. 1. contra Marcionem ostendit.

Cerealis, martyr sub Adriano.

Cerechi, Gens in finibus Palestinae & Idumææ, 1. Reg. 30. כַּתְרוֹ fossores vel sagittarij. Idem nomen fuit satellitum seu custodum corporis David, vel à loco, in quo nati sunt, vel ab habitu & armis sumtum, 2. Reg. 8. 15. 20. 3. Reg. 1.

Cerinthus, Hereticus tempore Traiani Imp. vi- uente adhuc Iohanne Apostolo, docuit IESVM ex Ioseph & Maria natum esse similem ceteris hominibus, sed antecellentem sapientia: & in Baptismo Christum in figura Columbæ, diuinitus in eum delapsum esse, qui Patrem incognitum monstrarit, & miracula fecerit. Postea iterum reuolasse Christum de Iesu,

Iesu, & Iesum passum esse, & resurrexisse. Hac ferè
 verba sunt Irenæi lib. 1. cap. 25. docuit idem post Re-
 surrectionem Christi regnum fore terrenum in Ieru-
 salem, & duraturum mille annos, vide Eusebium
 Epiphani. lib. 3. cap. 28. & lib. 7. cap. 23. Meminit eiusdem
 lib. 1. To. 2. Cerinthi Eusebius lib. 4. capite 14. Irenæus lib. 3.
 Hæres. 28. cap. 3. & recitat historiolum de Iohanne Apostolo,
 qui casu in balneis in eum incidit, quæ his versibus
 expressa est:

Impia Cerinthus sancto conuicia Christo
 Dum facit, & stulta garrulitate furit:
 Concidit, & rapido blasphemum contudit ictu.

Collapsa, subito facta ruina, domus.
 CESELETHHABOR, oppidum in finibus
 tribuum Zebulon, & Isaschar, prope montem Tha-
 bor, in quo Christus transfiguratus, cum Mose et Elia
 colloquitur, Matth. 17. כסלת תבור Cislath.
 Thabor, כסר Orionis Thabor.

CESSION, ciuitas Leuitarum, in tribu Isa-
 schar, sita ad flumen Cison, prope Iezraël, Ios. 19. 22.
 קסיון Kision, duritia.

Cetheus, episcopus tempore Phocæ Imp. ab Vm-
 bbro rege Longobardorum Ariano, in flumine sub-
 mersus est.

Cethea, Ezech. 16. 3. Reg. 11. In Ebræo est,
 התת Hittich, Hetthæa, orta ab Heth, filio Canaan
 Vide infra Hethæi.

CETHIM, filius Iauan seu Iouis, nepos Iaphet.
 Gen. 10.

Gen. 10. stirps gentis Macedonica, & Latina. Ideo scriptura nominat Cethim, Macedonas & Italos, vt 1. Macca. 8. Philippus & Perseus reges Macedonia dicuntur, reges Cetheorum. Item Esai. 23. Alexander magnus, vastator Tyri, educitur ex terra Cethim Item. 1. Macca. 1. Alexander magnus scribitur de terra Cethim egressus esse. Et nomen μακεδνς Ebraicum est, quasi dicas de Cethim. Suidas in dictione λατινός scribit Ceteos in Italiam ductos à Latino, Telephi filio, cuius mentio fit ödus, λ. Ideo Danielis 11. & Num. 24. Romani etiam & Itali hoc nomine indicantur. Extat præterea nomen Cethim. Ierem. 2. Ezech. 27. כתים Cithim, percussores, concidentes, contur-dentes à כתית Cathath. Idem significat Grecis maiores, Vnde Pæonij & Pannonij, quorum limitem extremum versus occidentem Ptolemæus montem Cethim constituit, quem à Cethim filio Iauan nomen habere consentaneum est. Montem Cetium Austriaci hodie den Calenberg nominant.

Cethis, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15.

כתלש Cithelis, cedens Leonem.

Cethmonæi, inter populos terræ Abrahamo promissa recensentur, Gen. 15.

קדמו Kadmoni, antiquus, orientalis.

Cethura, secunda vxor Abrahæ, Gene. 25.

קהורת Kethurah, Thymiama, vel copulata.

Chabul,

Chabul, sic nominat Hiram rex Tyri, partem Galilee sibi à Salomone datam, 3. Reg. 9.

כבול Cabul, terra arenosa, sterilis.

Chalcal & Dorda, filij Maol, inter sapientissimos Theologos & Physicos, sua ætatis numerantur, 3. Reg. 4.

כלכל omnis, omnia sciens.

Chaldæa, regio Asiæ maioris cuius metropolis est Babylon, Inde Rex Babylonicus dicitur rex Chaldeorum, Ierem. 37. 38. 39. 40. & in Daniele. Ebraicè Chasdim, vastatores, ab Arphaxad filio Sem propagat.

Chale, pars ampliss. urbis Ninive, Gen. 10.

כלה Calah, perfecta.

Chali, oppidum in tribu Aser, Iosua 19. Iud. 16.

חלי Hali, ager meus.

CHAM, filius Nohe, Gen. 10. cuius filij ac posterij Aegyptum & reliquam Africam occuparunt. Ideo & Aegyptus vocatur terra Cham, Psalm. 104. 105. 77.

חם Ham, calidus, Iupiter Hammon.

Chamaan, filius Berzellai, Galaaditæ, 2. Regum 19. כמהם Cimham, desiderium eorum.

CHASMOS, Idolum Moabitarum, quod alio nomine appellatur Baalphegor, teste Ieronymo in caput Esaie 15. כמוש Cemosh, quasi palpans, Num. 21. 3. Reg. 11. 23. Iud. 11. Ierem. 48.

Chamul, filius Nachor, frater Abrahæ, pater Syrorum, Gen. 22.

קמוּבֵל Kemuel assurgite Deo,

Terra CANAAN, sic dicta est à Canaan, filio
Eham, nepote Nohe, Gen. 10. quam postea Israelitæ,
quorum Parentibus Abrahæ, Isaac, Jacob diuinitus
promissa erat, duce Iosua occuparunt. Huius regionis
ferè quadrangule quatuor limites indicantur, Gene.
10. Sidon, Gaza, Sodoma & Iesa, seu Cesarea Philippi.
Eadem regio dicta est Palestina, à Philistym, qui in
littore vrbes amplas & munitas tenuerunt. Longa
fuit 40. mill. Germanica: lata 12. teste Ieronymo I.
4. fol. 29. 30.

כַּנְעַן Chanaan, Mercator. Nam Sidon filius
Chanaan condidit Sidonem, quæ celeberrimum em-
porium fuit, & inde colonia deducta est Tyrus, quæ
μεγαλοδουν postea opibus & splendore supe-
rauit.

Bhanaan Ierem. 40. nomen viri, habitantis prope
Bethlehem. כִּמְהָם Cimham, desiderium eorum.

Charan, filius Disan, nepos Seir, Gene. 36.

כַּר, fouea.

CHARAN, Vrbs Mesopotamiæ, Tob. 11. vide
Aran.

Charchamis, vide supra Charchamis.

Chariathaim, vrbs in tribu Ruben, Num. 32.

Charilius, martyr Corinthius,

CHARITAS, Virgo nouen annorum, cum sororibus Fide & Spe, sub Adriano Imp. coronata est Romæ
propter nomen Christi.

CHARMEL, significat campum seu planitiem seu agrum fertilem. Esai. 29. Conuertetur Libanus in Charmel, Esai, 12. Erit desertum in Charmel.

CHARMI, filius Ruben, Gene. 46. Num. 26. Exod. 6. כרמי, Vineæ.

Charmi, pater Achan furis, Iosue 7.

CHARRAN, Acto. 7. Iudith 5. Vide supra Aran. Romani Carras nominarunt.

CHELEAB, filius Davidis regis, 2. Reg. 3.

כלאב Chileab, vetuit pater.

Chelidonius, Hispanus, primum miles, postea martyr die 3. Martij, a Prudentio $\omega\epsilon\iota\ \sigma\epsilon\phi\acute{\alpha}\nu\omega\upsilon$, statim initio celebratur.

Chelion, prior maritus Ruth Moabitidis, Ruth. 1. כליון Cilion, consummatio, consumptio.

Chelmad, Ezech. 27. inter gentes, quæ cum Tyrus mercaturam exercuerunt, recensetur, sed quæ gens sit, nondum inueni.

Chelon, filius Zabulon, Gene. 46.

Ebraicè אלון Elon, quercetum.

Chenne, regio Mesopotamiae, cuius mentio fit Ezech. 27. כנה Canneh, cognomen.

CHENEZ, filius Heliphaz, nepos Esau, Gen. 36. קנו Kenaz, a vel Kanah, acquisiuit, vel a Naza aspersit.

CHEREMON, episcopus Nilopolcos in Aegypto, grassante Decio Imp. senex cum vxore exulauit in Arabiam, et ex conspectu aliorum comitum in caelum sublatus est, Euf. li. 6. ca. 31. Cher-

Chermel, Ios. 11. vide *Carmelus*.

CHERVIM, imagines alate, referentes figuram puerorum, qui sunt plena & florida facie, & נְבִיִּים Raba, quod puellum significat. Postea transfertur ad Angelos, qui facie plena & florida apparent, Esai. 37, Ierem. 9. 10. 11. 28. 41. 1. Reg. 4. Exod. 25. Cherubim expandent alas, respicientes se mutuo, meritis in propitiatorium vultibus.

CHESLON, oppidum vicinum Emaus, in finibus tribuum Benjamin, Iuda & Ephraim, Ios. 15. כְּסֵלוֹן Cefalon, Orion.

Cheslaim, filius Mizraim, Gen. 10.

כְּסֵלוֹן Casluhim, a sala H, propitiatus est.

Chiliaetæ, vide infra Nepos.

Chiron, martyr Alexandrinus sub Diocletiano. Die 22. Decembris.

CHIVS insula, Ionia vrbi Erythraea vicina, inter Lesbum & Samum ferè medio loco sita, cuius mentio fit Actor. 20. in historia navigationis Pauli. Veterum Chiorum insignis laudatio extat apud Thucydidem lib. 8. Χῖοι γὰρ μόνοι, ὧν ἐγὼ ἠδὲ Θόμιαι, εὐδαιμονήσαντες ἅμα καὶ ἐσωφρόνησαν. καὶ ὅσα ἐπέδιδε αὐτοῖς ἡ πόλις Ἰππὶ τὸ μείζον, τὸσα καὶ ἐκοσμήντο ἐχυρώτερον. Anno Christi 1260, a Michaelè Paleologo Imp. Genuensibus confederatis tradita, in eorum potestate vsq; ad annum Christi 1565. permansit Laonic. Chalcondyles lib. 10. fol. 513. anno 1565. Turcis dedita.

Chius, nomen accepisse putatur à niue, *Χίωρ*.
Habet gradus long. 56. 20. lat. 38.

Chloe, nomen matrone Corinthia, 1. Cor. 1.

CHOA, 3. Reg. 10, 2. Par. 1. Ebraicam vocem

מִיכָח Mikub, LXX. verterunt *ἐκ Τερξῆ*: Vatablus, telam byssinam: Lutherus, Allerley Swahr. alij totam sententiam sic verterunt, Et educabant equi Salomoni de Aegypto, & congregatio negotiatorum regis emebant congregationem equorum protercio. Hec interpretatio mihi simplicissima videtur. Nam Mikuch proprie significat congregationem.

Chobar, flumen, prope quod Ezechieli visio monstrata sunt, Ezech. 1. 3. 10. Ieronymus existimat esse Tigrim vel Euphratem.

כְּבָר Chebar, grandis.

Chodorlahamor, rex Elamitarum seu Peritarum, Gen. 14. *כְּדֹרְלָאֶמֶר* Cedarlaamer, globus manipuli.

Chonenias, praefectus Diaconorum, qui elemosinas & redditus colligebant, & sacerdotibus distribuebant sub rege Ezechia, 2. Paral. 31.

כַּנְיָהוּ basis Domini.

CHORAZIN, oppidum è regione Capernaum in Orientali ripa Iordanis, influentis in mare Galilee, Huic poenas ob contemptum Euangelij minatur Christus Matth. 11. Luc. 10.

כּוֹרַזִּים Chorazim, hic vel hoc loco mysteria.

CHORE

CHORE, filius Isuar patrum Mosis, pronepos Levi. Exod. 6. mouet seditionem aduersus Mosen, & hitatu terra absorbetur, Num. 16. Syrach. 45.

Chore autem pereunte filij illius non perierunt, Num. 26. Hinc familia Chore seu Choritarum inter Leuitas mansit, & ex filio Chore, Abiasaph, ortus est Samuel Propheta, 1. Par. 6. & Heman musicus nepos Samuelis, & reliqui Choritea seu filij Chore, quorum crebra in Psalmis mentio fit, qui Psalmos 41. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 83. 84. 85. 86. composuerunt. קרה Kora H, caluities,

Alius fuit filius Esau, Gen. 36. Alius nepos Esau, Genes. 36, tamen si in Ebraeo fonte nomen Chore, initio inter filios Heliphaz, non extat, sed postea in catalogo ducum reliquis filijs Heliphaz, miscetur.

Chorite, orti ex Chore, 1. Paral. 9.
Chorraei, incolae Idumaea, seu Arabiae Petraeae, expulsi postea per filios Esau. Deuteron. 2. Gen. 36. 14.
כוראי, princeps, candidus. vide Horraei.

CHORVS, Act. 27. ventus spirans ab occasu solstitiali, Nordwest.

CHRISTIANA, virgo Italica, à patre Ethnico, primum turri inclusa, deinde tortoribus tradita est qui eam nefandis cruciatibus vexarunt, cumq; nec igne cremari, nec in aqua suffocari posset tandem iaculis confossa est.

CHRISTOPHORVS, in Lycia Euangelion

lion de Christo propagasse, & capite truncatus effi
sub Diocletiano Imp. scribitur.

IMAGO CHRISTOPHORI Polyphemus
gestantis Christum puerum per Mare, pictura est ho-
minis Christiani, & præcipue Doctoris Euangelij,
quam eleganter his versibus, expressit Stigelius.

Tu quis es? ingenuè Christum profitentis imago,

Cui nomen puer hic, quem fero, dulce dedit.

Quis puer hic? Christus. Quæ moles tanta Gigantis
Exigui pueri cum leue portet onus?

Omnibus in speciem paruus puer iste videtur,

Quo tamen est toto maius in orbe nihil,
Hinc opus est animis vt sint & corpore fortes,

Qui Christum populi ferre per ora volunt.

Cur tamen ingrediens tumidi per marmora Ponti,
Arborea infestas mole repellis aquas?

Per mare, quod calco, peruersum intellige mundum,
Ille animis præbet seua pericla pjs.

Arbore nihil aliud nisi sanctum intellige verbum,

Rebus in aduersis quod pia corda regit.

Hoc etenim instructi ruimus per saxa, per ignes,
Qui Christi meritum, grande docemus, opus.

Dic tamen hoc etiam, quid pendens mantica tergo,
Quid sibi cum liquido pisce, placenta velit?

Certa pjs nunquam desunt alimenta ministris,
Quiq; Deo fidunt, seruat alitq; Deus.

Porro quis insignis cana procul ille Senecta,
Præuius accensa qui face monstrat iter?

*Fax premissa refert ventura oracula Christi,
 Significat vates, qui cecinere senex.
 Huc ades ô hospes, tuq; ô puer. optime Christe,
 Mecum habita, tecum viuere, sola salus.*

REGVLA

PASTORVM SEV MI-
 NISTRORVM ECCLESIAE,
 qui CHRISTVM populi fers
 re per ora vo-
 lunt.

Q*ui fers Christum per magnum mare
 Et vis cum fructu predicare,
 Non currito nisi vocatus,
 Et Christianè ordinatus.
 Pasce tibi commissum gregem,
 Ante gratiam acue legem.
 Prome noua & vetera,
 Vrge fidem & opera.
 Sed rectè seca verbum vita,
 Serues ordinata ritè.
 Pie, sanè & prudenter,
 Verecundè, reuerenter,*

Dic vulgo necessaria,
 Et pueris utilia.
 Simplex, breuis & honestus,
 Vultu, gestu sis modestus.
 Nec utaris locis mille,
 Aut verbis aula, fori, ville.
 Nec te ipsum laudes superbe,
 Nec pungas alios acerbè.
 Nec sis Thersites in regentes,
 Aut debacheris in absentes,
 Non scurra leuis, aut morosus,
 Nec hyperbolicè clamosus,
 Nec sophista maledicus,
 Ne sis semper contrarius,
 Non trilinguis disputator,
 Stultus stultis stulta fatur.
 Ex Apostolis & Prophetis
 Res & verba tuto petis.
 Sed interpretationes
 Dant symbola & sani Doctores.
 Christi modò spectes honorem,
 Nec vulgi pisceris fauorem.
 Non verare odia,
 Aut hominum iudicia.

Nec cauponeris verbum Dei,
 Turpe lucrum obest rei.
 In statione tua dura,
 Nec causas alienas cura.
 Nihil credas delatori,
 Fallax, vanus rumor chori.
 Custodi conscientiam,
 Fidem, famam, prudentiam.
 Crux & verbum sana docent.
 Fastus, ira, lior nocent.
 Nec zelo quicquam noui tentes,
 Fuge fanaticorum sentes.
 Fidelibus te typum praestes,
 Tantum verbi virgam gestes.
 Non nisi cogitata seras,
 Ingratitudinemq; seras.
 Non queritor de tua caula,
 Nec querito scutum in aula,
 Sed musita iniurias,
 Dic semper Deo gratias.
 Iusta tua Deo indica,
 Nec publicè te vindica.
 Cautus tranquillitati stude,
 Nec doctrinas nouas cude.

Non sis fax aut tuba litis,
 Sed pacificus & mitis.
 Spartam nactus, ipsam orna,
 Nec factiones unquam torna.
 Ora, lege, meditare,
 Et bene monenti pare.
 Et reuerere preceptores,
 Ferto collegarum mores.
 Sectare pacem, & fac bonum,
 Caritas est ingens donum.
 Quæ facis fac sedulo,
 Cætera commenda Deo.
 Caueto ab hominibus,
 Et in seruito omnibus,
 Sic feres Christum decenter.
 Et psalles Deo sapienter.
 Et corona gloriosa
 Erit merces copiosa.
 Nec offendes Dei Clerum,
 Experto crede, loquor verum.

Inter Montes Regis
 Pastor Dei plebis.

CHRISTI IESV, DOMINI

Redemptoris nostri effigies, his verbis à Nicephoro
 lib. 1. cap. 4. descripta est. Formosa species cor-
 poris fuit: statura septem integras spithamas exces-
 sit. Capillum habuit nonnihil flavescentem, non
 densum, & in extrema parte aliquantulum crispum,
 nigra supercilia, non multam curua, nec sine inter-
 uallo. Oculos fuluos, qui nominantur charopi: non
 lusciosos, nulla deformitate insignes, non vagabun-
 dos, naso erecto, barba flaua, non proluxa. Capilli
 verò capitis proluxi fuerunt: quia nunquam naua-
 cula, aut vllius hominis manu tonsi fuerant, Collum
 leuiter inflexum fuit, ne prorsus erectus incederet.
 Color faciei subfuscus, tritico similis: facies non ro-
 tunda, sed qualis fuit matris, aliquantulum demissa,
 paululum rubescens: & vultus ipse significabat ho-
 minem intelligentem. & mores graues & placidos,
 & prorsus ab iracundia alienos. Prorsus autem si-
 milis erat purissimæ matri suæ.

Similis descriptio figuræ corporis Christi apud
 Eutropium in Annalibus Romanorum, ex epistola
 Lentuli ad Imp. Tiberium recitatur. Apparuit his
 temporibus, & adhuc est, homo magne virtutis,
 nominatus CHRISTVS IESVS, qui dicitur
 à gentibus Propheta veritatis, quem eius discipuli va-
 cant filium Dei: suscitans mortuos, & sanans o-
 mnes languores: homo staturæ mediocriter proceræ
 & specta-

& spectabilis, vultum habens venerabilem, quem intrentes possunt formidare & diligere. Capillos habet coloris nucis auellanae praematurae, & planos fere vsq; ad aures. Ab auribus crispas aliquanto & fulgentiores ab humeris ventilantes discrimen habens in medio capitis, iuxta morem Nazaraeorum. Frontem planam & serenissimam: Faciem sine ruga aut macula, quam rubor moderatus venustat. Nasus & oris nulla reprehensio. Barbam habet copiosam, capillis concolorem, non longam sed in medio bifurcatam. Aspectum habet simplicem & maturum oculis claris existentibus. In crepatione terribilis, in admonitione blandus & amabilis, hilaris seruata grauitate: qui nunquam ridere, flere autem saepe visus est. In statura corporis propagatus, rectus. Manus habet & brachia visu delectabilia. In colloquio rarus & modestus, speciosus inter filios hominum.

Est autem CHRISTVS, Graecum nomen, $\chi\rho\iota\varsigma$, vngo: In praeterito passuo $\chi\rho\iota\varsigma$ & $\mu\epsilon\tau\alpha$, $\alpha\upsilon\tau\eta$ $\chi\rho\iota\varsigma$, Inde $\chi\rho\iota\varsigma$ vnctus: significat in genere regem vel Pontificem, Esa. 45. Hac dicit Dominus Christo meo Cyro. 1. Reg. 14. Quis extendet manum suam in Christum (Saulem) Domini. Nam in populo Iudaico, vt hodie etiam inter Christianos vstitum est, quicumq; ad regnum vel sacerdotium ordinabantur, oleo certo vngi solebant. Qua vnctione donatio & gubernatio spiritus sancti significabatur, vt de

vt de Christo dicitur Actor. 4. 10. Iesum à Nazareth
 vnxit Deus spiritu sancto, Esai. 61. Spiritus Domini
 super me, eo quod vnixerit me. 1. Iohan, 2. Psal. 45.
 Vnxit te o Deus, o vncte aeterni leto spiramine.

Cum igitur Filius Dei Dominus noster Iesus
 Christus sit summus Pontifex & Rex Ecclesie sue,
 & vnctus sit plenitudine spiritus sancti, & totius di-
 uinitatis: κατ' ἐξοχῆν ipsi nomen Christus tribui-
 tur. Sit autem hac qualiscunq; descriptio:

IESVS CHRISTVS est summus sacerdos
 & rex Ecclesie, videlicet Persona, in qua due natu-
 re, diuina seu λόγος ὁμοῦστος καὶ οὐαλδὸς
 Deo patri aeterno, & humana, nata ex semine Dauid
 & Abrahæ, mirabili fœdere inter se vnite sunt, im-
 mediatè vocata à Deo Patre, & vncta plenitudine
 spiritus sancti vt doceat Euangelion à se prolatum, ex
 sinu aeterni Patris, & deprecetur ac victima fiat pro
 genere humano, ex quo aeternam ecclesiam, sibi per
 ministerium Euangelij colligit, quam à peccato &
 morte liberat, & Spiritu sancto suo regit, & pressam
 cruce mirabiliter aduersus Diabolos & Tyrannos de-
 fendit: & tandem ex morte resuscitat ad vitam &
 gloriam aeternam.

Iosephus lib. 18. cap. 4. Fuit autem eisdem tem-
 poribus IESVS sapiens vir, si tamen virum eum
 nominare fas est. Erat enim mirabilium operum ef-
 fector, & Doctor hominum eorum, qui libenter quæ
 vera

vera sunt audiunt. Et multos quidem Iudeorum, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit, Christus hic erat. Hunc accusatione primorum nostræ gentis viros, cum Pilatus in crucem agendum esse decreuisset, non deseruerunt hi, qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die, iterum viuus, secundum quod diuinitus inspirati Prophetæ vel hæc, vel alia de eo innumera miracula, futura esse prædixerant. Sed & in hodiernum diem, Christianorum, qui ab ipso nuncupati sunt, & nomen perseuerat & genus.

Ebraice מָשִׁיחַ Messias vnctus, vt Græcè Χριστός . Irenæus lib. 13. cap. 20. In Christi nomine subauditur, Qui vnxit, & ipse qui vnctus est & ipsa vnctio, in qua vnctus est, & vnxit quidem Pater: vnctus vero est filius: in Spiritu, qui est vnctio.

Nazianzenus. $\text{Χριστός λεγεται Ἰησοῦς ἐν ἐνεργείᾳ καὶ οὐ ἄλλως χριστός ἀγιασμοῦ παρεσία δεῖσται: χρίονται, ἢ ἔργον, ἀνθρώπων ἀκέραιον τὸ χεῖρον, καὶ ποιήσονται τὸ χεῖρον ἰδόν.$ Christus dicitur propter diuinitatem, qua vnct humanam naturam, non efficacia tantum, vt alios Christos sanctificat, sed præsentia totius vngentis (personali) cuius effectum est, vt vngens (DEVS) Homo nominetur, & vnctum (Hominem) DEVM faciat.

CHRISTIANI, primum Antiochie nominari cœperunt, Act. 11. anno mundi 4000. Chry-

Chryfantus, Alexandrinus, Romam studiorum causa profectus, cum ex Christianorum librorum lectione doctrinam Christi didicisset, & confiteretur, lapidibus obrutus est.

Chryfologus, Cathecheta S. Anastasie, martyr sub Dioclet.

Chryfologus, cognomen Petri episcopi Raucenatis, cuius eximia fuit eloquentia.

CHRYSOSTOMVS, episcopus Constantino-
politianus, tempore Arcady & Honorij, Imp. ob excel-
lentem eloquentiam, cognomen Chrysofomi adeptus
est. Huius historia recitatur lib. 10. Tripart. Patria
Antiochenus fuit, natus ex nobilibus parentibus Se-
cundo & Anthusa, Rhetoricam a Libanio, Philosophi-
am ab Andr' agathio, didicit. Theologiae studio apud
Diodorum & Basilium incubuit. Primum in ecclesia
Antiochena lector fuit, deinde Presbyter ordinatus,
postea mortuo Nectario, ad Constantinopolitanae ec-
clesiae gubernationem euectus est, anno Christi 401.
Fuit natura iracundior, & fastuosior, & liberio-
ris lingua. Ideo in multorum acerbissimas offen-
siones incidit, declamitans contra Eudoxiam Angu-
stam, iussu Imp. in exilium actus est, sed populus se-
ditione mota obtinuit, vt quam primum reuocaretur.
Postea rursus eiectus, & in Armeniam relegatus
est, vbi diem suum obiit, die 14. Septembris, anno
Christi 411. relictis ingenij. & eloquentiae monumen-
tis plurimis, quae in quinque Tomos distributa adhuc
extant.

extant. Corpus à Theodosio II. postea Constantinopolim translatum est die 27. Ianuarij, quo festum eius Græci celebrant.

Chrysofelus, diaconus Polychronij Babyloniorum episcopi sub Decio.

Chub, Ezech. 20. regionis nomen, quod Symmachus vertit Arabiam. כוב extinctus.

Chulias, pater Achab Pseudopropheta, Jerem. 29. קוליה Koliab, vox Domini.

CHVS, filius Cham, nepos Nohe. stirps Aethiopia esse à veteribus putatur, sicut vñq. LXX. & latinus interpretes regionem Chus, Aethiopia reiderunt, Gen. 2. Num. 12. 2. Paral. 14. 21. Ezech. 29. 30. 38. Esa. 19. 20. Jerem. 13. Sophon. 2. Nabum 3. &c. Sed attentius loca illa scripturae consideranti apparet, Chuseos, Arabes Aegypto & Palestina ad mari rubro vicinos, potius quam Aethiopes vertendum fuisse, & Chus eam Arabiae oram, quæ Arabia sinui & Aegypthæ oræ prætenditur: Filios verò & nepotes Chusi, Sabam, & ceteros, in Arabia felices habuisse, sicut vxor Mosis æthiopissa seu Chusæa vocatur, Numc. 12. cum Madiantis esset. & 2. Paral. 14. Afa vrbs Zaræ regis (æthiopis) Chusei, Gerare & Gaza finitimas spoliat, & 2. Paral. 21. Palestina & Arabes Chuseis vicini Ioramum regem Iudæ vexant. & Ezech. 29. limites regni Aegypthæ à Nabugodonosor occupandi ponuntur a turre Syenes vsq. ad terminos Chus, id est, Arabiae vbi noster interpretis ut alii

vt alias vbiq³, Aethiopia vertit, cum Arabia mari rubro vicina haud dubie significetur, vt Esaiæ 18. etiam, Vt terra cymbalorum alarum (id est, Aegypto, nauigijs alatis, & veliuolis vtenti) quæ est, trans flumen Chusaorum seu Arabiae, Nam regiones ultra Aethiopia seu zonam torridam sitæ, Iudæis, vt ipsa etiam Aethiopia.

Chusanrasathaim, rex Mesopotamiæ oppressus ab Orhoniæ Iud. 3.

CHVSI, fidelis consiliarius regis David, de quo 1. Paral. 27. 2, Reg. 15. 16. 17.

חושי Husi, festinans, velox.

Chusi pater Sophonia Prophetæ.

כושי Cusi, niger.

CHVZA, procurator Herodis, cuius vxor Iohanna à Christo sanata ministrat Christo Διὰ τῆς Ἰωαννᾶς τῆς ἀρχόντου αὐτῆς Luc. 8.

CILICIA, regio Asiæ, inclusa, ab ortu, Amalno monte, & Syria: à Septentrione, Tauro monte: ab occasu, Pamphylia: à meridie, mari Cyprio. Metropolis Ciliciæ fuit Tarsus patria S. Pauli Apostoli. Fit Ciliciæ mentio Act. 6. 15. 21. 23. 27. Gala. 1. Macc. 11. Iudith 1. 2. 3.

CINA, oppidum tribus Iuda, Iosue 15. 1. Regum 27. cuius incolæ fortassis Cinei fuerunt, Genes. 15. קינא Kinah, possessio mea.

CINAEVS, existimatur cognomen esse Obabifilij Iethro, affinis Moysi, qui discedente Iethro.

Exod. 18. in castris Israëlitarum manserit, & oculus exercitus Israëlitarum, seu Dux & monstrator itineris in deserto Pharan Israëlitis fuerit Num. 10. cuius posteros Cineos, primum prope Iericho, postea in finibus tribus Iuda & Amalechitarum habitasse: Aberum autem, maritum Iaelis, quæ Sisaram interfecit, prope Cedes in tribu Nephtalim sedes posuisse, ex historia Iudicum & 1. Reg. 15. manifestum est, Iudi. 4. Aber autem Cineus recesserat à cæteris Cineis, filijs (seu posteris) Obab, affinis Moysi, & tendebat tabernacula usq; ad vallem Sennim, quæ est iuxta Cedes. Iud. 1. Filij Cinei affinis Moysi, ascenderunt de ciuitate Palmarum, cum filijs Iuda in desertum sortis Iuda, quod est ad meridiem Arab. & Saul delecturus Amalechitas, iubet ab eis discedere posteros Obab Cineos, quia parcere eis cupiat propter beneficia, quæ Obab Israëlitis ex Aegypto descendentibus in deserto præstitisset.

Raguel princeps Madianitarum, qui & Ielbro dictus est, socer Moysi, Exod. 2. 3. 18.

MOSES — Sephora
|
vxor Mo-
|
sis, Exo. 2.

Obab Cineus, cuius
posteros sunt Cinei,
Iud. 1. 4. 1. Reg. 15.
1. Paral. 2.

Gerson Eliezer.
Exod. 18.

קני possessio mea.

CIRCVMCELLIONES, factio Donatistarum in Africa, genus hominum in horrendis facinoribus inquietum, ab utilibus operibus ociosum, crudelissimum in mortibus alienis, vilissimum in suis, maxime in agris territans, ab aquis vacans, & victus sui causa cellas circumiens rusticanas, vnde & Circumcellionum nomen accepit, vniuerso mundo penè famosissimum Africani erroris opprobrium, teste Augustino contra Gaudentium. Item quando alios non possunt, seipsos occidunt, qui faciunt opera latronum & gloriam sibi vendicant martyrum. Vide Epistolam 68. 122.

CIS, pater Saulis Regis, 1. Reg. 9. Acto. 13.

קיס, a קיס collegit, vel durus.

Alius, Leuita, 2. Paral. 29.

CISON torrens, duobus alucis per tribum Issachar fluens, quorum dexter in mare magnum prope Carmelum promontorium effunditur, vbi Helias interfecit sacerdotes Baal, 3. Reg. 18. sinister alueus in lucum Galilee exit, vbi Sisara cum exercitu cæsus est a Barach, Iud. 4. 5. Psal. 82.

קיסון, a קיסון, collegit.

Cisteriensis, Ordo, monachorum, ex Regula D. Benedicti ortus, in Cistertio Burgundiae loco, primum institutus est a Roberto quodam circa annum Christi 1100.

CLARA virgo Asisij in Umbria, tempore FridERICI Barbarossæ vixit.

CLAUDE, insula vicina Creta versus occasum long. 25. lat. 31. Fit eius mentio Act. 27. à Plinio & Pomponio Mela, Gaudon vocatur.

Claudia, salutem optat Timotheo, 2. Tim. 4.

CLAVDIANVS MAMERTVS Archiepiscopus Viennensis in Gallia, tempore Theodorici Veronensis, & Sidonij Apollinaris floruit, apud quem crebra & amplissima admirandi ingenij doctrina, eloquentia, pietatis & prudentia Claudiani encomia extant. lib. 4. Epi. 3. vbi de statu anime librum et Hymnum illius, elegantissime & argutissime laudat. lib. 5. epist. 2. lib. 7. epist. 1. & libro 4. epicedion & epitaphion ipsi componit fol. 141. Extat Claudiani carmen contra vanos poetas, quos ad sacras materias verba ingenij sui illustrandas hortatur.

Quantò maior ab his cedit tibi gloria ceptis,
In quibus & linguam exercens, mentem quoque san-
Erudiens, laudemque simul vitamque capeffes. (Etiam
Dumque legis Catus & scribis miracula summi
Vera DEI, propior disces, & carior ipsi

Esse DEO &c. Huic Claudiano Mamerto in archiepiscopatu Viennensi, successit Isacius pater Alconi Auiti.

Alter Claudianus, poeta Alexandrinus, qui Arcadij & Honorij tempore vixit, hostis Christiani nominis fuit.

CLAVDIVS LYSIAS, tribunus militum,
qui Ierosolymis in praesidio erant, sub Claudio Cae-
sare, Act. 23. 21, 22.

CLAVDIVS, Caesar, filius Drusi, frater Ger-
manici, Imperator, quartus ab Augusto, coepit regna-
re anno Christi 43. Huius anno sexto horrenda fames
in toto orbe grassari coepit, praedicta ab Agabo,
Act. 11. quae aliquot annos duravit. Idem anno 9.
imperij, omnes Iudaeos ex vrbe Roma expulit,
Act. 18.

Augustus — LIVIA, ex
priori marito.

CL. TIBERIVS Drusus

Germa-
nicus.

CLAVDI-
VS Imp.

Caligulae suc-
cessit Act. 11. 18.

Agrippina nu-
pta Domitio, ma-
ter NERONIS
Imp.

C. CALIGVLA
successit Tiberio.

Claudius, martyr in Lycia. Alius lapicida,
Castorij socius, sub Diocletiano submersus est. Ali-
us Tribunus militum, a Chrysanto conuersus cum
uxore

cam vxore Hilaria & filijs Iasone & Mauro & 70.
 militibus, martyr die 3. Decemb. sub Numeriano.

Claudianus, martyr Nicomediensis.

Claudius concionator aulicus Ludoci p̄ Imp. po-
 stea episcopus Taurinensis contra superstitiones in cul-
 tu imaginum scripsit. cuius scripti particula, lectu di-
 gna, in Ionæ Aurelianensis libro reliqua est. Tom. V.
 Bibl. S. P.

CLEMENS, οὐὐεργος S. Pauli in propaga-
 tione Euangely, Philip. 4. primus Euangelion Metri
 predicasse scribitur, & patria Romanus, Faustina-
 ni & Mattidie filius, Fausti & Faustini frater, & S.
 Petri auditor & in episcopatu Romano successor suis-
 se existimatur. Cuius nomine decem ἀνάθεμα Ἰεσοῦ
 Recognitionum libri (quorum Ieronimus eti-
 am in Rufinum meminit) circumferuntur, in quibus
 historiam suæ conuersionis, iter in Palestinam ad S.
 Petrum disputationes Petri cum Simone Mago, et ali-
 as conciones, summam doctrinæ Apostolicæ, ut ipse
 refert, complectentes: fortunam suæ Matris & fra-
 trum & senis parentis, quos inspiratò in Palestina i-
 torum inuenit lib. 7. & 9. & disputationem de Pro-
 uidentia, de Astrologia & origine Deorum gentilium
 recitat.

Cum autem in tot concionibus Petri & aliorum,
 nullum ferè Apostolici spiritus & doctrinæ Euange-
 lij propriæ de Beneficijs Christi redemptoris, & de
 remissione

remissione peccatorum, ac vita eterna, propter Christum gratis donanda, vestigium extet; & doctrina plane legalis & ferè tota Philosophica sit, & in Epistolis, quibus se D. Petro Romæ successisse ad D. Iacobum fratrem Domini, qui octennio ante vitam finierat, scribit; Jurisdictionis primatum, Patriarchatum & Archiepiscoporum, plane eo tempore ignote, mentio fiat: supposititia esse scripta illa singuli iudicare possunt. Ipse Clemens iussu Traiani Imp. martyri coronam accepisse scribitur, submersus in mari die 23. Nouembris. Epistola Clementis ad Corinthios meminit Dionysius Corinthius apud Eusebium lib. 4. cap. 23. lib. 3. cap. 38.

Editi sunt Venetijs & nuper Colonia Tomis conciliorum inserti Constitutionum Apostolicarum Clementis libri octo, Quos Sexta Synodus in Trullo, anno Christi 681. celebrata, expresso decreto ex Ecclesia tollendos & abiiciendos esse censet: Et in Decreto Dist. 15. Clementis scripta inter Apocrypha reijciuntur. Apparet autem Canones Apostolorum, vt vulgo nominantur constitutionum illarum summas & velut aphorismos esse, de quibus dist. 16. veteris ecclesie iudicia extant.

CLEMENS Alexandrinus, Panteni discipulus, tempore commodi & Seueri Imp. circa annum Christi 200. in Academia ecclesie Alexandrine floruit. Huius scripta Eusebius lib. 6. cap. 11. recitat, ex quibus hoc tempore tria solummodo opera,

πρωτερεπιλος, παιδαγωγος & σωματεων libri octo extant. In Protreptico hortatur Gentes, ut abiecto Idolorum cultu, quorum mysteria vanissima praelixè reteggit, ad veram religionem conuertantur. Παιδαγωγος, Homini ad Christum conuerso, Filium Dei λόγον Doctorem præsicit, & qualem esse in tota vita oporteat Christianum, in cibo, potu, sermone, vestitu, balneis &c. describit, ac præcepta de ciuilitate morum ac officijs potius quam doctrinam spiritualement & Euangelij propriam tradit.

In Στωματεων seu variè contextorum libris dogmata religionis Christianæ cum Græcorum & aliarum gentium placitis confert, & Ethnicos, Iudæos ac hereticos à Marcione ortos refutat, & varias historias & loca veterum scriptorum intexit, ex quibus, Definitio Iusticiæ, in Chronico Philippi & passim alibi citata, διευγοσών ἐστὶ ἰσχυρίαι. Iesū μετὰ ἰσότητῃ, principio lib. 3. ex Epiphane Carpocratis filio citatur. Colloquium Christi & Salomes de regno Dei venturo cum cessauerit opus mulieris, eodem lib. 3. Strom. extat, historia de martyrio vxoris Petri, quam maritus hac voce, Vxor memento DOMINI, confirmavit: lib. 7. σωματ. recensetur.

Cleobani, secta Simonianorum apud Theodoret.
CLEOPHAS, frater Ioseph sponsi Mariæ virginis, Euseb. lib. 3. cap. 11. Maritus fuit Mariæ sororis

ris matris Christi, Iohan. 19. Colloquitur cum Christo, in expaciatione Emauntica, Lucæ 24.

CLEOPATRA, filia Ptolemæi Philometoris regis Aegypti, nupta Alexandro regi Syriae, qui se Antiochi Epiphanis filium affirmabat, 1. Macc. 10.

Cleophippus, filius matronæ Lingonensis in Gallia, discipulus Benigni presbyteri, cum duobus fratribus martyr sub Aureliano.

Clerus, Diaconus & martyr Antiochenus die 7. Ianuarij sub Diocletiano.

CLETVS, collega S. Petri & Lini, in Ecclesiæ Romanae administratione, die 26. Aprilis sub Vespasiano Imp. obisse scribitur.

Clodoaldus, presbyter, Perusensis, cuius beneficentia erga pauperes predicatur, vixit circa annum Christi 520.

CLOE, nomen matronæ Corinthiæ, cuius mentio fit 1. Cor. 1. apud Horatium etiam mulieris nomen est. Me nunc Cressa Cloe regit, dulces doctamodos.

Cluniacenses secta Monachorum, qui Benedicti regulam sequuntur, orta primum in Burgundia circa annum Christi 900.

CNIDVS, vrbs in extremo promontorio peninsulae Carie sita, ad quam appellit Paulus Romam nauigaturus, Act. 27. Fit eiusdem mentio 1. Macc. 15. Fuit patria Cressæ historici, quem Plutarchus & Athenæus sæpe citant. κνιδῶν ὑρτικα.

Cœlestini, monachi, à Cœlestino V. Papa instituti circa annum Christi 1280.

Corintha, matrona Alexandrina, martyr, disceptata sub Decio, Euseb. lib. 6. cap. 31. ex epistola Dionysij Alexandrini.

Colomannus, Scotus, in Austria oppido Steyeran strangulatus propter confessionem Christi, circa annum Christi 1010. tempore Henrici II. Imp. & in monasterio Melico sepultus est.

COLOSSAE, Vrbs Phrygiae in minori Asia ad confluentem Lyci & Meandri sita, vicina Laodicea, cuius mentio fit apud Xenophontem lib. 1. ἀνασ. pag. 244. Strabonem lib. 22. Plinium lib. 5. cap. 32. Herodotum lib. 7. pag. 206. ἀπίκετο ἐπὶ Κόλοσσας πόλιν μεγάλην Φρυγίας, ἐν τῇ Λυκίῳ ποταμὸς ἐσχάσμα γῆς ἐμὲ Ἑλλάνων ἀφουζήται, ἐπίται διὰ σαδίων πέντε ἀναφανόμενος ἀπὸ διδοῖ ἐς μαίανδρον, Diod. lib. 14. pag. 439.

Ad huius vrbs incolae scripta extat Pauli EPISTOLA AD COLOSSENSIS, quae ad genus causarum διδασκαλικὸν & suasorium referri potest. Continet enim illustria testimonia Doctrinae, de Persona & beneficijs filij Dei, de iusticia fidei, de vera conuersione ad Deum, seu poenitentia, de ueritate cultibus Dei, de abrogatione Legis Mosaeicae, & Traditionibus humanis. Et miscentur Adhortationes, de tuenda puritate doctrine, à Paulo traditae, & vitandae.

tandis corruptelis doctrine & morum, & præstanda
 Deo obedientia in omnium virtutum officijs. Magna
 autem similitudo est huius epistolæ, cum ea, quæ ad
 Ephesios scripta est, τὰ ὅσα αὐτὰ ἔγραψεν, ἐμοὶ ἐκε-
 ἰνηθὼν, ὑμῖν ἵνα σφραλῆς. Philip. 3. In PRI-
 MO Capite, post Epigraphen & Salutationem se-
 quitur EXORDIV M. cuius hæc summa est: Gra-
 tias ago Deo, quod in vobis veram fidem, dilectionem
 & spem salutis æternæ per Euangelion accendit: &
 oro Deum, ut fidem & omnes ceteras virtutes in vo-
 bis augeat & confirmet. Post Exordium Quatuor
 sunt præcipui primi capituli Loci. I. Enumeratio
 Beneficiorum filij Dei. II. descriptio Personæ fi-
 lij Dei. III. De Applicatione Beneficiorum filij
 Dei, quæ sit fide fundata & firma. IIII. De mi-
 nisterio Euangelij, per quod Deus beneficia filij ho-
 minibus offert & impertit. IN SECUNDO,
 Hortatur, ut veram dilectionem ac fidem, & veram
 de Christo doctrinam à se acceptam firmiter retineant,
 nec se per speciosas opiniones, aut inanem Philoso-
 phiam & elementa mundi, hoc est, ordinatio-
 nes seu traditiones humanas, à vera Euangelij
 Penitentia seu vera conversione ad Deum, cuius
 duas partes contritionem seu circumcisionem &
 mortificationem peccati, & fidem vivificantem in-
 figurantibus metaphoris illustrat. III. Doctrinam
 de Re-

de Remissione peccatorum, & de iusticia fidei illustrata
 pictura Triumphi Christi ornat. III. Docet de
 Abrogatione Legis Mosaicæ, & de Libertate Christiana,
 & repetit admonitionem, vt caueamus, ne doctrina
 Euangelij de iusticia fidei, traditionibus hu-
 manis obscuretur. IN TERTIO instituit ad-
 hortationem ad Nouam obedientiam, seu ad vitanda
 peccata, & colenda omnium virtutum officia, que
 ad conuenientia Decalogi præcepta, apertè referantur.
 IN QUARTO, monet de assiduitate &
 intentione præstanda in vera Dei invocatione, II.
 In genere monet, omnia vite consilia & actiones
 iuxta normam sapientiæ verbi diuini regendas esse.
 III. Reliquam partem capituli consumit in saluta-
 tionibus & alijs familiaribus negocijs.

Columba, Hibernus in ColnKilia Ebudum in
 sula sepultus, paulò ante Columbanum obiit.
 COLVMBANVS, ex oppido Hiberniæ Co-
 lumba ortus, adiunctis sibi 12. comitibus in Angliam
 & Galliam propagandi Euangelij & disciplinæ eccle-
 siastica instaurandæ causa profectus est, & à Sigis-
 berto rege clementer exceptus, monasterium Luxe-
 uense, in Burgundia condidit, præceptor S. Galli &
 S. Leodegarij fuit. Pulsus in exilium à Theodorico re-
 ge Galliæ, Sigisberti nepote, cuius libidines vagas ta-
 lacum Brigantinum, vbi nunc vrbs S. Galli est, ho-
 spitium præbuit. Capto autem Theoberto, ad Theo-
 delindam

delindam in Italiam discessit, relicto in Suecia S. Gallo, Obijt in monasterio Bobiensi ad Trebiam fl. Anno Christi 593. 23. Nouembris.

CONCORDIA, matrona, S. Laurentio familiaris, nutrix Hippolyti, martyr sub Decio, 18. Februarij.

Concordius, presbyter, Romæ natus, Spoleti decollatus, sub Antonio Imp. Cal. Ianuarij.

Conon, martyr Nicomediensis, cum filio in veru rostus, postea fumo suffocatus, sub Aureliano.

CONRADVS, episcopus Constantiensis a l lacum Brigantinum, 41. annis præfuit, obiit anno Christi 976. natus ex illustri familia Ducum Bavarie & Suecia. Seriem maiorum ita annotatam reperi,

WVelpo comes in
Aldorff.

Conradus

Ethico

Iudith coniux

Lud. Pij.

HENRICVS comes ab
Altorff dux Bavarie.

S. CONRA-
DVS

Ethico.

Rudolphus stirj s se-
quentium Ducum
Bavarie.

Constantia martyr Nucarina, die 18. Febr.

Constantius, presbyter Anconensis, a Gregorio magno celebratur. Alius fuit episcopus Aquini in Italia.

Italia. Alius Dux militum in legione Thebana
 que sub Maximiano trucidata est.

CONSTANTINVS MAGNVS, in Eri-
 tannia insula, patre Constantio Eboraci defuncto,
 Imperator delectus est, anno Christi 312. Parans bel-
 lum aduersus Maxentium Maximiani filium: ver-
 sus ortum, crucem igneo fulgore rutilantem vidit, &
 angelos astantes edere hanc vocem audiuit, Constan-
 tine, IN HOC SIGNO VINCE. Postea
 doctrinam Christianam constanter amplexus est, &
 Ecclesias liberalissimè fouit. Licinium sororis sua-
 maritum persequentem Christianos bello oppressit.
 Concilium Nicenum, contra Arium coegit. Biblia
 suo sumtu describi, & in exteras nationes mitti cu-
 raui. Tandem cum annos 30. Imperio praefuisset,
 anno Christi 342. die 22. Maij obiit. relictis filijs
 Constante, Constantino, qui Athanasij & orthodoxo-
 rum patronus fuit, & Constantio, Ariano. Vita
 ipsius quinq; libris descripsit Eusebius Pamphili, &
 historiam Ecclesiasticam vsq; ad ipsius aetatem de-
 xit, lib. 9. cap. 9. & 10. Trip. lib. 1. cap. 3. vsq; ad 18.
 De actionibus in causa Arj Trip. lib. 1. cap. 19. 20.
 lib. 2. & 3. toto.

Copres, eremita, prope Thebaida Aegypti, cla-
 ret dono sanationis, Trip. lib. 8. cap. 1. & in Vita
 Patrum.

CORBAN, significat munus Deo destinatum.
 seu oblationem & sacrificium. Ebraicè קרבן
 Korban.

Korban, אֶקְרִיב *appropinquavit*. Hiphil אֶקְרִיב *admouit*, obtulit. Marc. 7. & Matth. 15. Id quod a me iuuari debebas, est donum seu Korban, id est, res Deo seu templo consecrata,

Corbinianus, primus Episcopus Frisingensis in Bauaria, circa annum Christi 700.

COR EPISCOPI dicuntur Archidiaconi, quasi dicas, Villarum seu regionum Episcopi.

CORINTHVS, cum olim Ephyre diceretur, a Corinthio, filio Marathonis aut Iouis, nomen accepisse scribitur, quod significat florem puellarum, κόρη, ἄρθρον. Deleta est a Romanis eodem anno, quo Carthago, anno Urbis 608. Instaurata est a Iulio Casare, anno Urbis 708. Fuit autem urbs locupletissima, & emporium commodissimo loco situm, ad isthmum Peloponnesi, inter duo maria, Ionium & Aegeum, medio ferè loco inter Italiam & Asiam.

Ideo mercatores ex plurimis regionibus, magna frequentia illic conuenire solebant. Vt autem semper opulentiam comitantur luxus, libidines, & multa scelera: ita Corinthi etiam omnis generis scelera, impune grassabantur, vt Paulus ipse, 1. Corinth. 6. testatur, Eratis scortatores, idolatrae, adulteri, molles, auari, ebriosi, raptores. Et Strabo scribit plures quam 1000. puellas, in Veneris templo prostitutas fuisse. Ex hac sentina hominum, libidine, luxu, & omni viciorum genere pollutorum, eternam Ecclesiam sibi DEVS per ministerium Pauli colligit, Actor. 18. 20,

AD CORINTHIOS
 PRIOR EPISTOLA AD CORIN-
 THIOS, ex Epheso vrbe scripta est, 1. Cor. 16.
 anno 21. post conuersionem Pauli.

In PRIMO CAPITE, post Epigrapham
 & Exordium, constituit propositiones quatuor pri-
 morum capitum. Adhortor vos fratres, vt sitis con-
 cordes, & vitetis dissidia. Cum autem dissidia
 inde potissimum orientur, quod alij alijs se antefere-
 bant, vel propter Philosophiam, seu sapientiã huma-
 nam, vel propter autoritatem ministrorum, à quibus
 singuli baptizati erant, & Euangelium acceperant:
 in initio has duas radices dissidiorum tollit, & in PRI-
 MO, ac SECUNDO Capite, collationem sapien-
 tiæ humanæ, & arcane sapientiæ Euangelij de
 CHRISTO, per spiritum sanctum reuelatæ, insin-
 tuit. IN TERTIO & QUARTO Capite,
 Omnes ministros Euangelij, quod ad ministerium
 Baptismi & sacramentorum attinet, æquales esse po-
 testate & efficacia, ostendit. In QUINTO, de Ex-
 communicatione pollutorum manifestis sceleribus
 precipit.

In SEXTO, primum reprehendit eos, qui liti-
 gabant coram Ethnicis iudicibus, quod & odijs &
 quaritia certarent, & Ethnicis occasionem male-
 sentiendi & loquendi de doctrina Euangelij praebe-
 rent. Deinde docet, Libertate Christiana non con-
 cedi licentiam omnium scelerum, & tradit discre-
 men inter ἀδιάφορα, quorum vsus liber est, &
 præcepta

menta, Idolum nihil est, ergo licet vesci Idolothytis. Item, Omnia Adiaphora sunt licita pijs. Vesci carnis Idolothytis est ἀδιάφορον, Ergo. Summa autem Responſionis Pauli est. Non utendum esse libertate, vbi confirmatur cultus Idolorum, & vbi aliorum imbecillium conscientia ſauciantur.

In VNDECIMO, primum de habitu virorum & mulierum, & Viros aperto, Mulieres autem velato capite, publicis Ecclesie conuentibus interesse debere, probabilibus argumentis disputat. Deinde ritum COENAE DOMINI ordinat, vt videlicet sit communio corporis & sanguinis Christi, non conuiuium priuatum 2. addatur Concio de morte Christi. 3. asseratur ad vsum Cœna vera penitentia & fides. 4. Pœnas abutentibus Cœna comminatur.

In DODECIMO, XIII. & XIII. De vsu Donorum Spiritus concionatur, ac in XII. proponit, Vnum esse summum donum, commune omnibus pijs, videlicet veram agnitionem, fidem, & confessionem Domini nostri Iesu Christi, accensam per Spiritum sanctum. 2. Nouem genera peculiarium Donorum Spiritus, quæ Ecclesie profunt, nec tamen omnibus pijs pariter sunt necessaria, recenset. 3. similitudine à membris humani corporis sumta, docet, dona ad communem totius corporis Ecclesie vtilitatem, non ad ostentationem aut superbiam, conferenda esse. In TREDECIMO, Dilectionem

Dei & proximi, monet, omnibus ceteris donis (quæ sine fide & dilectione non sint vera pietas) antecedere. 2. Catalogum instituit *Quindecim operum dilectionis*, seu *Virtutum*, quæ ex dilectione emanant. 3. Discrimen triplex inter agnitionem Dei præsentem, & futuram in vita æterna, indicat. In DECIMO QVARTO, primum prolixè demonstrat, DONVM PROPHETIÆ, hoc est, enarrationis scripturæ, longè plus prodesse Ecclesiæ, quàm donum loquendi linguis peregrinis 2. εὐταξίας seu ordinem Ecclesiæ in docendo, in ministerio publico, in Synodis & Iudicijs de doctrina seruandum præscribit.

In DECIMO QVINTO, articulum de Resurrectione mortuorum confirmat, ac tota disputatio in hisce tribus membris consumitur. 1. An sit secutura resurrectio mortuorum? 2. Qualia futura sint corpora resuscitatorum? 3. De causa resurrectionis, seu de Victoria Christi ab olentis mortem, & restituentis iusticiam & vitam æternam. In SEDECIMO de colligendis Eleemosynis. 2. de suo ad Corinthios aduentu scribit. 3. Commendat eis Ecclesiæ ministros, Timotheum, Apollo, Stephanam, Achaicum, & inserit adhortationem ad constantiam in vera pietate. Postremò salutem ipsis, suo & aliorum nomine, precatur.

POSTERIOREM Epistolam ad Corinthios ex Philippis vrbe Macedonia Paulus misit, per

Timotheum, & Lucam Euangelistam, initio anni 22. post suam conuersionem, anno nati Christi 55. Hæc magna ex parte est Apologia in genere iudiciali, qua respondet obiectionibus & calumnijs Pseudoapostolorum, qui exprobrabant Paulo crucem & persecutiones, clamabant mendacem esse, quod non uenisset sicut promiserat. Obijciebant ei affectatam Tyrannidem in Corinthios, ob excommunicatum inuestum, vociferabantur eum impostorem esse, cauponarum & deprauantem verbum Dei. Hac occasione de Monasterio Euangelij cap. 34. 5. disputat.

Cap. VIII. & IX. artificiosissima petitione rogat, ut conferant Elemosynas ecclesijs in Iudæa sancte laborantibus.

Cap. X. redit ad Apologiam, & docet, se nusquam sua potestate abusum esse, docet quid sit potestas Ecclesiastica, & amplificat ministerij sui dignitatem instituens sui ipsius encomium. Primum a fidelitate & constantia in propagatione Euangelij, & horrendis persecutionibus. Secundo a mirandis reuolutionibus. Tandem concludit, potestatem sibi à Deo traditam esse ad edificationem Ecclesiæ, non ad destructionem, nec se quidquam posse contra veritatem, sed pro veritate &c.

CORNELIVS, episcopus vrbis Romæ, circa annum Christi 254. Ad hunc extant 17. Epistola S. Cypriani episcopi Carthaginensis.

CORNELIVS, Centurio, docetur & baptizatus

atur à Petro, Act. 10. nec meritis est gratiam per
 ieiunia, eleemosynas, & similia opera. sed didicerat
 promissiones de Christo, credebat & inuocabat De-
 um, priusquam Petrus ad eum veniret. Quia igitur
 sunt in eo initia fidei, iam Deus auget dona, curat
 eum doceri de misso & exhibito Christo, de Iustifica-
 tione, de Ecclesia, de extremo Iudicio &c. Scribunt
 autem hunc Cornelium renunciantem militiæ, postea
 Episcopum Casaræ factum esse, & die 2. February
 in Domino obdormisse.

Cornustibij, filia Iob. קרן הפך Keren ha-
 puch, cornu nitidum.

Corona, vxor militis Mediolanensis, duabus ar-
 boribus curuis alligata, & distracta est sub Antonino
 Imp.

Corus, maxima apud Hebræos mensura, continet
 decem Ephæ, seu decem medimnos Atticos, vel sexa-
 ginta modios Romanos. Vnus autem medimnus, qua-
 tuor modios Rostochiensis ferè æquauit. Est autem
 nostri modij precium his annis quarta pars Ioachimi-
 ci. Ergo Cori precium erunt decem Taleri. Oecono-
 mus igitur defraudans dominum viginti, coris fru-
 menti: furatus est 200. Taleros. Luc. 16.

COS, siue COVS, siue COA, insula est vici-
 na Carie, disiuncta à continenti, in quo Myndiorum
 promontorium eminet, non plus 40. stadijs. A Mileto,
 vnde Paulus soluit (Act. 21.) circiter 15. mill. germ.
 abest. Fuit patria Hippocratis medici, & Apellis &
 Philetæ.

Philetæ. vide Strabonem lib. 14. & Theocritum Idyl-
lio 7. in Thalisyjs. Alia Insula CEVS seu CIA:
Andro vicina, quæ Simonidem Poëtam & alios præ-
stantes viros genuit.

Cosam, filius Helmadam, in Genealogia Christi
Luc. 3. sic dictus est vel à Zea spelta, frumenti gene-
re, quod Iudæi nominant Cusemim, vel à כוסס Ionsor.

Cosmas, & Damianus, fratres, Arabes, medi-
ci propter Christianam religionem AEGY capiti trun-
cati, sub Diocletiano, circa annum Christi 288.

Cosmas, Cretensis eremita. Κόσμος, ornatus.

Cozbi, filia Sur, principis Madianitarum, quam
cum Israëlitis cubantem interfecit Phinees Num. 25.

כזבי CoZbi, mendacium.

Crescens, Discipulus Pauli Apostoli, primus
predicavit Euangelion in Gallia Moguntia 2. Ti-
moth. 4. Crescentia, nutrix. S. Viti.

Crescentianus, martyr Campanus. Alius cum
S. Cyriaco decollatus sub Maximiniano.

CRETA, insula maris mediterranei, cuius me-
dium habet gradus long. 54. latit. 35. In hac primus
euangelion predicavit S. Paulus cum Tito, quem ibi
reliquit episcopum, cui normam gubernationis Ec-
clesiasticæ prescribit, in epistola ipsi inscripta. Ad
littora Cretæ appellit Paulus Romam navigans ca-
ptivus Act. 27. Fit Cretensium mentio Act. 2. Tit. 1.
Descriptio totius insule extat apud Strabonem lib.
10. Hodie Candia appellatur ab urbe Candia, quæ
olim

in Cydonia fuit, in medio ferè, lateris insule borealis collocata. In Venetiarum potestatem circa annum 1205. venit, cum Balduinus Imp. Byzantiæ ex pacto eam Venetis confederatis tradidisset.

Crispina, virgo Thebestana in Africa sub Diocletiano Imp. decollata die 5. Decembris. Meminit eius Augustinus de Virginitate cap. 44. & in enarratione Psal. 137.

Crispinus & Crispianus, Fratres, sub Diocletiano Roma pulsi Suebionem in Gallia Belgica venerunt, ubi ut se & suos honestè alerent, artem sutoriam exercuerunt, tandem propter Euangelij confessionem, subulis stimulati, ac capite tandem plexi sunt.

CRISPVS, Corinthius conuersus ad Christum, & baptizatus ab Apostolo Paulo, 1. Corinth. 1. Acto. 18.

Crotholdus, episcopus VVormatiensis, primus instaurator ecclesie VVimpinensis post annum Christi 500.

Cresiphon, vrbs Persiæ, cuius episcopus Simeon à Sapore rege, propter Christi confessionem trucidatus est, circa annum Christi 320.

Cucusas, Hispanus, Barsallone in veru tostus, ac postea decollatus est, celebratur à Prudentio.

CYTBERTVS, Anglus, primum monachus, deinde episcopus Lindisfarnensis, preceptor Bedæ presbyteri, a quo celebratur li. 4. Hist. eccle. ca. 27. et deinceps.

Cutha, 4. Reg. 17. iungitur Babylonii.

כֹּת אֶת כֹּת contriuit.

Cinæus, filius Chanaan, Genes. 10.

Ebraicè סיני Sini, Rubus: a quo desertum Sin cognomen accepisse videtur.

CYPRIANVS, episcopus Carthaginensis, pietate, doctrina, eloquentia & martyrij gloria clarus, qui omnibus serè latinis scriptoribus ecclesiasticis, pura & diserta & veram pietatem & Zelum ardentem vbiq; spirantis & aculeos in animis legentium relinquentis orationis facultate antecellit. vt discernere nequeas, verum ornatioꝝ in loquendo, an faciliꝝ or in explicando, an potentior in persuadendo quisquam fuerit. Inprimis autem Sermo de Mortalitate, de bono patientiæ. & Epistolarum libri, spiritu & vita pleni, lectu dignissimi sunt. Martyrij coronam sub Galieno & Valeriano Imp. anno Christi 256. adeptus est. Prudent. Hym. 13.

CYPRVS, Insula 50. mill. longitudine in sinu Ifrico, Ciliciæ ac Syriæ obiecta, abundans vino, oleo & metallis, vnde & nomen à Cupro adepta est. In hac Euangelion primi annunciarunt Paulus & Barnabas. Act. 13. patria Barnabæ, Act. 4. כפר expiauit.

CYRENE, vrbs Aphricæ, condita à Batto, filio Polymnesti, ex illustri familia Minyarum orto, qui ex insula Thera coloniam in eam locum, cui Itrasa nomen fuit, deduxit, & urbem condidit, iuxta fontem cognomento Apollinis, quæ habet gradus long. 50. lat. 31

lat. 31. 20. Nomen Cyrene existimatur Ebraicum esse, קיר קיר Civitas Fontis, ortum fortasse à Phœnicibus, Carthini posteris, quos una ex Thera insula in Cyrenen ductos esse, Herodotus refert, lib. 4. pag. 141. & Pindarus oda 4. Pythiorum Iustinus lib. 13. Inde regio Cyrenaica dicta est inter Syrtim & Marmaricæ partem, Act. 2. Matth. 27. Marc. 15. Act. 13.

4. Reg. 16. Rex Assyriorum ciues Damascenos transfert in Cyrenen: ubi in Ebreo est קיר Kir, quæ voce consentaneum est urbem vel regionem Assyriorum significari, sicut etiam Amos 1. 9.

CYRENIUS, Consularis Romanus, præses in Syriam missus ab Augusto Imp. Hic census in tota Syria egit, eo ipso anno, quo Christus natus est, Luc. 2. Iosephus lib. 18. cap. 1. Cyrenius gestis ordine alijs magistratibus ad consulatum etiam peruenit. Is cum paucis in Syria erat, à Cesare commissus, ut ius diceret, iusticiamq; populo administraret, & censum ibi ageret. Erat autem census aestimatio facultatum, ut scirent Romani, quantum in singulis provincijs opum esset, quæ onera sustinere, quantas copias singule regiones alere possent.

CYRIACVS, diaconus episcopi Romani Marcelli, temporibus Diocletiani, dono pellendi demones ex obsessis præditus fuit. Ideoq; Roma in Persiam actersitus est à rege Sapore, ut iobiam obsessam sanaret. Inde reuersus martyrij coronam adipiscitur, die 16. Martij. κρηναξ, Dominicus.

Cyriacus, episcopus Ostiensis, propter Christi confessionem capite truncatus est anno Christi 272.

CYRILLVS, archiepiscopus Alexandrinus, ingenio, doctrina & eloquentia excellens, cuius scripta, quae extant, Colonia in duos Tomos distributa exierunt, quorum primus in Genesim, Leuiticum, & Euangelion Iohannis enarrationes luculentas: alter Heresiam refutationes, in Thesauri libris XII. Dialogis VII. de Trinitate: libris X. contra Iulianum: de recta fide ad Theodosium & Reginas continet. Quibus Synodicae constitutiones, historia controuersiae Nestorij & Synodi Ephesina, (cui Cyrillus anno Christi 435. praesedit) & scripta pro & contra decretum Synodi a Cyrillo, Theodoro & alijs edita, adiunguntur.

Cyrillus, Ierosolymae episcopus, etate superior fuit, citati a Synodo Seleuciensi, in qua Ariani conuenerant, appellatione usus est. postea contendens cum Acacio Caesarea Pal. episcopo de iure metropolitana, pulsus est. Tandem a Synodo Constantinopolitana sub Theodosio iterum restituitur. Trip. lib. 5. cap. 34. 37. & lib. 9. cap. 14.

Cyrillus frater Methodij Slauorum Apostolus, Nicolai II. P. R. tempore circa annum Christi 850. floruit. Alius, martyr Heliopolitanus, 9. Iulij celebratur.

Cyrillus, Gortyna in Creta episcopus, a Saracenis trucidatus circa annum 830.

Cyrinus,

Cyrinus, martyr Carthagenensis. Alius episcopus Chalcedonenſis, aduerſarius Chryſoſtomi.

CYRVS, primus monarcha Perſarum, qui Imperium ab Aſtyage rege Medorum, & à Babylonijs ad Perſas tranſtulit, circa annum mundi 3430. Herod. lib. 1. Anno primo Monarchie propoſuit edictum de reductione populi Iſraëlitici ex captiuitate Babylonica, in Ieruſalem & Iudeam, 2. Paral. 36. 1. Eſd. 1. Narrat autem Joſephus (lib. 11. cap. 1.) legiſſe Cyrum Eſaie vaticinium de ſe nominatim editum, Eſai. 45. 44. Ideoq; gentem Iudaicam ardentius dilexiſſe. Fit præterea Cyri mentio Eſai. 44. 45. Dan. 1. 7. 8. 3. Eſd. 2. Ebraice כורש Cores, à שרש laraſ, hereditauit. Grecis κωροϛ, plenam autoritatem & imperium ſignificat: vnde ἀκρωβην omni autaritate & imperio ſpoliare.

Cyrus primùm Phafidis in Colchia episcopus, inde Alexandriam ab Heraclio Imp. translatus, Manicheitarum heresin propagauit.

D.

DABERETH, vrbs Leuitarum, in ſinibus tribuum Zabulon & Iſaſchar, Ioſ. 19. 21. 1. Paral. 6. דברת verba, oracula.

DABIR, rex Eglon, cum alijs quatuor regibus à Ioſua victus & ſuſpenſus, Ioſ. 10.

Dabir, vrbs in tribu Gad, paulò ſupra Bethabara, Ioſ. 13.

DABIR, vrbs Sacerdotum, in tribu Iuda prope Hebron, Ios. 21. 11. 15. 1. Paral. 6. prius dicta Carathsepher, id est, ciuitas literarum seu studiorum doctrine, Iud. 1. Ios. 15. **דביר** Oraculum, adytum templi.

DABRI, auus blasphemii illius lapidati, Leu. 24.

דבירי à dabar, locutus est.

Daicius, episcopus Mediolanensis, circa annum Christi 340. Corinthi domum amplam, qua propter Diaboli tumultuantis prestigias deserta erat, pulso Demone habitabilem reddidit.

Dadan, Gen. 10. Vide Dedan.

DAGOBERTVS, Rex Gallie, sapiens, pius, felix & munificus erga ecclesias. Condidit multa Cœnobia, & in his VVissenburgense. Instituit episcopatum Argentinensem, & Templi magnificentissimi adificationem incoauit, circa annum Christi 620.

DAGON, Idolum Philistinorum, quod nominatur in historia Samsonis, Iud. 16. & 1. Regum 1. 1. Macc. 10. In Ethnicis historijs Decretis appellatur, cuius simulacrum sic effictum fuit, vt facie referret mulierem formosam, reliqua corporis parte piscem. Vide in 4. Metam. Ouidij. Plinium, Herodotum & Diodorum Siculum lib. 2.

דגון Dagon, à **דג** Dag, piscis maroris.

DALAIAS, princeps in aula Ioachim regis Iudæ, Ierem. 30. **דליהו** Delaiab, pauper Dominus.

DALI-

DALILA, mulier Philistina, cuius amore fasci-
natus Samsōn, fauorem Dei, suum robur, salutem &
vitam amisit, Iud. 16. דלילה Delilah אֵלֶּלֶךְ
Dalal, exhaustit, attenuauit, pauperem fecit.

DALMANVTHA, Regio vicina mari Tibe-
riadis, in tribu Isaschar, cuius mentio fit Marci 8.
אֵלֶּלֶךְ Dal, pauper, & מַעוֹן Maon, habitatio, hospi-
tium Ecclesie, Soph. 3. Relinquam in medio tui popu-
lum pauperem & egenum, & sperantem in nomine
meo.

DALMATIA, regio, pars Illyrici, ab ortu My-
siam superiorem & Macedoniam attingit, à borea
Liburniam, ab occasu & meridie alluitur mari Adri-
atico. In hac Euangelion predicauit Titus, 2. Timot.
4. Dalmatius, episcopus quidam Italicus, ob fi-
dem & constantiam, qua Euangelion inter gentes
propagauit, celebris est.

DAMARIS, mulier Attica, quæ prima credi-
dit Euangelio, quod Paulus Athenis predicabat,
Actor. 17. δάμαρις, vxor.

DAMASCVS, Vrbs Syriæ vetustissima ac no-
bilissima, & ante conditam Antiochiam totius regni
caput: δῖος πόλις καὶ τῶς ἐώης ἀπείρου ὀφθαλ-
μοῦ, ἱεραὶ καὶ μεγίστη à Iuliano nominatur. Habet
gradus long. 69. latit. 33. Distat à Ierosolymis circi-
ter 40. mill. germ. versus septentrionem. Sæpe fit
Damasci

Damasci mentio in tertio & quarto Regum, in Esaiâ Jerem 49. Amos 1. Et Paulus in itinere versus Damascum, ad agnitionem & propagationem Evangelij vocatur. Acto. 9. 22. 26. Gal. 1. 2. Cor. 12. Hodiè etiam vrbs Damascus omnium, quæ in Asia Turcâ parent, pulcherrima est, & quanquam Mahometistis summum Iohannis Baptistæ templum & alia tenent: tamen Patriarchæ ecclesiarum in Syria Christianarum sedes est. **דמשק** Damasek sanguinem bibens, à **דקש** Saksh, vel potius sanguinis saccus, à **קש** fortasse quia ibi, sanguine fœdatus tinxit Abrahâ agros. Græci derivant ab **δαξός** vter, quia nuntum est ibi bonum vinum rubrum.

DAMASVS, Hispanus natione, episcopus Romanus tempore Valentiniiani, Gratiani & Theodosij Imp. vir doctus, scripsit vitas Pontificum, Episcoporum, carmina, & hortator fuit D. Ieronimo, qui aliquandiu apud Damasum Romæ vixit, ut Prophetas in Latinum sermonem transferret, & lectiones Evangeliorum & Epistolarum in totius anni Dominicas distribueret, obiit 1386.

DAMIANVS, primus Evangelion in Angliâ prædicavit, circa annum Christi 156. missus ab Eleutherio Papa. Alius fuit martyr Africanus.

DAN, filius Patriarchæ Iacob ex Bala, vterinus frater Nephtalim, Gene. 30. 46. stirps tribus Dan, Gene. 49. Num. 1. 2. 7. 10. 13. 26. 34. Deut. 33. Iudic. 1.

dic. 1. 3. 18. Ios. 79, ex qua SAMSON Iudex populi Israel natus est, Iud. 13.

DAN, oppidum ad radices Libani, quod est limes terræ Canaan versus septentrionem, iuxta quod est fons Iordanis, distans vno milliari à Caesarea Philippi, Gene. 14. Iere. 4. 8. Amos 8. Ezech. 27. 3. Regum 12. 15. Ideo Iordanem Iud. ai, quasi descendentes à Dan appellari scribunt.

DANNA, ciuitas Leuitarum in tribu Zabulon, Ios. 21. דננה Dimnah, finus.

DANIEL, Prophetæ, adolescens abductus est à Chaldeis in Babylonem, anno tertio Ioachim regis Iudæ, Dan. 1. 4. Reg. 24. Postea Consiliarius & vnus ex summis gubernatoribus regni Babylonici fuit, sub Nabuchodonosor, Euilmerodach, Baldasar, regibus Chaldeorum, & sub Dario Medo ac Cyro rege Persarum, annis amplius 80. Danielis pietatem & sapientiam singularem celebrat Ezechiel cap. 14. & 28.

Extat autem liber Danielis, in quo & historia vita Danielis, ac doctrina, & vaticinia de rebus maximis, de tempore aduentus, de officio ac beneficijs CHRISTI (cap. 9.) de serie QUATVOR MONARCHIARVM & aliorum in mundo Imperiorum, cap. 2. 7. 8. 11. de Antichristo cap. 12. 8. de extremo Iudicio de Resurrectione mortuorum & vita æterna, cap. 13. 7. continentur.

Anno
mundi.Ioach.
Regis
Iudæ.CHRONOLOGIA PRO-
pheta Danielis.

3344.

3.

DANIEL in Babylonem ab-
ductus est: circa initium regni Na-
buchodonosor, Dan. 1.

3352.

11

Alij, Iosephum, lib. 10. cap. 8. se-
quentes existimant, anno tertio
postquam Ioachim Tributarius re-
gis Babyloniorum factus est, qui est
annus regni Ioachim vndecimus,
Danielem abductum esse.

3364.

18. Nabuchodonosoris, Ierosoly-
ma euersa.Anno secundo Monarchia, Na-
buchodonosor videt Somnium de
STATVA, pingens Quatuor
Monarchias, ex quo Poëta descri-
ptionem Quatuor etatum, Aurea,
Argentea, Aenea, & Ferrea sum-
serunt, Dan. 2. & paulo post, ut
ostenderet se colere illum Deum,
qui statuam ipsi in somnis monstra-
uerat, instituit cultum Aureæ Sta-
tue, Dan. 3.

3375. 12. CAPTIVITATIS, Iudeorum
seu Exilij Babylonici.
Somnium Nabuchodonosor, de
3376. 13. ARBORE excindenda, Dan. 4.
Post 12. menses ratione & re-
gno Nabuchodonosor priuatur,
Dan. 4.
3383. 20. Nabuchodonosor in regnum re-
stituitur, Dan. 4.
3389. 26. EVILmerodach rex Babyl.
Iechoniam seu Joachim regem ca-
ptiuum anno 37. transmigrationis
sue liberat ex carcere 4. Reg. 25.
3420. 56. BALDASAR rex Babyl.
SERIES QVATVOR Mo-
narchiarum Danieli ostensa ima-
gine Quatuor Bestiarum, Dan. 7.
3423. 59. VISIO Arietis & Hirci, pin-
gens imperium Persicum, & Ale-
xandri, ac successorum, ostensa Da-
nieli, cap. 8.
3433. 69. Balthasar rex Babyl. blasphemus
interficitur a Dario Mado,
Dan. 5.
3434. 70. CTRVS MONARCHA
Persarum.
VATICinium de LXX. Heb-
domadibus seu 490. annis vsq₃ ad
R CHRI-

CHRISTI aduentum à Daniele editum, cap. 9.

Daniel abiectus in lacum Leonum, cap. 6.

3436.

73

Vaticinium de Quatuor successoribus Alexandri magni, & imperiis de regibus Aegypti & Syriae, de Antiocho Epiphane, de Antichristo, de Resurrectione mortuorum, & fine Mundi, editum à Daniele cap. 10. 11. 12. 13. anno tertio monarchiae CTRI regis Persarum.

DAPHNE, suburbanum Antiochia metropolis Syriae, amoenitate singulari, 2. Macc. 4. de quo lege Sozomeni lib. 5. cap. 19. 20. Nume. 34. in latina lectione fit mentio fontis Daphnes sed in Ebraeo nomen Daphnes non est ascriptum, & nomen loci Ain, appellatiue redditum est contra fontem. דאפן significat laurum.

DARAN, oppidum Iudae, Ios. 15.

דארא Adarah, magnifica.

Darfora, vxor S. Fabiani episcopi Roman. martyris sub Decio, Die 4. Ianuarij.

DARIUS MEDVS, cuius mentio fit Dan. 5. 6. 9. 11. existimatur idem esse, qui apud Xenophontem in Pedia Cyri Cyaxares nominatur, filius Astyagis regis Medorum & auunculus Cyri, qui aliquot annos simul cum Cyro regnavit, Hunc Darium Medum fuisse

fuisse putans, apud quem Zorobabel de fortitudine mulierum & veritatis disputavit, & sibi ac Iudæis reditum in Iudæam confecit, 3. Esd. 4. 5.

Sed alius est DARIVS HYSTASPIS rex Persarum cuius historiam Herodotus lib. 3. 4. 5. & 6. descripsit. cuius in fine 3. Esd. 3. & initio 3. Esd. 6. & 1. Esd. 4. 5. 6. mentio fieri putatur. Hic Darius anno regni secundo (qui fuit post Cyri edictum 18. mundi vero 3443.) denuo Iudæis facultatem absoluenda ædificationis Templi concessit. Quæ anno sexto Darij absoluta est, 1. Esd. 6.

Quod autem Iohannis secundo Iudæi dicunt 46. annos in Templi instauratione consumptos esse, id cum veris historijs Bibliorum & Græcorum conciliari non potest. Sed tamen in Methasthene, & Iornande numeri congruentes extant vsq; ad Darium Artaxerxen Longimanum, cuius anno 2. Aggeus & Zacharias Propheta suum ministerium incoarunt, Aggei 1. Zach. 1.

Nomen DARIVS Græcis significat ἐγζείλιω seu dormitorem, teste Herodoto lib. 6. pag. 190.

DARIVS, vltimus Persarum Monarcha, victus ab Alexandro Macedone. 1. Maccab. 1. anno mundi. 3634.

DARIVS, sic errore librarij nominatur Arcus rex Spartanorum, 1. Macc. 2. 12. Vide Arius.

Datiuus, episcopus Africanus, sub Valeriano, ad metalla damnatus, celebratur à Cypriano.

DATHAN, filius Eliab, filij Phallu, filij Ruben,

ben, seditiosus, hiatu terre absorbetur, Num. 18. 26.
Deut. 11. Syrac. 45. Psal. 105. 177 Lex seu edictum
eorum. דַּבְּרֵי אֱלֹהִים Eliab, Deus meus pater.

Datheman, munitio in regione Galaad, 1. Mac-
tab. 5. Dativia, martyr Africana sub Huneric
Vandalis.

DAVID, Rex & Propheta populi Iudaici, an-
no mundi 2890. Sauli successit. Patria eius fuit
oppidum Bethlehem, 1. Reg. 16. Luc. 2. Pater Isai
seu Iesse, 1. Reg. 16. 1. Paral. 2. Matth. 1. Luc. 3. ado-
lescens interficit Goliath Philistaeum, 1. Reg. 17. ve-
scitur panibus facierum, 1. Reg. 21. Matth. 12. par-
cit Sauli, 1. Reg. 24. 26. constituit ecclesiam, & di-
stribuit ordines Sacerdotum, Doctorum & Cantor-
um, 1. Paral. 22. 23. 24. 25. &c.

Promissio de Christo, ex Davidis semine
oriturus, traditur, 2. Reg. 7. 1. Paral. 17. anno ante
natum Christum 1000. Et enarratur copiosius Psal.
88. 131. Esai. 9. Luc. 1. Acto. 2. Iere. 23. 33. Ezech.
34. 37. Ose. 3. Rom. 1. Matth. 22. 9. 15.

Testamentum seu novissima verba Davidis ex-
tant 2. Reg. 23. 1. Paral. 28. 29.

Rapit uxorem Vriam, & arte interficit maritum,
2. Reg. 11. Accusatus voce Nathan agit poeniten-
tiam, 2. Reg. 12. Psalm. 51. Pellitur in exilium a
filio Absolone, 2. Reg. 15. Redit in regnum, 2. Re-
gum 19. 20. Sed integra Davidis historia ordine de-
scripta

scripta à capite 16. primi Regum, vsq; ad finem secundi libri Regum, & à capite 11. primi Paral. vsq; ad finem legatur. דוד à דוד Dod, carus, dilectus ab amore vberum, Vnde Germanicum Dutten. לוד דוד, & nomen proprium Dido.

DEBBASETH, oppidum in tribu Zabulon in littore maris, inter Ptolemaida & Carmelum promontorium, Ios. 15. גיבוס הגיבוס Gibbus Camelorum.

DEBALAIM, socrus Oseæ Prophetæ, Ose. 1. דבלים Diblaim, massa caricarum, πικλάται.

DEBERA, oppidum in tribu Beniamin, prope Betharaba, Ios. 15. long. 66. 10. lat. 31. 58. דבר Debir, oraculum.

Deblathaim, oppidum, terra Moab. Ierem. 48. דבלתים à caricis seu ficibus siccatis.

DECAPOLIS, regio Cœlesyriæ, cuius mentio fit Matth. 4. Marc. 5. 7. continet decem vrbes, quas recenset Plinius lib. 5. cap. 18. Damascum, Philadelphia, Pellam, Gadaram, Scythopolim, Opaton Raphanam, Hippon, Galasam, Canatham. Variè igitur sparse fuerunt he vrbes in Syria, Ammonitide, circa mare Galilææ &c. vt in hoc littore Baltico sex vrbes Vandaliæ, in diuersis ditionibus, Holsatica, Luneburgensi, Megapolensi, Pomeranica, sitæ sunt.

DECLA, filius Iectan nepos Heber, Gen. 10. דקלה Diklah, tenuis, leuis.

DEDAN, vrbs Idumææ, Ierem. 25. 49. Eze-
R 3 chiel.

chiel 25. & vicina Arabia Felicis, Ezech. 38. 27. sic dicta à Dedan, filio Regna, Gen. 10. vel à Dedan filio Abrahæ, Gene. 25. ןרר mamilla.

DELBORA, nutrix Rebecca, vxoris Isaac, Gene. 24. Altera vxor Barac, Iudicis Ebraorum, Iud. 4. 5.

דברר Deborah, apis. Est enim bona vxor similis Api casta, frugali & laboriosa.

DELEAM, oppidum tribus Iuda, Iosua 15.

דלען Dilean, pauper, afflictus.

DELVS insula Apollinis & Diane natalibus clara. Habet gradus long. 55. 30. lat. 37. 20. Fit eius mentio, 1. Marc. 15.

DEMAS, discipulus & σωεργος Pauli Romæ captiui, Col. 4. & ad Philemonem.

2. Tim. 4. conqueritur se ab eo relictum esse.

Demas & Gesmas nominantur in Evangelio Nicodemi duo latrones cum Christo crucifixi.

DEMETRIVS, Rex Syria, cuius mentio fit 1. Macc. 7. 10. 2. Macc. 14. fuit filius Seleuci fratris Antiochi Epiphanis, pulsus ab Alexandro.

Huius Demetrii filius fuit Demetrius Nicator, qui Alexandrum regno expulit, 1. Macc. 10. 11. 13. 14. Διμετριος, terror populi.

Antiochus Magnus.

Seleucus Philo-
pator

☩

Antiochus Epi-
phanes

☩ Demas

Z

Z

Demetrius Soter
obfes Romæ, po-
stea eiecto Eupato-
re regnat, pellitur
ab Alexandro,
1. Macc. 7.
Demetrius,
Nicanor Iunior.
1. Macc. 11.

Antiochus
Eupator.

Alexander
expulit De-
metrium So-
terem.

Demetrius, argentarius Ephesus, qui ediculas
seu thecas faciebat, in quibus statuae seu Idola collo-
cabantur: concitat plebem aduersus Paulum, qui I-
dolatriam taxabat, monstratis veris cultibus Dei in
Euangelio præceptis, Act. 19. Demetrius, miles,
martyr sub Maximiano Thessalonica.

Demetrius, episcopus Alexandrinus 43. annis,
à Commodi Imp. temporibus, vsq; ad initium Alex-
andri Seueri, qui Originem Scholæ Ecclesiasticæ seu
Catechesi primum præfecit, postea eius gloria inui-
dit. vide Euse. lib. 5. cap. 22. lib. 6. cap. 3. & 6.

DENABA, vrbs Idumææ, Gene. 36

דִּנְחָבָה Dinhaba, Iudicis donum.

DEPHECA, 9. mansio Israelitarum ex AE-
gypto egredientium, Num. 33.

דַּפְקָה Daphka, pulsatio.

DERBE, vrbs Lycaoniæ, habens gradus long.

R *

64. 20.

64. 20. lat. 38. 15. In hac vrbe Euangelij semina
 spargunt Paulus & Barnabas, Acto. 14. 16.

רבה רור, habitatio ampla.

DESIDERIVS, Episcopus Lingonensis, tem-
 pore Honorij & Theodosij, a Vandalis interfectus.
 Alius Episcopus Viennæ in Gallia, martyr, lapidibus
 obratus a Theodorico nepote Sigisberti regis Gallie
 circa annum Christi 612. Nomen Desiderius latinè
 a sideribus originem habere existimatur, quasi dicas,
 tam gratus, optatus & charus, ac si de sideribus seu
 de cælo venisset.

Desiæu, oppidum Iudææ, 1. Macc. 8.

DEUTERONOMIVM, Quintus liber Mo-
 sis, quo Lex DEI moralis repetitur & luculentè
 ac copiosè explicatur. Appellatio extat, Deut. 17.
 Iosue 8.

DIANA, magna Dea Ephesiorum, Acto. 19.
 filia Iouis & Latonæ, & vno partu cum Apolline seu
 Sole edita esse in luco Ortygia, vicino vrbi Epheso,
 scribitur a Strabone lib. 14. Dicuntur autem eiusdem
 Deæ seu stellæ, nomina esse, Luna, Lucina, Diana,
 Hecate, Triuia, Proserpina, Noctiluca. Dianæ no-
 mē inde ortum est, quod diem noctu efficiat, vel quòd
 dios, Iouis filia sit. Greci $\delta\epsilon\tau\mu\sigma$ dicta, id est, venu-
 sta seu perfecta & concinna, ab $\delta\epsilon\omega$ seu $\delta\epsilon\tau\tau\iota\zeta\omega$, vel
 quasi $\delta\epsilon\tau\tau\eta\varsigma$ $\iota\zeta\omega\varsigma$, vel $\delta\epsilon\sigma\tau\omega\upsilon$ $\mu\iota\theta\eta\sigma\tau\omega\tau\alpha$ $\tau\omega\upsilon$ $\alpha\iota\theta\epsilon\upsilon\sigma$
 $\epsilon\pi\omicron\varsigma$ $\epsilon\tau\iota$ $\gamma\omega\upsilon\alpha\chi\iota$, vt Plato in Cratylō exponit, vel
 quasi $\delta\epsilon\sigma\tau\omega\mu\eta\varsigma$, quod aëra secet.

Templi

Templi Dianæ magnificentissimi in vrbe Epheso descriptionem studiosi apud Plinium lib. 36. cap. 14. & lib. 16. cap. 40. & Strabonem lib. 14. legant.

DIBON, limitanea ciuitas tribuum Ruben & Gad, prope Efebon, ad septentrionem, in ea parte regni Seon regis Amorrhæorum, quam regi Moab ademerat, Nume. 32. Esai. 15. Iosue 13. דִּבּוֹן rumor fama.

Dibon Gad fuit 39. mansio Israelitarum in deserto, Num. 33.

DIDRACHMON, nummum duarum drachmarum argenti, vel dimidium Sicli aut Stateris, qui erat quatuor drach. vel quadrantem Ioachimici significat: diuino mandato, quotannis templo, viritim pendendi à singulis Iudæis iussum, Exod. 30. Id tributum Romani ad se transtulerunt, & à Christo etiam & Petro, tanquam ciuibus Cafernaensibus exigunt, Matth. 17. Iubet igitur Christus pro utroq, solui Staterem seu integrum Siclum quatuor drachmarum, quæ dimidium Ioachimicum nostræ monetæ equant.

DIDYMVS, episcopus Alexandrinus, cæcus, præcipuas artes Philosophicas & doctrinam Christianam audiendo didicit. Fuit præceptor S. Ieronymi, qui mentionem illius facit in Catalogo & præfatione Comment. in Oseam, & in præfatione librorum Didymi, de Spiritu sancto, quos latine Ieronymus conuertit.

DIEM, filia Iob. ימימה Iemimah, meridies.

DIGNA, meretrix, conuersa cum S. Apha & alijs, à S. Narcisso, postea cremata Auguste.

DIMON, Sic nominatur vrbs Dibon, teste Ieronymo in Esaiæ cap. 15. Dimona, Oppidum tribus Iuda, Ios. 15.

דימונה Dimonah, excisio, à דמה.

DINA, filia Iacob ex Lea vxore, Gene. 30. ex-patiata in oppidum Sichem, stupratur ab Emor-principe vrbs, Gen. 34. exemplum versus:

Ες ὄχλου ἐπειν παρθένοισιν ἔκαλον.

DIODORVS Presbyter, & Marianus Diaconus, Romæ in crypta suffocati sunt, sub Numeriano Imp. Cal. Decembris.

Diodorus, duos Choros Psallentium, & alternatas vices cantus, Antiochiæ primus instituit, Trip. lib. 5. cap. 32. Diogenes, eremita, discipulus Antonij Monachi.

Dionysia, martyr Alexandrina, sub Decio, Euseb. lib. 6. cap. 31. Alia martyr Lamsacena sub Decio.

DIONYSIVS, Arcopagita, à S. Paulo conuersus, Act. 17. Primus episcopus Atheniensis. Euseb. lib. 3. cap. 4. lib. 4. cap. 23. Roman venit Paulo captiuo. Inde Paristos in Galliam, vbi sub Domitiano Imp. decollatus, auulsim caput, suis manibus, vltra duo milliaria gestasse, à Grecis etiam scribitur. Huius scripta esse quidam affirmant, Hier archiam celestem.

stem Ecclesiasticam &c. sed doctissimi viri Gaza, Valla, Erasmus & alij, diuersum sentiunt, & septem causas, cur hic Areopagita non fuerit autor librorum recitat Erasmus in annotationibus in ca. 17. Actorum. ac tres diuersos Dionysios Areopagitam, & alterum doctorem Gallorum, & hunc Hierothei discipulum, philosophum excellentem, in vnū confundi existimat.

Dionysius, Corinthiorum episcopus, tempore M. Antonini Philosophi, & Commodi Imp. cuius Epistolæ recensentur ab Eusebio lib. 4. cap. 23.

Dionysius Exiguus, abbas Romanus, qui cyclum Pascalem edidit, tempore Iustiniani Imp. circa annum 540. vixit.

DIONYSIVS, Alexandrinus, discipulus Origenis, & post eum præcipuus doctor scholæ Theologicæ, Euseb. lib. 6. cap. 22. Fuit episcopus Alexandria, sub Decio Imp. cap. 26. Huius Epistolæ & acta recensentur eodem lib. 6. à cap. 30. vsq; ad finem. Cap. 34. extat Epistola ad Nouatum, in qua scribit, minus scelus esse scindere ecclesiam, quam idolis sacrificare. Meminit eiusdem Dionysij Eusebius lib. 7. cap. 10. 21. 22. 23. 24. mortuus est, 6. anno Gallieni, Euseb. pag. 174.

Dionysius, martyr Romæ, sub Diocletiano.

Dionysius, miles, martyr, sub Iuliano.

DIOICORUS, puer 15. annorum consecratur Christum Alexandria, sub Decio Imp. Euseb. lib. 6. cap. 31.

Alius, martyr Aegyptius, Alius eremita, Trip. lib. 8. cap. 1.

Diuus.

Diuus, martyr Alexandrinus sub Maximiano.
 DIOTREPHES, Huius mentio fit in tertia
 Epistola Iohannis, ex qua apparet, fuisse hominem
 ambitiosum, superbum, vanum, appetentem prima-
 tum in gubernatione ecclesie & alios arte premen-
 tem.

DISMAS, nomen latronis dextri cum Christo
 crucifixi & conuersi: cuius historiam recitat Petrus
 Natalis lib. 3. die 25. Martij. Nomina latronum, in
 veteri versu: Dismas & Gesmas, medio diuina ma-
 iestas: ex Euangelio Nicodemi sumpta sunt.

DISAN & DISON, fratres, filij Seir, ad fines
 Esau, Gene. 37. דישון uicornis.

DOCH, arx Ptolemei in agro Hierichuntino,
 in qua suum socerum interficit, 1. Macc. 16.

DODAN, pater Prophetæ Eliezer, qui Iosaphat
 Regi Iuda denunciatur cladem classis in Asiongabet,
 propter fœdus cum rege Israel initium, 2. Par. 20.

דודאון DodauaHu, patruus abiectus.

DODANIM, filius Iauan, nepos Iaphet. Ge-
 nes. 10. Ab hoc Dodonei in Epiro orti esse putantur,
 & oraculum Dodoneum. Est item vrbs Arabia,
 Esai. 21.

דדנים, cognati miseri, vel iudices dilecti.

DOEG, Idumæus, aulicus Saulis, & minister
 cupiditatum Tyrannicarum regis, proditor Davidis,
 & parricida sacerdotum, 1. Reg. 21. 22.

דוג Doeg, sollicitus.

D'OMI

DOMINVS, יהוה Nomen proprium solius veri Dei, qui se in populo Israël per suam Verbum & certa testimonia miraculorum, vt educationis ex Aegypto & similia patescit, & hoc nomine à commentitijs aliarum Gentium numinibus, discerni voluit. Ego **DOMINVS**, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. 3. Regum 18. Si **DOMINVS** est Deus, ipsum sequimini, Si Baal est Deus, eum sequimini. Exod. 20. Ego sum **DOMINVS**, Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti.

Ebraei scribunt יהוה Quam vocem Iudaei superstitione quadam non legunt, sed loco eius vocem Adonai expriment. Ideo interpres vocem Iehoua, reddidit, Dominus, & vbiq; in Ebraeo nomen Iehoua ponitur, ibi in germanica versione, nomen **HERRMANVS**, literis scribitur.

DOMIM, locus in tribu Iuda, 1. Reg. 17. vide Adomim. דמים Damim, sanguines.

Dominianus, Monachus quidam Lugdunensis inter confessores recensetur.

Dominicus, praedicator, Hispanus natione fuit. patriam nominant Calarogam, adolescens Valentiae in studijs literarum vixit: postea ardens zelo propagande doctrinae Euangelij, cum videret munus docendi ab opulentis Canonicis & Monachis negligi, sodalitiū bonorum & piorum hominum sibi adiunxit, qui doctrinam Christianam concionando latius spargerent, & refutatis heresibus defenderent. Hinc ordo

ordo Predicatorum ortus est. Vixit circa annum à nato Christo 1200. tempore Philippi, Ottonis, & Friderici II. Imperatorum. Mortuus est & sepultus in Italia, Bononia, vbi sepulchrum ipsius ex candido marmore splendidissime sculptum, cum admiratione spectari. Celebratur eius memoria die 5. Augusti, qua Nondine Dantiscane incipiunt, quas inde, Den Dominick appellant.

Donatianus, martyr in Gallia sub Maximiano. Alius episcopus, martyr in Africa, tempore persecutionis Vandalarum.

Donatus, Romæ in studijs educatus cum Iuliano, postea diaconus, tandem episcopus Aretinus in Tuscia. Recitantur eius miracula de sanata caeca, de liberato obsesso, de victo Dracone. Tempore Arcadij & Honorij in carcere decollatus est, cum Rhodagis Gothorum rex Italiam inuaderet.

Donatus, qui commentarios in Terentium edidit, preceptor fuit S. Ieronymi, vt ipse testatur in Apologia ad Rufinum, fol. 92. Tom. III.

Alius, martyr Africanus sub Valeriano.

Alius, martyr Antiochenus, sub Diocletiano.

DONATISTÆ, à Ceciliano episcopo Carthaginis, contra ipsorum voluntatem electo, se diuinxerunt, autore Donato quodam Numida, cui à Casis nigris cognomen fuit, qui Maiorinum sue factionis episcopum Carthagine constituit. Huic Maiorino successit alius Donatus Carthaginensis, prior doctus

doctior & eloquentior. Post hunc Parmenianus præfuit, cuius Epistolam tribus libris refutat Augustinus, ac in secundo præcipue libro, Testimonia Scripturæ à Donatistis citata recitat & refutat. Docebant enim non valere Ministerium & Sacramenta administrata à malis, nec esse veræ Ecclesiæ, in hac vita, admixtos malos. Historiam sectæ Donatistarum legant adolescentibus Epistola 63. 152. 162. 166. 172. Augustini.

DORA, vrbs Palestine maritima, in finibus tribus Ifaschar & Manasse, media inter Cæsaream Stratonis & Carmelum promontorium. Hanc obsidet Antiochus Ϛϙπϙ , 1. Maccab. 15. Eiusdem mentio fit Is. 11. 12. 17. Iud. 1. Reg. 4. דורא progenies seu pila.

DORCAS, nomen pie mulieris resuscitata à Petro, Acto. 9. Ebraicè Tabitha. Græcè δορκας , Latine Dama vel caprea, vide Tabitha,

DORDA excellens Theologus & Philosophus דורדא . Salomonis 3. Regum 4. דורדא , Gemma.

DORIX, Ecclesiastici 24. Ego quasi fluvius Dorix, in Græco fonte planè non extat, nec vnde irrepserit, sciri potest. Quidam textum ita vertunt: Ego sapientia, quasi corrugus à flumine, quasiq; aqua ductus in pomarium exiui. Dicitur autem corrugus à corrivatione.

DOROTHEA, virgo Alexandrina, nobilis, opulenta & formosa, sed animi & spiritus sancti dotibus multo formosior. Cum à Galerio Maximo Imp. ad libidinem posceretur, relicta domo & familiaria, noctu clam aufugit, ut casti pudoris & vere pietatis decus retineret, Et quo dicta fuit, dignam se nomine gessit Dorothea: donum nam fuit ipsa Dei, *δωρον Θεῶν*. Historia recitatur ab Eusebio lib. 8. cap. 17. Dorothea, virgo Aquileiensis, soror Euphemiae, à proprio patre Valentino, primum prefectis Caesaris excarnificanda traditur, deinde cum sorore decollatur, & in aquam abjicitur, tempore Neronis Imp. Alia Dorothea patre Romano, qui tempore persecutionis Cesaream Cappadociae fugerat, nata atq; ibidem propter confessionem Christi capite plecta est, die 6. Februarij. Dorotheus, episcopus Tyri à Diocletiani vsq; ad Iuliani tempora vixit, & aetatis, 107. mortuus de vita & morte Prophetarum ac Apostolorum librum edidit. Huius existimo precepta illa vite recte & pie instituenda esse, distincta in *Διδαχαλίας* seu capita 24. quae in Bibliotheca S. Patrum Tomo II. recitantur.

Dorotheus, Nicomediensis, cubicularius Diocletiani Imp. atq; ab eodem propter nomen Christi laqueo strangulatus est, Euseb. lib. 8. cap. 6. alius, eremita Thebanus in Aegypto. In Vitis Patrum, & Trip. lib. 8. cap. 1.

Dositheus, quidam sacerdos nominatur, Euseb.

sther 11. Dositheani, secta Simonianorum, orta à
Dositheo quodam, cuius meminit Euseb. lib. 4. cap.
22.

DOTHAİM, ciuitas in tribu Manassa, dis-
tans uno miliari & dimidio, à lacu Tiberiadis versus
occasum. Ibi Ioseph venditur à fratribus, Genes. 37.
Ibidem Helisæus à Syris obsidione cinctus, videt custo-
diam Angelorum, montem plenum equorum & cur-
ruum igneorum in circuitu, 4. Reg. 6. Ibidem ca-
stra metatur & interficitur Holofernes, obsidens Be-
thuliam, Iudith. 7. 4. 177 Dothan, edictum eo-
rum.

DRACONTIVS, poeta Christianus, insigni
carmine ἐξάνηγορ descripsit, quod vna cum cate-
ris poetis Christianis Fabricius edidit.

DRYSILLA, filia Herodis Agrippæ, qui inter-
fecit Iacobum, Acto. 12. soror Agrippæ postremi regis
Iudeorum, vxor Felicis præsidis Iudææ. Acto. 24.
Iosephus lib. 20. cap. 9. 15.

DVITAE dicti sunt Marcionitæ, qui duos De-
os, bonum & malum tradiderunt,

DVLA, virgo Nicomediensis, ancilla militis
cuiusdam, à quo cum ad stuprum sollicitata, serio re-
pugnaret, & profiteretur se Christianam esse, inter-
fecta est.

Dulcinus, Nouariensis, circa annum 1306.
auctor Fratricellorum, pauperum de Lugduno simul
in monti-

in montibus habitantium, quorum in Extravagante Honorij: Olim Gregorius Papa, mentio fit.

Dulcissimus, vnus ex Euangelistis, qui à S. Petro scribuntur ad propagandum inter gentes Euangelion nisi esse.

DUMA, filius Hismaël, nepos Abrahæ, Genes. 25. à quo dicta vrbs Arabiæ, cuius mentio fit Esai. 21. דומה Dumah, tacens à דם Dam tacuit.

DUNSTANVS, Anglus, iuuenis musicam coluit, deinde iudex litium forensium, postea monachus, tandem Episcopus Cantuariensis, cum cleri mores emendaturus esset, in odium regis & sacerdotum incidit, diuinitus tamen seruatus est vsq; ad annum vitæ 80. Obijt circa annum à nato Christo 1000.

DTDIMVS Alexandrinus, cæcus, precipuas artes philosophicas & doctrinam Christianam audiendo didicit. Scripsit tres libros de Trinitate, & commentarios in $\omega\epsilon\iota\ \delta\epsilon\ \chi\omega\upsilon\upsilon$ Origenis, & duos eruditiss. libros de Spiritu sancto, quos Ieronymus conuertit.

DVRAN, vbi Rex Nabugdonosor cultum statue aureæ suis subditis proposuit. דורא LXX. verterunt $\omega\epsilon\iota\ \text{βολων}$, quod nos viuarium, seu locum conclusum possumus nominare. Alij vertunt satietas pisionis, & דורא à דור .

E

EBION. Hereticus, tempore Traiani Imp. docuit Christum esse tantum Hominem ex Ioseph & Maria natum, & obseruationem ceremoniarum Mosi ad salutem necessariam esse. Ideo reycit Epistolas Pauli, & solum Matthæi Euangelion retinet, Eusebius lib. 3. cap. 27. Irenæus lib. 1. cap. 26. & lib. 4. cap. 59.

Ecebolus, apostata lenissimus, Tripart. lib. 6. cap. 38

Edbinus, Hybernus, presbyter, cuius pietas celebratur, vixit circa annum Christi 600.

EDELBERTVS, rex Cantuariorum in Anglia annos 56. Augustinum à Gregorio missum in religione Christi instauranda adiunxit, condidit Episcopatum Cantuariensem & Londinensem, obiit 613. die 24. Feb. Beda lib. 2 historiae Eccle.

Edelburga, filia Edelberti regis Cantuariorum, coniunx Edwini regis Nordhumbrorum.

EDELDRVDIS, Regina Angliæ, cuius continentia & pietas itidem à Beda celebratur Histor. Eccles. lib. 4. cap. 19. 20. Vixit circa annum 680.

Edema, oppidum tribus Nephtbalim, Ios. 19.

אדמי, terra.

Edenna, oppidum tribus Iudæ. Ios. 15.

דננה Danah, iste, vel à דן iudicauit.

EDEN, Paradisi regio, in Syria & Mesopotamia, Euphrate & Trigide fluminibus irrigata, cuius crebra in Prophetis mentio fit, Ezech. 31. Inviderrant ei omnia ligna Eden, in paradiso Dei, Ezech. 28. In EDEN paradiso Dei fuisti. Esai. 51. Consolabitur Dominus Sion, & ponet desertum eius quasi EDEN, & solitudinem eius Hortum Domini Ioel 2. Hortus EDEN terra coram eo. Amos 1. Contemtam vechem Damasci & tenentem sceptrum de domo EDEN, Et 4. Reg. 19. Esai. 37. Ezech. 27. coniunguntur Eden cum Aran seu Charan vrbe Mesopotamiae celebri, quae Moysi in Arabia deserta vel campestribus Moab Paradysum describenti versus orientem sita fuit, sicut inquit, plantasse Dominum מקדן בערן גן Hortum in Eden versus orientem, Gen. 2. Eden, Leuita, 3. Par. 29. 31.

EDER, oppidum tribus Iuda, prope Bethlehem, Ios. 15. & Gene. 35. Eder, vel Ader, Grex, vbi Angelus existimatur pastoribus nuncium de nato Christo, Luc. 2.

EDGARVS, rex Angliae, frater Edithae, coniugis Ottonis I. Imp. cuius pietas beneficentia erga Ecclesiam seueritas, in regenda disciplina, iustitia, fortitudo in reprimendis latrocinijs, diligentia in dicendo iure &c. celebrantur. Familiaris fuit Dunstano Episcopo Cantuariensi, circa annum Christi 960.

Eduar-

Eduardus I.

Rex A.C. 1901.

Edmundus.

Edgarus Rex.

Ac. 959.

EDITHA vxor

Ottonis I.

Edelredus Rex 978.

a Danis pulsus.

Eduardus II. inter
Sanctos relatus.

Edissa, cognomen Hester.

EDMVNDVS, rex Anglorum orientalium ab
Agnero Dano captus & sagittis confossus, & capite
truncatus A. C. 871. Polyd. lib. 4.EDNAS, vnus ex Capitaneis Iosaphat regis Iu-
da, 2. Paral. 17. Item, vnus ex Ducibus, qui ex tribu
Manasse ad Dauid transfugerunt, 1. Paral. 21.

עֲדָנָה Adnah, voluptas, deliciae.

EDOM, cognomen Esau, fratris Iacob, cui
vendidit primogenita pulmento rufo. Idco dictus est
אֲדָמָה Adom, rufus, Genes. 25. vel terrenus. Nam
אֲדָמָה rufam terram significat. Ab eo pars Arabiae
Petrae dicta est terra Edom, seu Idumaea, de cuius
regionibus, vrbibus, regibus & ducibus, vide 36. cap.
Genesis. Primum autem a Davide subacta est Idu-
mea, 2. Reg. 8. Psal. 60. post 150. annos sub Ioram
filio Iosaphat iterum defecit, 4. Reg. 8. et aramis liber-
tatem defendit vsq; ad Iohannem Hircanum, qui eos
denovo superauit.

Edom, loci nomen prope Iordanem, Ios. 3. vide Adomim.

EDRAI, vrbs in Galaadite regione, vicina lacui Gadarano, ad quam casus est Og rex Basan, qua postea cecit dimidia tribui Manasse trans Iordanem, Num. 21. Iosua 13. 12. Deut. 1. 3.

Edrei, אדרעי
brachium meum Chaldaice, vel ארעה Roeh, pastor.
Alia est, Edrai, in tribu Nephthaim prope Cedem, Ios. 19.

EDVARDVS, rex Angliæ, frater Edelredi, circa annum Christi 980. ob pietatem & beneficentiam erga pauperes & miracula quædam, sanctorum numero ascribitur. cuius Epitaphium VVestmonstrij legitur.

Omnibus insignis virtutum laudibus Heros,
Sanctus Eduardus confessor Rex venerandus,
Quinto die Iani moriens super athera scandit.

Sursum corda.

EDVINVS, rex Nordhumbrorum, primus ad Christum conuersus à Paulino, circa annum Christi 30. fundauit Ecclesiam Eboracensem, Beda Hist. Eccles. lib. 2.

EFFREM, episcopus Ierosolymorum, tempore Traiani. Alius episcopus Edessæ, qui cantica de martyribus composuit, Trip. lib. 8. cap. 6. Alius, Diaconus Edessæ ecclesie, Syriaco sermone aliquot opuscula scripsit. Huius mentio fit, Trip. libr. 3. cap. 45.

ac plura de eo inuenies apud Ieronymum & Spanheimensem.

EGBATHANA, metropolis Medie, 1. Esd. 6. Macc. 9. Iudith 1. condita ab Arphaxad Deioce rege Medorum, vt Herodotus pag. 22. narrat. Habet gradus long. 88. lat. 37. 45. אַחַתְּמַתְּהָ AHimetha, muri excelsi.

EGDVNVS, martyr Nicomediensis.

EGESIPPVS, scriptor Ecclesiasticus, historiam Ecclesie ab initio prædicationis Apostolorum, vsq; ad annum Christi 170. quinq; libris eloquentissime descripsit, ex quibus plurima Eusebius lib. 2. 3. & 4. historia Ecclesiasticæ describit. Vixit tempore Adriani & Antoninorum Cesarum, Euse. lib. 4. cap. 8. 22. lib. 3. cap. 32. lib. 2. cap. 23. Apparet autem alios esse, hos Egesippi libros ab Eusebio citatos, quam quinq; illos de rebus Iudaicis, & excidio Ierosolymæ ex Iosepho descriptos, qui titulo Egesippi leguntur, in quibus vrbis Constantinopolis mentio fit. Vnde perspicuum est eum post Constantini magni tempora vixisse.

EGLA, filia Salphaat, nepotis Galaad. Num. 26. 27. אֶגְלָה Hogleh, solennitas.

EGLA, vxor Davidis Regis, 2. Reg. 3. אֶגְלָה, vacca.

EGLON, rex Moabitarum, qui occupauit Iericho, & oppressit Israel 18. annis, tandem ab Ehud confossus est, Iud. 3. אֶגְלוֹן Eglon, orbita, sphaera, semita.

semita, vitulus, in auris. Est & urbis nomen in tribu Iuda, duobus milliariibus à Bethlehẽm versus meridiam & occasum, Iosue 10. 15.

ELA, Dux Idumæe, Gene. 36.

ELAM, primogenitus Sem, filij Nohe, stirps gentis Persicæ, Dan. 8. Cum essem Susis, in regione Elam, ad flumen Vlai, seu Euleum, ad cuius ripam occidentalem Ptolomæus lib. 6. Geograph. cap. 3. Elamcos Persiæ populos collocat. Esaias Babylonem à Cyro Persa & Dario Medo captum iri predicens, inquit, Ascende Elam (Persa) obside Mede cap. 21. Sic Ieremie 25. 49. Elamitis inter ceteras gentes pene denunciatur. Extat idem nomen Esai. 11. 21. Gen. 14. Acto. 2. Parthi, Medi & Elamita, id est, Persæ. עולם adolescens. Vnde est עולם puella. Esa. 7. Ecce virgo concipiet.

ELASA, legatus Zedechiæ ad Nabuchodonosor, per quem Ieremias epistolam misit ad Iudæos, qui spontè in Babylonem migrauerant. Ieremie 29. אלעשא Elasa, Deus facit.

Elcesaitæ, Heretici, orti à quodam Elei, affirmant Christum purum hominem esse, rejiciunt scripta Pauli, docent in persecutione, si modò fidei in corde retineas, negationem sine peccato fieri, vide Euseb. lib. 6. cap. 28. vixerunt in Arabia, circa annum Christi 230.

ELEALE, Vrbs in vicina Eschou, in regione Moab.

Moab, quæ postea cecit in sortem tribus Ruben, Ierem. 48. Esa. 16. 15. Num. 32.

אלעלה Elealeh, Deus ascendit, Gottessteig.

ELECH, filius Galaad, pronepos Manasse, Num. 26. חלק Helek, ager, sive hereditas.

ELEAMAN, vnus ex fortissimis Ducibus in exercitu Dauid, 1. Paral. 11.

אלחנן EleHanan, gratiosus.

ELEAZAR, filius Aaronis, summus Sacerdos post Aaronem. Exod. 6. 28. Deut. 10. Leuit. 10. Num. 3. 16. 19. 20. 26. 27. 31. 32. 24. Iosua 14. 19. 21. 17. 24.

ELEAZAR, scriba, tempore persecutionis sub Antiocho Epiphane, cum iuberetur vesci porcina, & contemnere Deum legis autorem, vt ostenderet se Legem Dei abycere: acerbissimos cruciatus, & mortem sustinere maluit, 2. Maccab. 6. אלעזר ab אל Deus עזר Ozer, adiutor.

Eleazar, vnus ex Heroibus Dauidis, 2. Reg. 23. 1. Paral. 11. Alius Eleazar, proauus Ioseph sponsi Marie virginis, Matth. 1. Alius, confessor elephanti, 1. Macc. 6.

ELEUTHERIVS, episcopus Romanus, duodecimus post S. Petrum, tempore M. Antonini & Commodi Imp. Euseb. lib. 5. cap. 1. 22. Irenæus lib. 3. cap. 3. Alius Eleutherius eremita Spoletanus celebratur à Gregorio magno. Alius Episcopus in Apulia, sub Adriano

Adriano Romæ decollatus est. Alius martyr Nico-
mediensis, sub Diocletiano.

ELEVTHEROPOLIS, vrbs sita in ripa
fluyj Sorec, in tribu Iuda, medio itinere inter Iero-
sol. & Ascalonem. Cuius Ieronymus in locis Ebraicis
sepe mentionem facit, & distantias locorum multas
inde metitur. Long. 65. 44. lat. 31. 53.

ELEVTHERV S, flumen in finibus Phœnicie
& Syriæ, cuius mentio fit in historia Ionathæ, 1. Mac-
cab. 11. 12.

ELI, Latine significat, Deus meus. אלהי Psal. 27
Matth. 27. ELI, auus maternus Christi, Luc. 2.
עלי Eli per Ain, altus, sublimis, ab עליה.

ELIAB, filius Phallu, filij Ruben, pater Dathan,
& Abiron seditiosorum, Num. 16.

אליהו, Deus meus pater.

ELIACHIM, prefectus prætorio in aula Ecce-
chiæ regis Iuda, Esai. 35. 22. 2. Reg. 18. Alius,
Eliachim, nepos Zorobabel in Genealogia Christi,
Matth. 1.

אליקים Eliakim, Dei resurrectio.

Eliada, pater Razon Syri, 3. Reg. 11.

אלידע Deus nouit.

Alius, Dux regis Iosaphat, 2. Paral. 17.

ELIASIB, filius Ioachim, nepos Iesu filij Iose-
dech, Nehem. 12. summus Sacerdos populi Iudaici
post reditum ex Babylone, tempore Artaxerxis Lon-
gumani, Nehem. 13. אלושיב Dei sedes.
Eliezer.

Eliezer, Oeconomus Abrahæ, Gene. 15 & alius
eodem nomine, filius Mose, Exod. 2. 18. Alius pater
Ieso in Genealogia CHRISTI, Luca 3.

אֱלִיעֶזֶר Deus auditor meus.

ELIGIVS, episcopus Noniomagensis, ex auri-
fice fidei & benefico erga pauperes factus, circa
annum Christi 650. Obit Cal. Decemb. anno vi-
te 80.

ELIHEL, Leuita, Diaconus reddituum ecclesiæ
sub rege Ezechia, 2. Paral. 31.

אֱלִיֵּל Eliel, fortitudo mea Deus.

Elimelech, socer Ruth, Ruth 1.

אֱלִיםֶלֶךְ Deus meus rex.

ELIPHAS, Themanites, amicus Iob, existi-
matur fuisse filius Theman, filius Eliphaz, filij Esau,
fratris Patriarchæ Iacob, Gen. 36. Iob 2. 4. 5. 15. 22.

Est autem summa orationis Eliphaz comprehensa
hoc Syllogismo. Deus iustus iudex omnes sceleratos
punit. Iob horribili mole calamitatum premitur a
Deo. Ergo Iob sceleribus suis pœnam meruit.

אֱלִיפָא Deus meus fortis.

ELISA, filius Iauan, nepos Iaphet, Gene. 10. a
quo Aeoles in minori Asia, & Pelasgos ortos esse, &
nomen Aeoli regis ventorum seu Insularum in mari
Græco emanasse apparet. Ut autem Heneti in pluri-
mis & disitis regionibus confederunt: ita Pelasgi
etiam $\mu\lambda\alpha\upsilon\alpha\lambda\alpha\upsilon\eta\tau\omega\nu\ \epsilon\theta\upsilon\varsigma$ (vt Herodotus lib. 1.
eos nominat) fuerunt. Vtustissima eorum sedes Thes-
salia

Salia fuit, & Epirus, ubi in templo Iouis Dodonei memoria Dodanum fratris Helisa remansit. postea in Peloponnesum & Italiam quoque propagati sunt, ubi Cere urbs in Hetruria ab eis condita est. Sed belli Troiani tempore, Pelasgi etiam in Asia regione, qua Aeolis dicitur, Latissam urbem Cumae vicinam tenuerunt, ut ex Homero Ἰλ β. apparet, ἰπὼ δὲ δὲ ἄγα Φῦλα Πελασγῶν ἔγχεσι μῶρων, τῶν οἱ Δαείδων ἐρεβόλακα ναυελάσκον.

Occuparunt autem & insulas Asiae minori vicinas, ut Menecrates testis est. Ideo Ezech. cap. 27. ex insulis Elisa hyacinthum & purpuram ad Tyrios adferri scribit. Et apud Graecos Poetas celebris est Aeolus rex ventorum, hoc est, insularum in mari Graeco. Plura autem de vetustate & migrationibus gentis Pelasgae legant studiosi apud Strabonem lib. 5. pag. 153. & lib. 13. pag. 428.

הַשִּׁיבָנִי Elisab, Dei mei agnus.

ELISAMA, Princeps tribus Ephraim in deserto, Num. 1. 2. 7. 10. avus Iosuae Ducis populi Israel post Moysen, 1. Par. 7. Alius Cancellarius Ioachim regis Iuda, Ierem. 36. אֱלִישָׁמָה, Deus audit.

Elisaphat, capitaneus Ioas regis Iuda, 2. Par. 23. אֱלִישָׁפָת Dei Iudex.

ELISVR, filius Sedeur, princeps tribus Ruben in deserto, Num. 1. 2. 7. אֱלִישֶׁר Deus meus fortis, petra. אֱלִישֶׁר Sedeur verberum lux.


ELIVD, abavus Iosephi sponsi Mariæ virginis,
 Matth. 1. דְּקוֹרָא Dei mei decor.

ELIZABETH, vxor Aaronis, soror Naasson
 ex tribu Iuda, Exod. 6. Alia vxor Zachariæ sacerdo-
 tis, soror Anne matris Mariæ virginis, mater Ioannis
 Baptiste, Luc. 1. quam Nicephorus lib. 1. cap. 14.
 scribit, cum infante filio Iohanne trans Iordanem fu-
 gisse, & fuisse abditam in spelunca montis, cum He-
 rodes iussit interfici infantes in Bethlehem.

אֱלִישֶׁבֶת Dei mei iusiurandum, vel requies
 Dei, vel adquiescens in Deo.

S. ELISABETH, cuius festum 19. die No-
 uembris celebratur, filia fuit Andreæ regis Vngariæ,
 nupta Ludouico Landgrauio Thuringiæ & Hassiæ.
 Matrem habuit Bauaricam, quæ ob suspiciones qua-
 lescung, à marito interfecta est. Hac calamitate ma-
 tris mota filia, singulari pietate, timore Dei, & mo-
 destia, se in omni vita rexit: ac in primis erga pau-
 peres benefica fuit. Cumq; maritus eius vir sanctus ad
 itinere Brundasi obisset, ipsa ab Henrico mariti fra-
 tre ex Thuringia expulsa, Marpurgum venit. Ibiq;
 paulo post obiit, anno Cbristi 1231. die 19. Nouem-
 bris. Susceperat autem ex marito filium Herman-
 num, qui à patruo interfectus est: atq; ita stirps mas-
 cula Landgrauiorum Thuringiæ extincta est. Nam
 Henricus etiam, cum postea Imperator contra Fride-
 ricum II. electus esset, in obsidione Vlnæ tormento
 ictus

ictus perijt, nullis post se relictis liberis. Etsi autem Thuringia a Misnensibus occupata est, tamen Hassia ditio penes Elisabetha posteros permansit.



HENRICVS Landgravius Hassiae, quem octavo loco Philippus sequitur.

Elizaphan, filius Oziel, patruelis Moysi, Exod. 6. Levit. 10. 2. Par. 29. אֶפְרַיִם, arcanus fuit, abscondit.

Elmelech, Oppidum tribus Aser, situm in litore, Iosua 19. אֶלְמֶלֶךְ Alamelech, tacuit rex.

Elmodad, filius lectam, nepos Heber, Gen. 10. אֶלְמוֹדָד Almodad, non abijt.

ELOHIM, אֱלֹהִים nomen Dei commune, quod & unum verum Deum, & falsa ac commentitia nomina significat. Deriuatur vel ab אֱלֹהִים, ad, quia Deus ubiq; praesens adest: vel ab אֱלֹהִים fortis: vel ab אֱלֹהִים

יהוה, quod iurare significat, quasi dicas, Iurandus
 יהוה. Nam Inuocatio Iurisiurandi honos est soli
 Deo debitus, vt Ierem. 12. dicitur. Iurabunt viuit
 Dominus, & non in Baal. Et Deut. 6. Dominum
 Deum tuum adorabis, & per nomen illius iurabis.

Elon, socer Esau, Gen. 36. 26.
 אֵלֹן quercetam.

Elon, oppidum terra Moab, Ierem. 48.

חֶלֶן Holon, mansio vel dolor.

Elpidius, episcopus Lugdunensis.

Alus eremita Cappadox.

Elrath, vel potius Eleach, ciuitas Leuitarum
 in tribu Aser, Ios. 21. חֶלְקֶת Helkath, ager.

ELVL, cognomen mensis octauis, 3. Regum 6.
 Ebraice, בּוּל Bul, à diluuijs seu pluuijs mense Octo-
 bri inundantibus. Hic mensis Bul, alias Marhesuan
 nominatur, sed Elul, Augusti nomen est.

ELTMA S, Magus, natione Iudæus, subita cæ-
 citate punitur à Paulo concionante in vrbe Cypri Pa-
 pho, Act. 13. ἐλόμενος, Dei mei Messias, vel à יעו
 Dei consiliarius, vt fere congruat cum Græca seu po-
 tius Persica voce Magi.

Elimais, Regio & vrbs finitima Persiæ & a-
 nni Euleo, sic dicta ab Elam filio Sem.

Emalchuel, Regulus Arabiæ, apud quem edu-
 catus est Antiochus Sedetes filius Alexandri, 1. Mac-
 cab. 12.

Eman, filius Lotban, nepos Seir, Gen. 36.

ΕΜΑΝ Ημαν, fremens.

EMANVEL, cognomen Christi, Esaiâ 7. 1. Matth. 1. Immanuel, ΕΜΑΝΟΥ, id est, NOBIS CVM DEVS. Sic autem vocatur Christus, Primum propter assumptionem nostræ naturæ, quia Θεὸς ἄνθρωπος seu Deus homo, & frater noster, caro de carne nostrâ, & os ex osibus nostris factus est. Deinde quia PRO NOBIS, apud æternum patrem intercedit & deprecatur, & precium redemptionis persolvit. Tertio, Quia, IN NOBIS fidem eum agnoscentibus habitat. Postremo APUD NOS, in omnibus periculis, doloribus & morte ipsa præsens adest Emanuel noster, Deus & homo, protegens & saluans.

Hic verè Immanuel, non quòd de sanguine sanguis

Et modò de nostrâ sit quia carne, caro:

Sed quia pro nobis ad limina celsa parentis,

Munera patroni grata vicemq; gerit.

Ac quòd fraternis cunctos amplectitur vlnis,

A se qui cupiunt ferre salutis opem.

EMATH, regio, Syria Damasco subiecta partem fuisse videtur (Ierem. 49.) quæ Ituræa & Trachonytis aliis vocatur: in extremis finibus Palestine versus septentrionem ultra fontes Iordanis. Numer. 34. Zach. 9. Emath in terminis eius, Ios. 13. Nec ad duodecim tribus Israelis à Iosua distributas pertinuit, cum David victo Abadezero, Tobu regem Emath liberum regnare sinat. 1. Paral. 18. 2. Paral. 8. Fit illius

illi^{us} mentio, Num. 15. Ios. 3. Esai. 36. 37. 10. 11. Ierem. 39. Lzech. 47. 48. Ebraice חמאח Hamath, vel Chamath ira vel furor. Aliud est oppidum in tribu Nephthalim, ad radices Libani situm, Ios. 19. חמאח Hammath, ubi in nostra versione scriptum est Ammad.

Ieronymus in Commentarijs Amos 6. in Esaiæ 10. 36. in locis, & alibi scribit metropolim Syriae Antiochiam vocabulo Emath significari, & discernit Emath magnam & parvam, quarum prior sit Antiochia posterior Epiphania. Antiochia long. 69. 10 lat. 35. 30. Epiphania long. 69. 36. lat. 34. 26. Munsterus etiam, Antiochia veterem appellationem esse Emath arbitratur.

EMAUS, Oppidum, abest à Ierosolymis 60. stadijs, in quo Christus die Pasche patefecit se resuscitatum Cleophae & Nathanaeli, Luc. 24. Hoc oppidum à Caspio venundatum est, quod summam pecunie mandatum non solueret. Iosephus lib. 14. cap. 18. Post euerfam Ierosolymam à Romanis Nicopolis dictum est. Nam in eo loco Romani victores urbem Nicopolin in monumentum victoriae condiderunt. Tripart. lib. 6. cap. 24. Distat à Ierosolymis versus occasum solstitialem in linea versus Ioppen. Emaus, à ארמא ארמא, praesidium, unde Deus מאוּזִים, Dan. 11.

EMERANVS, Gallus Aquitanus, proficiscens in Pannoniam, vt Hannos ad agnitionem Christi conuerteret, Ratisbonae retentus est à Duce Bavarie Theo-

ria Theodone V. vbi multos annos fideliter Euangelion in ipsa vrbe & vicina Bauaria propagauit. Tandem cum filia Ducis stuprata esset, & culpa in Emeranum innocentem conferretur, crudeliter à filio Ducis Bauariae Lamberto interfectus est, amputatis prius manibus, pedibus, naso auribus pudendis &c. anno Christi 652.

Theodo. IIII.

Thasilo II.
Dux Bauariae.

Theo-
do. V.

Grimol-
dus.

Theober-
tus.

UTA finxit
se à S. Emerano
compressam
esse.

Lamber-
tus.

EMERENTIANA, Virgo Romana familiaris
S. Agnetæ, ad cuius sepulchrum lapidibus obruta est,
die 23. Ianuarij.

EMILIANVS, martyr Armenius. Alius Numi-
da, martyr sub Valerio Imp. Alius martyr Cordu-
bensis.

EMIM, veteres incole regionis Moab, Deut. 2.
vbi dicitur, Enachim quoque nominari à Moabitibus
Emim

Emim, quod terrorem incutiant, ab **אמם** Emab ter-
ror, Genes. 14. Emim in planitie Cariathaim.

E M M E R, pater Phassphur sacerdotis, Ierem. 20.
אמר Immer, Orator.

E M O R, pater Sichem, qui stuprauit Dinam fili-
am Iacob, Gen. 34. 33. Iud. 9. Ios. 24.

אמור Hamor, affinis.
E N A C H, Gigantis nomen est, cuius posteri vr-
bem Hebron & vicinas tenuerunt, & deleti sunt à
Caleb, Num. 13. Deuter. 1. 2. Iosue 15. 21. 11. 14. Iudic. 1.
Dicuntur autem Anakim ab **אנק** Anak, à torquege-
stando, quasi dicas, Torquati. Fortassis & Græca vox
ἀνάξ ab **אנק** orta est: tametsi alias etymologiae
Plutarchus in Theseo recitet.

E N A I M, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15.
אנאם Enam, fons.

E N C A E N I A, festum à Iuda Maccabæo insti-
tutum, vt memoria recuperati, profligatis Antiochi ex-
ercitibus, Templi, & instaurate Ecclesie conseruaretur,
in quo festo simul docendi erant homines, semper à Deo
mirabiliter Ecclesiam defensam & restitutam esse, &
hortandi, vt Deo agerent gratias, & peterent defensi-
onem & gubernationem Ecclesie, Instituuntur 1.
Maccab. 4. ante natum Christum annis 162. & cele-
branda erant 25. die mensis Casleu, cui ferè respon-
det apud nos dies 8. Catharinæ. Encæniorum mentio
fit Iob. 10.

Ægyptiæ, Renoualia, Kirchwey.

E N C R A T I T A E, à Saturnino & Martione
T a orti

orti, vituperarunt Coniugium, & preceperunt suam continentiam ab vxoribus & esu carniū, vnde etiam nomen habent, Irenæus lib. 1. cap. 30. Eusebius lib. 4. cap. 28.

ENDOR, oppidum in finibus tribuum Manasse & Isaschar, Ios. 17. prope torrentem Cison, vbi Saul consulit Pythonissam, 1. Reg. 28. Psalm. 82.

עֵינָרוֹר, fons generationis.

ENGADDI, Locus Iudææ, Ios. 15. Cant. 1. in litore maris mortui, paulum supra Sodomam, vbi Dauid oblata occasione interficiendi Saulem, tamen ei parcit ne autor esset seditiosi exempli in populo Dei, 1. Reg. 24. Plinius lib. 5. cap. 17. Engadda oppidum fuit secundum à Ierosolymis fertilitate, palmetorumq; nemoribus, nunc alterum bustum.

עֵינָגְדִי Engedi, oculus hœdi.

ENGALLIM, locus vicinus mari mortuo, Ezech. 47. עֵינָעֲגָלִים En Eglaim, oculus vel fons vitulorum.

ENGANNI, vrbs Leuitarum in tribu Isaschar, non procul ab ostio FL. Cison, Ios. 19. 21.

עֵינָגָנִים En gannim, fons hortorum.

Engannim, in tribu Iuda, Ios. 15.

ENOCH, septimus ab Adam, Doctor & gubernator Ecclesie Dei ante diluuium, ab ipso Deo viuus cum suo corpore in cœlum traductus est, anno mundi 987. anno 57 post mortem Adæ, Genes. 5. Nam ante translationē fide placuit Deo, Ebra. 11. Particula concio-

concionum Enoch de extremo Iudicio recitatur in Epistola Iudæ. Et quia Syrac. 44. Enoch translatus esse dicitur, ut Gentes doceret: sumserunt aliqui occasionem fingende fabulæ de corporali reditu Enoch, ante extremum iudicium concionaturi cum Helia & Iohanne contra Antichristum. Sed Syracides hoc solum monet, Enochum sua migratione in cælum, Gentes de immortalitate, & vita secutura docuisse.

Alius fuit filius Cain, Gene. 4.

Alius nepos Abrahæ, Gene. 25.

Alius, filius Ruben, Gen. 46. Num. 26. Exod. 6.

חנוך Hanoch, dedicatus consecratus Deo.

ENNON, oppidum in ripa Iordanis, paulum infra mare Galilææ, e regione ostij torrentis Iaboc situm ubi Iohannes baptizavit, Iohan. 3. De valle filij Ennon dicam infra in voce Gehennon.

ENON, seu HAZARENON, locus in parte orientali limitis terræ sanctæ versus septentrionem Ezech. 47. 48. prope fontes Iordanis long. 67. 24. latit. 33. 8. הצרעיון HaZar enon, atrium fontis.

ENOS, filius Seth, nepos Adæ, Hic cœpit prædicare nomen Domini, latius spargere doctrinam de Semine promisso, & colligere Ecclesiam ampliorem, Genes. 4. ענוש Enos, Homo, sic dictus à dolore & ærumnis, vel à נשח oblitus est, ad quam etymologiam consentaneum est alludere Psa. 8. Quid est Homo quod

memor es eius? cum ipse tui & omnium beneficiorum
tuorum obliuiscatur.

ENSEMES, fons in tribu Benjamin, Iosua. 15.
18. שמשון fons Solis.

ENTHUSIASTAE, Ἐνθουσιασταὶ afflati &
diuini. Sic nominabantur Massiliani heretici, docentes
Baptismum & Cenam Domini nihil prodesse, sed so-
lum orantes vel etiam dormientes diuino spiritu affla-
ti, quo accepto nihil opus sit verbo, vel doctrina, vel alijs
exercitijs pietatis, sed talem afflatum, prorsus sine pec-
cato esse, & futura praevidere, & Deum oculis inter-
dum cernere. Tripart. lib. 7. cap. 11. Ibidem etiam ἐν-
θουσιαν nominantur.

EOBANUS, Comes & collega S. Bonifacij in Frisia
trucidatus, A. C. 755. Erfordiam translatus 787. a
S. Lallo.

EOBALDI, duo Doctores euangelij in Saxonia
& Frisia, tempore Pipini, patris Caroli Martelli, a Sa-
xonibus trucidati, & Colonia sepulti sunt.

EP AENBTVS, primus in Achaia Euangelion
Christi amplexus est. Huic Roma postea versanti salu-
tem optat Paulus Roma. 16. Scribitur autem fuisse
ex 70. discipulis, & postea Ecclesiam Carthagine in
Africa gubernasse.

ἐπαυβετος, laudabilis.

EPAPHRAS, natus in oppido Colossis, pri-
mus ibidem Euangelion docuit, Colos. 1. 4. Postea
Romae cum Paulo captiuus fuit, vt apparet ex episto-
la ad

la ad Philemonem, existimatur fuisse vnus ex numero 70. discipulorum. Nomen Epaphras, quidam sentiunt esse diminutum ac Epaphroditus, sicut ab ἀφροδίτης ἀφρονός, ab ἀφροδίτῃ ἀφροδίτας.

EPAPHRODITVS, minister Ecclesie Philippensium, & legatus, afferens Paulo captiuo munera & fideliter ministrans Paulo, Philip. 2. 4.

EPHA, filius Madian, nepos Abrahae, Gen. 25. Esa. 65. עִפְהָ resolutus, vel tenebrae.

EPHATA, ὄσι δ' αὐνοί χηπι, Aperire. Imperatiuus Hitpael, התפתח aperuit. Piel פתח Hitpael, התפתח. Aperi te ipsum, pro quo Chaldaei אתפתח, loco ה substituentes א & eliso ת אפתח.

EPHER, filius Galaad, pronepos Manasse, Num. 26. הֶפֶר Hepher, fossor.

EPHESVS, vrbs Ionie, in minore Asia, (ad cuius incolas Paulus epistolam scripsit) clarissima & propter emporium citerioris Asiae celeberrimum, & propter magnificentissimum Dianae templum, cuius descriptio apud Plinium lib. 36. cap. 14. extat. Habet gradus long. 57. 20. lat. 37. 40. Distat 72. mill. germ. a Corintho Graeciae vrbe, ex qua primum Paulus Ephesum nauigauit, Act. 18. anno conuersionis suae 19. qui fuit a nato Christo 52. Eodem anno, cum Ecclesiam Ierosolymis salutasset, redijt Ephesum. ac inde post biennium priorem Epistolam ad Corinthios scripsit, 1. Corinth. 16. anno a nato Christo 54.

Commoratus est enim Ephesi circiter triennium (Act. 19. 20.) vsq; ad annum conuersionis sue 22. cuius initio in Graciam iterum profectus est, ac inde rediens peragrata Macedonia, pr. eter legens oram minoris Asia Miletum venit, ibi cum valedixisset Ephesine ministris (Act. 20.) Ierosolymam postremo nauigauit, & captus est. Quo tempore Timotheum Ephesi episcopum reliquerit Paulus (1. Timot. 1.) certo colligi non potest. Coniecturam probabilem, infra in nomine Timothei, recitabo.

Scribitur autem Ephesus, Caistri filius, & templum Dianæ primum in illa Asia ora condidisse, & vrbi nomen dedisse, in quam Androclus Codri regis Athenensium filius, eiectis veteribus incolis, Ionum coloniam duxerit, tempore regis Dauidis, qui annis 1060. Christi natiuitatem antecedit. Post mortem Alexandri magni, plane submersa est antiqua Ephesus, & a Lysimacho ad vicinam montem Pionem, alia vrbs condita est quæ Pauli tempore floruit. Plura require apud Strabonem lib. 14. qui etiam nomina celebrium aliquot virorum recenset, quos Ephesus genuit, vt Hermodori cuius in ff. de origine iuris mentio fit. Item Parrhasii Apellis. &c.

Græca vox, ἐφεσις, significat appellationem seu prouocationem ad superiorem iudicem. Ex Heraclide
 πρὸς πολιτείαν, Ἐφεσον κληθῆναι φάσιν διὰ
 μιᾶς τῶν Ἀμαζώνων, οἱ δὲ διὰ τὸν Ἡρακλέους
 τῆς

τῶν ἀμαρτίων ἐφῆναι τὰς ἀπὸ μυκάλης ἕως
πλάτης.

IN EPISTOLA AD EPHESIOS, Paulus eruditam doctrinæ Christianæ summam & præcipuos Evangelij locos complectitur. Initio doctrinam de beneficijs Filij Dei Domini nostri Iesu Christi exponit, & Decem beneficia ordine recenset. Deinde precatur Deum, ut veram agnitionem Christi, Fidem & ceteras virtutes in Ephesus augeat. postremo Personam & Regnum Christi describit. In SECUNDO Capite, sex locos tractat, de Peccato & condemnatione totius generis humani, de Remissione peccatorum, seu de Iustificatione Gratis propter Christum donanda de Bonis operibus, de Vocatione gentium, de abrogatione Legis, de Ecclesia. In TERTIO, digreditur Paulus ad commendationem suæ vocationis & ministerij evangelici, & hortatur Ephesios, ne propter ipsius crucem deficiant, sed in accepta evangelij doctrina constanter perseuerent. In QUARTO, Hortatur pios ad tuendam concordiam, & de causa efficiente & sine ministerij evangelij concionatur. Postea tradit præcepta moralia de noua obedientia, & præcipuis virtutibus Christianorum. QUINTVM pertexit incoatam adhortationem, ad nouam obedientiam, & fugiendâ peccata, & de præcipuis bonis operibus præcipit, quæ in præcepta Decalogi distribuenda sunt.

Deinde, de Coniugio disputat, & descriptionem Ecclesie intexit. SEXTI capitis initio Oeconomica precepta tradit, de officijs liberorum & parentum, seruorum & dominorum. II. Descriptio militiae spiritualis, cum Diabolis, corrupta natura prauis cupiditatibus, Tyrannis & Hereticis suscipienda. In fine iubet, precari pro Euangelij propagatione felici.

In Epistola ad EPHESIOS, Apoc. 2. forma legitime gubernationis Ecclesiasticae & officia ministrorum praecipua describuntur. 1. Labor seu fidelitas in omnibus officij partibus. 2. Patientia. 3. Zelus in excommunicandis improbis. 4. Adhortatio ad penitentiam & promissio de receptione lapsorum & praemijs vitae aeternae &c.

EPHI, mensura continens tria sata, quantum videlicet capiunt 432. oua.

EPHOD, אֶפְהָד Cinctorium, pallium tegens humeros, ab אֶפְהָד Aphad, cinxit, constrinxit. Latius interpes in Exodo & Leuitico vertit super humerale. Erat autem aliud peculiare summi sacerdotis ex auro purpura hyacintho, cocco & bysso contextum, de qua Exod. 28. dicitur, aliud in similitudinem sacerdotum simplex & lineum, quale Samuel. 1. Regum 2. & Dauid, 2. Reg. 6. gestauerunt. Vide Ieronymi epistolam Tom. 4. fol. 30. 31.

EPHRA, ciuitas in tribu Manasse, vbi Gedeon ab 432.

ab angelo vocatur, vt liberet Israelitas à Madianitis
oppressos, Iud. 6. 8.

עפרה Ophrah, puluis terra.

EPHRAIM, filius Ioseph, Gene. 41. adoptatus ab
auo Iacob, Gene. 48. benedicitur, Gene. 49. Deut. 33.
Stirps amplissima & populosissima tribus Ephraim,
quæ etiam ante Moysen Palestinam inuasit, 1. Paral.
7. & postea præstantissimos Duces populo Israel dedit,
IOSVAM successorem Moysis, Num. 13. 14. Hiero-
boam primum regem Israel, 3. Reg. 12. Deborah
prophetissam, Iudic. 4. Abdonem Iud. 12. & præci-
puum robur regni Israel fuit, de quo etiam Da-
uid Psalm. 60. 108. gloriatur. Meus est Manasse,
& Ephraim fortitudo capitis mei. Quare etiam præ
ceteris tribubus se efferebat, Iudic. 8. 12. & sedem
religionis, quam in suæ tribus oppido Siloh aliquot
seculis tenuerat, vna cum regno, in tribum Iuda
transferri ægerrimè tulit, & oblata occasione post
mortem Salomonis proprium regnum & religionem
quamais falsam, sibi ipsi & adiunctis nouem tribubus
constituit 3. Reg. 12. Ideo sæpe Ephraim, pro toto po-
pulo Israel, seu regno decem tribuum, sumitur, præci-
pue in Osea, Esa. 7. 28. & alibi. Fily & Familia Ephra-
im recensentur, Num. 26. 1. Paral. 7. & alioquin eius
mentio fit, Num. 1. 2. 7. 10. Ios. 16. 17. Iud. 1. 5. 8. 12. Psalm.
80. פרום fecundus, fertilis, פרח fructum vbe-
rem tulit, creuit, Gen. 41.

EPHRAIM, oppidum prope Iericho, vbi
Christus

Christus septimo & octavo die ante Pascha cum discipulis commoratus est, Iohan. 11. Eiusdem loci mentio fit in historia Absolonis, 2. Reg. 13.

Saltus Ephraim, prope Mahanaim, ubi Absalon interfectus est, 2. Reg. 18. sic dictus esse existimatur, quia Ephraei transmissis Iordane pecora illuc deducebant.

Ephraim, oppidum in finibus tribuum Isaschar & Manasse, inter Hermon & Thabor montes, Iosua 19
 הפרים Haphraim, vel Chapharaim, fossa.

EPHRATA, cognomen oppidi Bethlehem, Gen. 35. 48. Mich. 5. 1. Reg. 1. הפרתה Ephratah, terra fructifera seu pullulans.

EPHREB, Rex Aegypti fuit eo tempore, quo Ierosolyma eversa, & Ieremias in Aegyptum abductus est, Ierem. 44. 46. Significat autem הפרע Haphra, ferè idem quod Pharao. Sunt enim eadem litterae in utraq; dictione excepta π. Herodotus nominat eum Apryem. lib. 2. Ἀπρίω δὲ λέγεται εἶναι ἢ δὲ ἡ Αἰγύπτια, μήδ' ἂν θεὸν μὴ μνησθέντα δύνασθαι πάντων τῆς βασιλείης, ἕως ἀσφαλῆως αὐτῶν ἰσχυρῶν εἶδοκεε.

EPHRON, cuius Hebron, à quo Abraham 200 aureis Rhenensibus emit agrum, & locum, sepulture uxoris & sui, Gene. 23. 49. 50.

עפרון Ephron, per Ain, pulvis terrae.

EPHRON

EPHRON, vrbs ad ripam Iordanis orientalem sita, paulo infra mare Galilee, prope Machanaïm & torrentem Iaboc, expugnatur à Iuda Maccabeo, 1. Macca. 5. 2. Macca. 12.

Alius est mons Ephron in finibus tribus Benjamin & Iuda, versus occasum, Ios. 15. 2. Par. 13.

EPICVREI, quorum Act. 17. fit mentio, secta Philosophorum, orta ab Epicuro, nato Athenis, qui tempore Alexandri magni, Ptolemæi Lagi & Philadelphii vixit, & mundum ex atomis temerè confluxisse, Animas hominum vna cum corporibus interire, nullam esse prouidentiam, voluptatem esse summam Bonum docuit. Obijt anno 268. ante natum Christum, vide Diogenem Laertium, lib. 10.

Ἐπίκουρος, socius, auxiliator.
Epimachus & Alexander, martyres Alexandri-
ni cremati die 12. Decembris sub Iuliano,

Epiphanes, filius Carpocratis heretici, tempore Adriani & Antonini, patris doctrinam scriptis propagauit, ex cuius libro de iusticia celebrem illam definitionem $\Delta\upsilon\gamma\alpha\sigma\tau\omega\eta\ \epsilon\sigma\tau\ \kappa\omicron\upsilon\upsilon\omega\nu\iota\alpha\ \text{I}\epsilon\delta\ \mu\epsilon\ \iota\sigma\theta\eta\tau$ Clemens $\epsilon\pi\epsilon\phi\alpha\tau\iota\kappa\omega\nu$. lib. 3. citat.

EPIPHANIVS, episcopus Constantiæ Cypri, (sic autem Salaminam urbem postea dictam esse scribunt) Floruit tempore Valentiniiani, Gratiani, Theodosii & Arcadij Impp. Scripsit contra 80. Hereses opus eruditum & dignum lectu, tum propter errorum perspicuam refutationem, tum propter historias

388. **ONOMASTICON**

historias multas & memoratu dignas, quæ si eruditè
congmententur, integra ferè historia Ecclesiæ ab Apo-
stolorum temporibus, vsq; ad annum 401. contexi
posset.

De beneficentia ipsius erga pauperes dicitur Trip.
lib. 9. cap. 48. Damnat Origenis libros, Trip. lib. 10.
cap. 10.

EQVITIVS, monachus Valericensis, cuius castitas
celebratur à Gregorio magno.

ERASMVVS episcopus Antiochenus, à Diocletia-
no pulsus in Italiam venit, vbi post varia tormento-
rum genera tandem Formijs in Campania decessit.
De intestinis ex vmbilico extractis nihil in historijs si-
de dignis inuenio.

Erasma, virgo Aquileiensis, filia Valentiniiani, fra-
tris Valentij, socia S. Dorotheæ.

ERASTVS, Oeconomus seu quaestor ciuitatis
Corinthi, Roma 16. conuersus à Paulo, aliquandiu co-
mes fuit præfectionum Pauli, à quo ex vrbe Epheso
premittitur in Macedoniam, Act. 19. Sed Paulo Roma
captiuo, Corinthi mansit, 2. Tim. 4.

Erastus, amabilis, desiderius.

ERENDRVDIS, soror S. Ruperti, primi epi-
scopi Salisburgensis, præfuit monasterio in monte pro-
pe Salisburgam, circa annum C. 580.

ERHARDVS, Scotus præpagauit euangelion
in Bauaria, & ad Rhenum, vbi S. Ottiliæ cæca visum
restituisse scribitur. Vixit circa annum Christi 750.
Aluus

Alius, ex stirpe Ducum Bavaria, episcopus Ratisbonæ
circa annum 670. Erhardt, Latine Honor-
rius,

Alius monachus, scripsit in quinq; libros Moysi, tem-
pore Henrici IIII. Imp.

Esaan, Oppidum Iudæ, Ios. 15.

ESAN, sustentaculum.

ESAIAS, Propheta, sparsit veram de Deo do-
ctrinam, & Legem ac promissionem Euangelij de
Christo mediatore illustravit, & rexit Ecclesiam po-
puli Dei, & multa consilia gubernationis politicæ an-
nos amplius 80. ab anno mundi 3170. vsq; ad initium
Manasse, à quo Esaias serra dissectus esse scribitur, in
libro Ieremiam, qui est primus liber tertiæ partis Tal-
mud. *וְיִשְׁעָא עֵשָׂיָהּ* Esaiæ fuerunt Oseas, & Micheas,
& paulo ante Esaiam ad sua ministeria vocati pro-
phetae Ionas & Amos.


Vt autem Christus ipse omnes ministros fideles
iubet duo genera doctrinæ, Legem & Euangelion-
seu penitentiam & remissionem peccatorum in no-
mine suo predicare: ita Esaias quoq; utrunq; genus
doctrinæ splendidissime illustravit, ac plerq; concio-
niones in primis 34. capitibus sunt grauissima accusa-
tiones peccatorum, præcipue cum prima Tabula pu-
gnantium, vt Ignoracionis Dei, cultus Idolorum, im-
pie doctrinæ, hypocrisis, superbie confidentis pro-
pria sapientia, iusticia & viribus &c. & sunt præ-
dictiones horribilium poenarum, & mutationis ac
euerfionis

euerſionis præcipuorum in Regnorum, quæ poſtea ſecuti
ſunt, ut regni Iſrael & Iuda primis duodecim & 22.
24. 28. 29. 30. 31. 39. capitibus Regni Babylonici
& Aſſyriaci cap. 13. 14. 21. 36. 37. 46. 47. 48. Moabita-
rum cap. 15. 16. Syriaci cap. 17. Aegypti cap. 18. 19. 20.
Tyri & Sydonis cap. 23.

Doctrinam verò Euangelij de regno Saluato-
ris noſtri Ieſu Chriſti, de remiſſione peccatorum &
beneficijs Chriſti, de Spiritu ſancto, de vera agnitio-
ne & veris cultibus Dei, de Eccleſia ex Iudæis &
Gentibus collecta, de miniſterio & efficacia verbi, de
donatione vitæ ac ſalutis æternæ &c. tanta luce ver-
borum & copia illuſtrat Eſaias (à cap. 40. vſq; ad ſe-
nem, & cap. 9. 2. 4. 6. 7. 11. 22. 26. 35.) ut non tam
Propheta, quam Apoſtolus & Euangelista & ſpecta-
tor crucis Chriſti eſſe videatur, ſicut Ieronimus ad
Paulinum ſcribit: Eſaias non Prophetiam videtur
mihi texere, ſed Euangelion. Nec vilius ſcriptoris ſacri
vel Ethnici maiore eloquentia eſt, quam Eſaiæ, qui res
graviſſimas tanta luce verborum, & figuris ampliſ-
ſſimis adeo ſplendidis exornet. Ieronimus. Tom. 4.
fol. 11. Eſaias in ſermone ſuo diſertus eſt, quippe vir no-
bilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in
eloquio ruſticitatis admixtum

Scribunt autem Eſaiam fuiſſe patrialem O-
zie regis Iuda.

IOAS.



ישעיהו *Isaia*, Salus Domini.

ESAV, filius Isaac, frater Iacob, Gen. 25. 27. 83. 26. 32. & 36. vbi tota eius familia & posteritas recensetur.

עשׂו Operarius, ab עשה fecit, eius

בֶּרֶכְתְּהִיג. Berekhtheilig.

ESBAN, filius Dizan, nepos Seir, Gen. 36.

בִּסְוֵן fundamentum aedificij.

ESCHOL, frater Mambre hospitis Abraham, Gene. 14.

שׂוֹכֵל botrus.

ESDRAS Sacerdos, filius vel pronepos Saraia, cuius 4. Regum 25. & 1. Paral. 6. mentio fit. Fuit igitur, (vt ex 1. Esd. 7. & 1. Paral. 6. apparet) pater

truelis IESVS Sacerdotis magni, qui vna cum Zorobabel, primus ex Babylone redyt, initio monarchie Cyri. Deinde Esdras, anno 7. Artaxerxis Longimanis, instructus edicto regis, & Privilegio, quod immunitatem & αυτονομία in iurisdictione & cultibus

populo Iudaico concedebat, Ierosolyma projectus est & Rempub. Iudaicam cepit instaurare, 1. Esd. 7. 8.

Postea iuuant Nehemia, qui anno 13. post eum

ex Babylone redijt, muros vrbis Ierosolymæ extru-
xit, Nehem. 3. & librum Legis Mosi populo prele-
git, Nehem. 8. & publicum ministerium vera de Deo
doctrina in populo Iudaico instauravit.

Inter Apocryphos scripturæ libros extat Tertius
& Quartus Esdræ: ex his tertius, tantum duo po-
strema capita, 2. Paral. & totum primum librum
Esdræ repetit. Quartus verò disputationum conti-
net, Cur Ecclesia Dei prematur tanta mole calamita-
tatum, cum interea impij floreant, & dominantur.
Ad hanc questionem respondet, Secuturum esse iudi-
cium, & pœnas impiorum, & gloriam piorum post
hanc vitam. Hec totius libri summa est. Duos etiam
Paralipomenon libros ab Esdræ scriptos esse veteres
tradiderunt.

עזרא Ezra, auxiliator, opitulator.

Esdrelon, locus Bethulie & Dothaim vicinus in
tribu Manasse, Iud. 7. 1.

ESEBON, metropolis regni Seon regis Amor-
reorum, qui urbem Esebon Moabitis eripuerat. Num.
21. Iud. 11. Esai. 15. 16. Victo autem Seone Num. 21.
Moses urbem Esebon tribui Ruben & Leuitis assi-
gnavit, Num. 32. 35. Ios. 13. 21. Deut. 1. 2. long. 66.
30. lat. 32. 6. distat quinq; miliaribus à Iordane ver-
sus ortum. Ptolemeo Esbuta dicitur.

חשבון HeSebon, cogitatio, imputatio.

ESEBON, filius Gad Patriarchæ, Gen. 46.

עזבון EZbon, à צבה desideravit.

Esler

- Eser, filius Seir, Horreus, Gen. 36.
 עֶזֶר Ezer, thesaurus.
 Esli, pater Nabum, in Genealogia Christi, Luc. 3.
 אֶזְלָל Azalabyt, ablatum est.
 Elmona, 26. mansio Israelitarum. Num. 33.
 חֶסְמוֹנָה Hasmonah, festinatio.
 Etua, oppidum tribus Iuda, Ios. 15.
 עֶשְׂנָה Ascnah, fumus.
 ESROM, filius Phares, nepos Iuda, Gene. 46.
 1. Paral. 2. Matth. 1. Luc. 3. Num. 26.
 חֶזְרוֹן Hezron, atrium, villa, vel אֶרֶץ sagitta.
 Eitrom, filius Ruben, Genes. 46. Exod. 4. Num.
 26. Eitrom, oppidum in sinibus Iudææ & Ara-
 bia, prope Cadesbarne, Ios. 15. Ebraicè חֶזְרוֹן
 Hezron, atrium, castellum. In Tabula Palestina scri-
 bitur Chesron.
 ESSENI seu ESSAEI, id est, Factores legis,
 secta Iudeorum, ferè monasticam vitæ imaginem re-
 ferens, de qua prolixè Iosephus de bello Iudaico lib. 2.
 cap. 7. Plinius lib. 5. cap. 17.
 ESTHAMA, oppidum tribus Iuda, 1. Regum
 30. puto idem esse, quod Ios. 15. nominatur Histi-mo.
 אֶשְׁתָּמָע, audiam meipsum.
 ESTHAOL, oppidum tribus Dan in Iudæa,
 Ios. 15. Iud. 13. 18. אֶשְׁתָּאוֹל, postulabo.
 ETHANIM, epitheton mensis septimi, 3. Re-
 gum 8. אֶתְנַיִם, id est, fortis.
 ETHEI, orti a Heh, filio Chanaan, Genes. 10.

15. 25. tenuerunt Hebron & vicina loca, Gen. 23. 49.
 Ex horum posteritate fuit Vrias, cuius vxorem Beth-
 sabee Dauid arte interfecto marito rapuit, 2. Reg. 11.
 Fit earundem mentio Exod. 3. Deuter. 7. Iosue 1. 3.
 8. 11. 12. Num. 13. Iud. 3. **חַת** Heth, pauor, ter-
 ror.

ETHAI, Gethæus, capitaneus regis Dauid, 2.
 Reg. 15. **אִתַּי** Ithai, nobiscum.

Alius, filius Roboami regis Iuda, 2. Paral. 11.

אֶתַי Athai, hora mea.

Ethalon, limes terra Israëlitis promissæ, versus
 septentrionem & occasum, Ezech. 47. 48.

חֶתְלוֹן Hethlon, incunabula mororis.

ETHAM, Psal. 73. Tu siccasti fluuios Ethani,
 id est, magnos fortes, **אֵיתָם**.

ETHAN, inter sapientissimos viros sue etatis
 habitus est, 3. Regum 4. ortus à Merari filio Leui, 1.
 Paral. 6. autor Psalmi 89.

Echan, tertia mansio Israëlitarum egredientium
 ex Aegypto, Exod. 13. Num 33.

אֶתָם Etham, perfectio vel fortitudo.

Echan, mons in tribu Iuda, Iud. 15. 2. Paral. 11.

עוֹטָם Etam, calamus eorum,

Ether, oppidum in tribu Iuda inter Maon & A-
 rath. **עֵתָר** oratio, Ios. 15.

Ethim, Iud. 1. terra Hethæorum.

EVA, Vxor Adæ protoplasti, mater omnium
 hominum, Ideoq; **חַוָּה** Hanaah, viua. ab Adamo nomi-
 nata

nata est. Rabini insulas rationes appellationis asserunt, videlicet, quia mulier sit erummosa & incessans, sicut vita & luna: alij à Chaldoeo חַוְוָה deriuant, quod enunciare significat, quia mulieres sint loquaces & garrulae &c. Sed pia & grauis est hæc explicatio, quod Adam nominauerit vxorem suam illam, quæ paritura esset Semen conculcaturum caput serpentis, vt Eua ipsa, nato Cain, exclamat: Possedi virum Dominum, Gene. 4.

EV AEVS, filius Chanaan, nepos Cham, Gene. 10. 15. tenuit Sichem, Gene. 34. & Gazam, Deut. 2. & Maspha ad radices montis Hermon, Ios. 11. 9. 3. 12. Iud. 3. & Gabaon, Ios. 11. in fine, Deut. 7.

Ebraicè חַוְוָה Hiui, nuncius, index.

EV AEVS, princeps Madianitarum. Num. 31. Ios. 13. חַוְוָה Desiderius.

EV AGRIVS, Diaconus Constantinopoli, ordinatus à Nazianzeno, postea in AEGYPTUM venit, vbi Maccarij eremite sectator fuit, Trip. lib. 7. cap. 1. scripta recitantur à Gennadio. Alius fuit discipulus Athanasij, deinde episcopus Antiochenus, qui eodem tempore vixit.

EVBVLVS, Romæ, S. Paulo familiaris fuit, 2. Timoth. 4. εὐβουλός, germanicè Wolradt.

EVCHERIVS, episcopus Lugdunensis, scripsit in Genesim, in libros Regum & alia, vixit tempore Honory & Theodosij Iunioris. Alius fuit discipulus

pulus Petri, qui vna cum Materno Euangelion in Gallia predicauit, & Treuerensis ecclesie fundamentum iecit.

EVCHETAE, sentiunt teste Ieronymo, posse ad perfectionem & aequalitatem Dei humanam virtutem peruenire, ita vt afferant se, ne cogitationem & ignorantia, cum ad consummationis culmen ascenderit, posse peccare. vide Enthusiasta.

EVDOXIVS, primū episcopus Germaniciae quae est vrbs sita in sinibus Syriae, Ciliciae, & Cappadociae, deinde inuadit sedem Antiochenam, mortua Leontio, Trip. lib. 5. cap. 19. 33. cap. 29. Constantinopolitanam sedem inuadit, remoto Macedonio. cap. 42. fauens Arianis simulate subscribit sententia Synodi cumq; apud Valentem Imp. in magna autoritate esset, effecit vt Gothis, qui pacem cum Valente certis conditionibus fecerant, Arianī doctores mitterentur, Trip. lib. 8. cap. 13. moritur lib. 7. cap. 29.

EVGENIA, filia Philippi, nobilis Romani sed praefecti Alexandriae sub Commodō & Seuero Imp. primū relictis parentibus fidem Christi amplexa est, & se pro viro gerens, monasterio virorum in Aegypto praefectus est, deinde a parentibus agnita, Romam cum matre ac fratribus redyt, & multis agnitionem Christi conuersis, tandem die 25. Decembris in Tiberim praecipitata est sub Galieno Imp. Historia eius prolixē exponitur in Vitis Patrum. vbi & hoc

Et hoc Eugenia dictum celebratur : Affatim dives est, qui cum Christo pauper est.

EVGENIVS, episcopus Carthaginensis in Africa, tempore persecutionis Vandalicae sub Hunerico interfectus. Alius martyr Mauritanus. Alius, ludimagister Romae, Valentianum Gratiani filium interfecit Trip. lib. 9. cap. 45.

EVI, princeps Madianitarum, Num. 31. Ios. 13. **וְיִנְדֵּשֶׁר** Desiderius ab **וְיִנְדֵּשֶׁר** desideravit.

EVILA, filius Chus, nepos Cham, Genes. 10. vulgo Indiam occupasse existimatur, Sed ex locis Gene. 25. vbi Hismaëlis posteritatem habitasse ait ab Euila vsq³ Sur, quae respicit Aegyptum, & 1. Reg. 15. vbi Amalechitas ab Euila vsq³ ad Sur, à Saule subiugatos esse scribitur : perspicue apparet regionem Euila, versus Euphratis ostia & sinum Persicum sitam fuisse, & vsq³ ad Hismaelitas & Amalechitas in Arabia Petraea pertinuisse. Ideoque & fluvium Phison alluentem terram Euilath, Gene. 2. non in India, sed ad sinum Persicum & Arabiam Felicem auri & vnionum feracem collocandum esse. Alius ficus Iectan, nepos Heber, Genes. 11. **וְיִלְכָן**,

EVILMERODACH, filius Nabuchodonosor, rex Chaldaeorum, liberauit Ieconiam regem Iudaeorum ex carcere, eiq³ regium honorem & victum attribuit, 4. Reg. 25. **וְיִלְמֶרֶדַח** stultus Merodach.

EVLALIA, Emerita tollit ab urbe caput, anno etatis 24. Barcinona, propter Christi confessionem varijs suppliciorum generibus excruciat, tandem die 10. Decembris decollata est sub Diocletiano & Maximiano Imp. Martyrium eius descripsit Prudentius Poeta Hispanus, *Dei et Phœvov.* 3.

Eulalius, episcopus Antiochenus Eustathio successit, Tripart. lib. 2. cap. 24.

Eulafius, episcopus Cyzici, Valentis Imp. metæ dogmati Arianorum consensit, postea publice penitentiam agens ab episcopatu depositus est Tripart. lib. 7. cap. 18.

Eulogius, eremita, in Tripart. lib. 8. cap. 1. celebratur.

Alius, diaconus & martyr Tarraconensis sub Gallieno Imp. Prudentius *et Ph.* 6.

EVMENES, rex Pergami, & postea eius patris Asia, quæ Antiocho magno cis Taurum montem paruerat, 1. Macc. 8. Historia eius extat apud Livi-um, Decad. 4. lib. 7. pag. 138. & Strabonem lib. 13.

Genealogie partem asscripsi.

Philetærus thesaurari- us Lysima- chi tenuit Pergamum 20. annos.	Eumenes Eumenes. 22. annis	Attalus. ATTALVS primus Rex Pergami 43. annis.	Tres fratres.
---	---------------------------------------	---	---------------



EVMES

EV MENES ATTALVS
 rex Asiae mino- 21. annis.
 ris annis 49. Huius.
 nomen extat, 1. Macc. 8.

Attalus instituit heredem
 populum Romanum.

EVNICE, mater S. Timothei, 2. Timoth. 1.
 Εὐνίκη, victoria, victrix.

EVNOMIVS, discipulus & notarius Aetij
 (Trip. lib. 5. cap. 13.) ordinatus est Episcopus Cyzi-
 ci, tanquam qui posset populum calliditate verborum
 ad suum circumuenire consensum (cap. 37. & lib. 7.
 cap. 18.) propugnauit heresin Arianam, contendens
 per omnia Filium dissimilem esse Patri, quia nullo
 modo creatura possit similis esse creatori. Primum
 autem callide dissimulauit virus, (lib. 5. cap. 34.)
 tandem prodens se, Cyzico pulsus est. Cumq; Samo-
 satensibus à factione Ariana obtruderetur, & se in
 omnium odio esse animaduerneret, illinc quoq; disces-
 sit. Tandem à Valente Imp. Cyzicum reductus est,
 lib. 7. cap. 17. Inde à populo rursus eiectus ad Eudo-
 rium Constantinopolin venit, à quo ipse se tandem
 seunxit &c. Extant contra Eunomium libri Basilij
 & Nazianzeni.

EVODIA, Philipensis matrona, Philip. 4.
εὐωδία, Gratum odorem spirans, bene fragrans.

Euodius, episcopus Antiochenus, successor Petri,
 sub Nerone martyr. Euodius, martyr Casar-
 augustinus in Hispania.

EVPATOR, filius Antiochi Epiphaniis, successit
 Patri in regno Syriae, cui praesuit annos duos. postea
 interfectus a Demetrio patruelo, 1. Macc. 6. 7.

EVPHEMIA, Virgo Aquileiensis, soror S. Do-
 rotheae, à proprio patre propter confessionem Christi
 capite truncata, ferè eodem tempore, quo D. Paulus
 Romæ decollatus est, 16. Septembris.

EVPHEMIA, Virgo Chalcedonensis patricia,
 martyr sub Diocletiano die 13. Aprilis. Huius Euphe-
 miae templum magnificum Nicephorus in historia
 concilij Chalcedonensis prolixè describit, lib. 15.

EVPHRASIA, Virgo Constantinopolitana,
 filia Antigoni senatoris, deserto sponso, in monasterio
 vixisse scribitur, tempore Theodosij Imp.

EVPHRATES, fluvius, limes terra Israelitis
 à Deo promissæ versus Orientem constituitur, Gene.
 15. Deut. 11. Ios. 1. quem Salomonis tempore primum
 Israelitæ affecuti sunt. 2. Paral. 9. 3. Regum 4. 1. Pa-
 ral. 5. Oritur autem Euphrates in Armenia maiore,
 ad grad. long. 75. 40. lat. 42. 40. ubi primum occi-
 dentem versus fluit, inde ad meridiem flexus Cappa-
 dociam & Armeniam minorem, ab Armenia maiori
 & ex

Ex Tauri angustijs egressus, Syriam Comagenen à Mesopotamia dirimit. Inde ad ortum brumalem conuersus Babylonem perfluit, sub qua, Tigride ad apameam excepto, Susianam & Babylonam determinat, ac in sinum Persicum tandem ad grad. long. 80. lat. 31. effunditur. Vrbes ad Euphratis ripam in Syria celebres sunt, Samosata, Epiphania, Antiochia ad Euphratem (nam altera ad Orontem est) Zeugma transitu Euphratis nobite, 16. miliaribus infra Samosatan, deinde Europus, Thapsacus &c. Est præterea Euphratis mentio in Biblyis, Genes. 2. Ierem. 13. 46. 1. Macc. 3. Ebræis a fertilitate nomen habet פרת Pherat, quod hodie etiam in illis gentibus retinet.

Euphrates, episcopus, legatus Constantis ad fratrem Constantium de compescenda Arij. heresi, & restitutione Athanasij, Trip. lib. 4. cap. 25. Alius, monachus Antiochenus, sub Valente Imperatore.

EUPHROSYNA, virgo Alexandrina, que ut virginalè decus retineret, in monasterium se abdidit, & se virum simulauit, in Vitis Patrum. Obijt die 11. Februarij.

Eupolemus, legatus Iudæ Maccabei ad populum Romanum, 1. Macc. 8. Huius pater Iohannes, adiuuerat Iasonem in gentium ritibus Ierosolyma instituentis, 2. Macc. 4.

Eupraxia, vxor, & eiusdem nominis filia Antigonij senatoris Constantinopoli, post mortem Antigonij, venditis bonis in monasterium quoddam virgi-

num in Aegypto se abdiderunt, tempore Theodosij Imp.

EVPREPIVS, socius vitae, itinerum, & martiry Cosmae & Damiani sub Diocletiano.

EVSEBIVS, episcopus Caesareae in Palestina, ab amico Pamphilo martyre cognomen sortitus est, vir in doctrina caelesti, linguis, historijs & tota Philosophia eruditissimus, initio fuit Arianis teste Athanasio Tripart. lib. 2. cap. 5. & Ieronymo, qui eum Arianæ factionis signiferum quondam fuisse scribit, Tom. III. pag. 90. postea tamen in Synodo Nicena orthodoxis se adiunxit, ac Symbolum Nicenum ipse composuisse existimatur. Scripsit historiam Ecclesiasticam, à nato Christo vsq; ad initium Constantini magni, quam sapissimè in hoc Onomastico citamus. Item, Chronicon à Ieronymo versum. libros Euangelicæ Demonstrationis & præparationis. De Vita Constantini magni &c.

Eusebius, episcopus Vercellensis, in Liguria sub Constantio Imp. cum iussus esset subscribere decretis Arianae Synodi Mediolanensis, tabellas in ignem abiicit. Ideo in exilium pulsus, venit ad Athanasium, postea sub Ioviniano rursus Vercellas reuocatus, tandem sub Valente Ariano, lapidibus obrutus est. Tripart. lib. 3. cap. 13. lib. 9. cap. 19. 20.

EVSEBIVS, episcopus Samosatensis, cum Constantio Imp. decretum Antiochenorum, quo unanimi consensu Meletum episcopum elegerant, apud Eusebium

bium depositum, ab eo reposceret, Commune inquit depositum non restituam, nisi omnes qui tradiderunt, reposcant. Tripart. lib. 5. cap. 47. 49. postea pellitur a Valente Imp. vbi in ipsius locum Eunomius se intrudere conabatur. Ipse Eusebius martyrij coronam tandem suscepit, lib. 7. cap. 14. 16.

Eusebius, episcopus Nicomediensis, & postea Constantinopolitanus, nebulo versutus, subscribit synodo Nicene, & tamen Arii patronus precipuus, & Alexandri, Athanasij & aliorum orthodoxorum persecutor acerbissimus fuit. Alius episcopus Laodiceus, Euseb. lib. 7. cap. 28. Alius, episcopus Emesenus in Phœnicia ad Libanum Arianus fuit, cuius testimonia Theodoretus Dial. 3. pag. 76. 78. & Gratianus dist. 2. de consecratione citant.

Eustasius, circa annum Christi 640, ex Gallia in Bauariam Euangelij propagandi causa venit, & ad lacum Chimensem monasteria condidit. Postea in Galliam redijt, & VVidersdorffi in VVestria sepultus est.

EVSTATHIVS Episcopus Antiochenus, preses fuit in Concilio Niceno, Tripart. lib. 2. cap. 5. 6. Tandem per calumniam, adulterij accusatus, Antiochia eijcitur, cap. 24. Huius scriptorum fragmenta quedam à Theodoro in dialogis citantur.

Eustathius, Miles & capitaneus celebris, in venatione dicitur à ceruo, qui inter cornua Crucem gestabat, & de Christo loquebatur, conuersus esse. postea

stea in summis miseris in exilio vixisse, tandem sub Adriano Romam reuocatus, in arco tauro crematus esse, die 29, Martij.

Eustathius, quidam S. Columbani discipulus, Abbas Luxouiensis in Gallia.

Eustochium, Virgo Romana, filia nobilis matronæ Paule, quæ ex S. Ieronymi Epistolis seu libellis ad eam scriptis, nota est. Alia, martyr Tarsensis in Cilicia, sub Iuliano Imp.

Euttorgius, episcopus, qui corpora trium Regum Byzantio Mediolanum detulisse scribitur.

Eutropius, Persa, nobilis, ab Apostolis Simone & Iuda conuersus, venit in Syriam, inde in Italiam, postea cum S. Dyonisio in Gallia Euangelium predicauit. Eutropia, soror S. Nicasij.

EUTYCHES, presbyter & archimandrita propè Constantinopolin, cum sciret Nestorium damnatum esse, quod duas distinctas personas esse Christum hominem ex Maria virgine natum, & Filium Dei unigenitum contendisset: ipse ad contrariam hyperbolen delapsus, in CHRISTO redemptore nostro post unionem, non duas sed vnã tantum Filij Dei seu Verbi incarnati naturam agnosci & predicari debere, nec carnem Christi nostræ consubstantialẽ esse docuit. Primum autem coram archiepiscopo Flauiano causa cognita mense Nouembri anno 452. condemnatus est. Sed conquerente ipso, apud Theodosium & Eudoxiam sibi fauentem de iniuria archiepiscopi Synodus

Synodus Ephesina II. quæ λησπικὴ nominatur, mense Augusto, anni 453. congregata, præside Dioscoro Alexandrino Flavianum damnauit, Eutychemq; absoluit. Mortuo autem paulò post Theodosio: LEONIS pontificis Romani instinctu CHALCEDONENSIS Synodus 600. Episcoporum à Martiano Imp. & Placidia coniuge, mense Octobri, anni 455. coacta, & ex præscripto Leonis, gubernata, denuò Eutychem vnà cum Dioscoro damnauit, & Symbolum Chalcedonense condidit, quod infra suo loco Græcè & Latine adscribam.

Eutyclus, à D. Paulo resuscitatus in Troade Act. 20. monet in concionibus non esse dormiendum.

Εὐτυχῆς, felix, fortunatus.

Alius, martyr Mauritanus.

Eutychanus, episcopus Romanus, martyr sub Aureliano Imp. die 8. Decembris. Huius mentio fit apud Euseb. lib. 7. cap. 27. Alius, eremita Bythinus Constantino Imp. carus, Trip. lib. 1. cap. 11. Alius, martyr Africanus sub Genserico. Alius, martyr Campanus. Exucontij dicti sunt Ariani, quod filium Dei εἶναι ὄντων creatum dicerent.

EXUPERIVS, episcopus Tolosanus, cuius pietatem, & beneficentiam erga pauperes celebrat D. Ieronimus ad Rusticum monachum.

EZECHIAS, filius Ahas, Rex Iudæ, omnibus veteris regibus vera pietate antecelluit, 4. Regum 18.

Primo

Primo statim regni anno deletis Idolis publicum Ecclesie ministerium, & veros cultus Dei restituit, & stipendia ad conseruationem ministerij, & alendos sacerdotes ac scholasticos ordinat, 2. Par. 29. 31. Celebrat Pascha, 2. Paral. 30. Cum Sennaberib urbem Hierosolymam obsidione cinxisset, mirabiliter a Deo liberatus est, trucidatis de exercitu Assyriorum 185000. 4. Reg. 19. 2. Paral. 32. Esai. 37. Incidit autem hac miranda liberatio in annum mundi 3210. Postea egrotanti Ezechie, vita a Deo prorogatur. Esai. 38. 4. Reg. 20. Tandem elatus animo, ostentat Babylonicis legatis thesauros suos. Ideoq; obiurgatur ab Esai cap. 39. 4. Reg. 20. 2. Paral. 22. Fit praeterea Ezechie mentio, Esai. 1. Ose. 1. Mich. 1. Proverb. 25. Syrac. 48. Matth. 1.

EZECHIEL, filius Busi, ex posteris Aaron, Sacerdos & Propheta, anno mundi 3350. anno sexto ante excidium Ierosolymae, diuinitus excitatur in Babylone, vt Iudeos, qui ante quinquennium, suasa Ieremie, sua sponte, cum rege Ioachim seu Iechonia, dediderant se regi Nabuchodonosor, & in Babylonem migrauerant, consolaretur & confirmaret. Nam hi iam integros quinq; annos differri excidium Ierosolymae videntes, existimabant predictiones Ieremie vanas esse, & dolebant se sponte patriam deseruisse. Praedicat igitur Ezechiel, Ierosolymam certo euersuram iri, etiamsi poena aliquantisper differatur. Simul etiam liberationem & reditum ex Babylone promittit, Anno
cap. 11.

Anno
mundi.
3358.

Annigratio-
tionis Iechonia.

5

EZECHIEL oad Ministerium
suum, singulari ritu & testimonio
diuino, vocatur toto primo, 2. 3. ca-
pitate.

Visio Quatuor Rotarum & animalium (cap. 1.
& 10.) significat currum Christi, in quo per mini-
sterium Euangelij, flatu Spiritus sancti, & linguis
Apostolorum igneis, vehitur in omnes partes ter-
rarum.

Cap. IIII. V. VI. & VII. obsidionem
Ierosolyma, & horrendam famem, bellum, pe-
stem & πανωλεθριον Regni Iudaici predicat.
Numeros 390. dierum seu annorum (in quarto
capite) incipiunt ab initio regni Ieroboam, anno
mundi 2970. & deducunt usque ad eum annum,
quo Nabuzardan euersa vrbe, reliquias Iudaeo-
rum abduxit.

40. annos incoant à 18. anno Iosiae, quo li-
ber Legis ab Helchia inuentus est, Ab eodem 18.
Iosiae anno numerare incipiunt tricesimum an-
num, in primo capite Ezechielis, quem alij ad
annos aetatis Prophetae referunt: alij à Iubilaeo pro-
ximo computandum esse existimant.

Conciones à cap. 8. vsque ad 20. descriptas
Ezechiel habuit, in quibus IDOLOLATRIAM
X
precipue

3359.

6

precipue (cap. 8. 9. 16.) & cetera peccata populi Iudaici grauissime accusat eosq; ad poenitentiam hortatur (cap. 18.) & Excidium Regni & Regis praedicit, cap. 12. 17.

3360.

7

Eiusdem argumenti conciones habuit à capite 20. vsq; ad finem cap. 23. in quibus Idola, libidines, contentum ministerij, vsuras, deniq; Prophetatum, sacerdotium, principum & populi peccata simul arguit, cap. 20. 22. 23. Idcirco excidium toti regno & vicinis Ammonitis minatur, cap. 21.

3362.

9

Vxor Ezechielis moritur, cap. 24. & Ammonitis, Moabitis, Idumaeis & Philistinis poene denunciantur, capite 25.

3363.

10

AEgypto vastitatem minatur cap. 29. 30.

3364.

11

Initio anni, Ezechiel vrbi Tyro excidium denunciat, cap. 26. 27. 28. & Pharaoni Regi Aegypti, cap. 30. 31.

Eiusdem anni, mense Quarto, vrbs IEROSOLYMA à Nabuchodonosor CAPTA est, & IVDAEI in EXILIVM BABYLONICVM abducti sunt.

3365.

12

Ezechiel in Babylone accipit nunciium

cium de vastata vrbe Ierosolyma, cap. 33. & de Officio Speculatorum seu pastorum fidelium concionatur cap. 33. 34. & de liberatione Israelis per Christum futura, cap. 36, & de Resurrectione mortuorum, cap. 37. Rursus etiam Pharaoni exitium predicat, capite 32.

3378.

25

IEROSOLYMAE Spiritualis seu Ministerij Ecclesiae Christi, aedificium describit Ezechiel. a capite quadragesimo vsq; ad finem.

3380.

27

AE G I P T V M a Rege Nabuchodonosor captum iri predicat, cap. 29.

יְהֵזְקֵאל Iehezkeel, id est, fortitudo Domini.

EZEL, nomen lapidis mercurialis, indicantis viam, 1. Reg. 20. prope Gabaa.

EZION, auus Benadab, regis Syriae, 3. Reg. 15.
 חֶזְיוֹן Hezion, visio.

EZRI, familia tribus Manasse, orta ab Ezer seu Abiezer filio Manasse. Ex hac ortus fuit Gedeon, lud. 6. 8. Ios. 17. עֲזַרְיָה Ezri, auxiliator.

EZRICA, praefectus domus regis Achaz, interceptus a duce regis Israel, 2. Paral. 28.

עֲזַרְיָה Azrikam, auxiliator surgens.

EZRIEL, pater Saraia, Ierem. 36.

עזריאל Azriel, auxiliator Deus.

F

FABIANVS, episcopus Romanus, martyr
Decio, die 20. Ianuarij, Eusebius lib. 6. cap. 29. Alius, episcopus Antiocheus, qui Babylam
cessit.

FABIOLA, nobilis matrona Romana, ex
Fabiorum gente, D. Ieronymo familiaris, cum pro-
mo marito diuortium fecit, & alteri nupsit, Ieron-
imus ad Oceanum Tom. I. pag. 99.

FASELIS, 1. Macc. 15. vide Phaselis.

Faustinus de fide contra Arianos ad Flaui-
am Theodosij Imp. coniugem, libros 7. scripsit.

FAVSTVS, martyr Alexandrinus sub Maxi-
miano, Euseb. lib. 7. cap. 10. Alius, martyr Celsus
augustanus in Hispania. Alius, episcopus Regien-
in Gallia, cuius scripta, & inter hæc de Gratia
libero arbitrio, a Gennadio recensentur. Vixit circa
annum 500. Alius, Discipulus S. Benedicti, collegæ
S. Mauri, obiit 15. Februarij.

Faustus Manicheus contra quem Augu-
stus libros 3. 2. scripsit, his verbis in lib. Confess. de
scribitur.

Fausta, virgo Cyzicena, martyr sub Maximiano
Imp.

Faustinus, Brixienfis, Presbyter, martyr
Adriano

Adriano, Die 15. Februarij. Alius Romanus, frater
 Beatrix, martyr sub Diocletiano. Alius, martyr
 sub Decio.

Felicianus, ciuis Romanus, martyr sub Diocle-
 tiano. Felicitas, in Africa a bestijs lacerata, sub Va-
 leriano Imp.

FELICITAS, Vidua cum septem filijs, Ianua-
 rio, Felice, Philippo, Syluano, Alexandro, Vitali &
 Martiali Romæ propter confessionem doctrine Chri-
 sti interfecta, sub Antonino Imp. Anno Christi 170.
 die 10. Iulij.

FELIX, Antonius Felix, libertus Claudij, &
 Præses Iudææ, præfuit postremo quadriennio Clau-
 dij Cesaris, cum antea Trachonitidem, Bataneam &
 Gaulanitidem administrasset, vt testatur Iosephus lib.
 2. de bello Iud. cap. 11. 12. Coram hoc Felice Paulus
 captiuus causam dicit, Acto. 24. ex quo loco apparet,
 hominem prophanum, δωροφάρον, auarum, & ca-
 ptatorem aуре popularis fuisse. Huius Præsidis me-
 morat Suetonius in vita Claudij cap. 28. Felicem li-
 bertum cohortibus & alis, prouinciæq; Iudææ præ-
 posuit, trium reginarum maritum, ex quibus vna
 fuit Drusilla, filia Agrippæ regis Iudææ, teste Iose-
 pho lib. 20. cap. 9. 13. Cornelius Tacitus lib. 12.
 Frater Pallantis, cognomento Felix, nequaquam
 pari moderatione agebat, iam pridem Iudææ imposi-
 tus, & cuncta malefacta sibi impunè ratus. Item lib.
 21. Iudæam prouinciam libertis permisit, è quibus

Antonius Felix per omnem seuitiam ac libidinem in
regium seruili ingenio exercuit. &c.

FELIX, episcopus Romanus, sub Aureliano,
Euseb. lib. 7. cap. 27. Alius postea temporibus Con-
stantij, successit Liberio ab Arianis pulso, eidemq; re-
uerso rursus cecidit, cum populus clamaret. Vnus Deus,
vnus Christus, vnus episcopus, Tripar. lib. 5. cap. 16.

FELIX, Episcopus Nolanus, patre Syro, mili-
te opulento natus, patrimonium proscriptione ami-
sit. In eius natali die Paulinus aliquod carmen pu-
blice recitare solitus est. Quæ Carmina, Natales Fe-
licis inscripsit, quorum decem adhuc extant, obijt
14. Ianuarij: martyr sub Diocletiano.

Felix, Presbyter Romanus, martyr sub Alexan-
dro Imp. stilis puerorum confossus.

Felix, Aurelianensis, propter hospitio excepto
Andocheum & Thyrsam Polycarpi discipulos, decol-
latus est. Alius, martyr Nucerinus.

Felix, patria Aquileiensis, martyr Vincentinus,
sub Maximiano Imp. Fortun. lib. 8. Felicem meritis,
Vincentia leta refundit, Et Fortunatum fert Aquil-
leia suum. Alius, Mediolanensis, miles, decollatus sub
Maximiano.

Felix, martyr Cesaraugustanus sub Maxim: de
quo Prudentius $\tau\epsilon\phi\alpha\upsilon\upsilon\upsilon$ 4.

Felix, martyr Africanus, sub Valeriano &c.
FERDINANDVS, frater Eduardi regis
Lusitanæ.

Lusitania, ab aui Isabelle coniugis Garoli V. Imp. captus à Sarracenis molam traxit, colitur à Lusitanis. Ferreolus, martyr Vienna in Gallia. Fortunatus lib. 8.

Prinatium Gabalus Iulianum Aruernus Abundum Ferreolum pariter pulchra Vienna gerit.

FESTVS, Præses Iudæe, successit Felici, primo anno Neronis, Acto. 24. 26. Iosephus lib. 20. cap. 13. 14. 15. Hic S. Paulum Romam mittit ad Neronem, Acto. 26. 27.

FIDES, virgo, Romæ sub Adriano, cum duabus sororibus, Spe & Caritate, martyrii coronam adeptæ est, 6. Octobris.

Alia, martyr Hispanica, sub Diocletiano.

Fidentius, Armenus, Romæ sub Diocletiano martyr.

FIRMVS, martyr Mediolanensis, sub Maximiano Imp. Firmillianus, episcopus Cesariæ in Cappadocia, amicus Origenis, proficiscens ad Concilium Antiochenum, in quo de Pauli Samosatani dogmate blasphemio disputandum erat, in itinere Tarsum moritur, Euseb. lib. 6. cap. 19. lib. 7. cap. 28.

Firminus, martyr Ambianensis.

Flaccus, martyr sub Adriano Imp.

Flauia Domicilla, nata ex sorore Domitiani Imp. propter fidem Christi ab auunculo in insulam relegata est, Euseb. lib. 3. cap. 18.

FLAVIANVS, episcopus Antiochenus, qui

Enthusiastarum virus arte in lucem protulit, Trip-
lib. 7. cap. 11. acerrimè restitit Arianis sub Valente
Imp. primus dicitur instituisse alternas voces canenti-
um in templis. Alius, martyr sub Decio.

Flora, virgo, martyr Romana.

Alia, martyr Cordubensis.

Florellus, martyr Augustodunensis, sub Anto-
nino Imp. Florentius, docuit Euangelion in Cor-
fica.

Alius, Presbyter S. Martini in Gallia.

Alius, martyr Sedunensis.

Alius, Scotus episcopus Argentinensis A. C. 663.
FLORIANVS, Tribunus militum, natus in
oppido Austria Zeisselmaur, ad montem Cecium, mar-
tyr sub Diocletiano, die 14. Maij. Alius Gazensis,
anno Christi 638. à Saracenis Palestinam occupan-
tibus cum Calanico & alijs multis decollatus, 17. De-
cembri.

Forseus, Scotus, episcopus Hibernia, Historiam
eius narrat Beda.

FORTVNA, Esa. 65. Ponitis Fortune men-
sam & impletis Meni (seu Mercurio, mercatorum
Deo) libamina. Scribit autem Ieronymus, in Aegypto
vsitatum esse, vt vltimo die anni ponatur mensa, re-
ferta varij generis epulis, & poculum mulso mixtum.
Quo ritu & pro præteriti anni fertilitate gratias
agant, & sequenti anno similem vbertatem petant
& expectent. Sed Ebraea dictio מזל , quam Fortuna
vocabulo

vocabulo reddiderunt, Martem potius significare videtur, à 72 accinctus fuit ad prælium.

FORTVNATVS, S. Pauli discipulus, 1. Cor. 16. Aquileie in Corinthia Euangelion docuit, martyr sub Nerone, de quo dicitur:

Mox Aquileiensem si fortè accesseris urbem,
Ad Fortunati benedictam martyris vrbem.

Alius, Venantius Honoratus Clementianus FORTVNATVS episcopus Pictauiensis, Italus, in agro Tarufino natus, & Rauennæ eruditus, ac sub initium Exarchatus in exilium pulsus, Galliam adiit, in qua episcopus Pictauiensium factus est circa annum 570. Ex huius vndecim Carminum variorum, & 4. de S. Martino libris nondum editis, locos præcipuos & maxime sententiosos graui iudicio collectos nuper vna cum cæteris poetis Christianis edidit Georgius Fabricius. In primis autem lectu dignus est liber de partu virginis, & hymni aliquot, de passione Christi (Pange lingua gloriosi prælium certaminis.) Item, Vexilla regis prodeunt. Item, Crux benedicta nitet Domini. Item, De resurrectione Christi, egregium carmen, ex quo Hymnus (Salve festa dies toto venerabilis æuo) sumptus est. Meminit eius honorificè Annonius lib. 3. de rebus gestis Francorum cap. 13.

Alius, paulò superior, episcopus Tuderti in ducatu Spoletano, à Gregorio magno celebratur lib. 1. Dial. cap. 10. Alius, martyr in Hispania,

FRAN-

FRANCISCVS, à quo Franciscani monachi manarunt, natus est Assisy in Umbria, scribitur circa annum Christi 1200. arcana voce excitatus esse, ut domum Dei, quæ prorsus concidisset, rursus instauraret. Adiunxit igitur sibi socios, cum quibus in præcipuis Italiæ urbibus homines ad pœnitentiam & veram pietatem cohortatus est. Prædicantur ipsius humilitas, beneficentia erga pauperes, studium pacis & aliæ virtutes. Apparet eum habuisse zelum Dei, sed non secundum scientiam, hoc est, studium pietatis coniunctum cum erroribus & superstitionibus, quas suo exemplo & doctrina confirmavit, dum singulari genere vestis & alijs inanibus ceremonijs usus est, donec examina monachorum ab ipso orta, eò amentia tandem delapsa sunt, ut docerent homines sepultos in veste Franciscana, virtute vestis & meritorum ordinis rectè in cœlum euolare, Quod impudens mendacium festiuè exagitat Erasmus per iocum exclamans: O fortunatos pediculos, qui in tam beata veste habitant. Franciscus fuit οὐρανοῦ & Dominici.

Nomen Franciscus Germanicum esse putatur, diminutiuum à Francus, id est, liber, sicut Galli adhuc dicunt, Vrancum arbitrium, liberum.

FRIDOLINVS, filius regis Scotorum, passim in Gallia & Germaniæ ora ad Rhenum & Mosellam docuit, & monasteria in honorem S. Hilarij instituit, inter quæ Seccingense ad Rhenum imprimis celebre est inchoatum anno Christi 495. sub Clodouæo primo Franco-

Francorum rege. Scribunt Vrsonem nobilem Claronensem mortuum, ab eo in vitam reuocatum esse, vt testimonium in iudicio diceret, de prædijs ab eo donatis, quæ frater Vrsonis Landulphus occupauerat.

Prædia pro Domino dant fratres hic Fridoline
Tempora post multa negat alter, fratre sepulto,
Suscitat hunc testem Dominus, ducitq; benignus.
Turba timore tremuit, sanctus sua iura redemit.

Fronto, vnus ex 18, martyribus Cesaraugustanis, de quibus Prudenti *de Ei se Q̄auor 4.*

Fructuosus, episcopus Tarraconensis martyr sub Galieno, die 21. Ianuary. Prud. *se Q̄ 6.*

Fruementius, Romanus, iuuenis in Indiam profectus est, vbi tandem episcopus constitutus multos Indos ad veræ ecclesiæ societatem adiunxit.

Alius, martyr in Africa sub Hunerico.

Fulbertus, episcopus Carnotensis tempore Ottonis III, autor canticorum Chorus nouæ Ierusalem, Stirps Iesse, & epistolarum quas Bibl. S. P. Tomo I. inseruerunt.

FVLGENTIVS, natus Carthagine in Africa, episcopus Ruspensis, quod oppidum inter Leptin & Aphrodisium, grad. lon. 38. lat. 32. habet: ad Thrasy-mundum regem Vandalorum Arrianum, sed tamen non persequentem pios, circa annum Christi 510. de duabus in Christo mediatore naturis perfectis, de
eterna

eterna diuinitate Filij Dei, vbiq; illocaliter presente & impassibili, & de vera humanitate ex anima & carne constante, quæ sola passioni obnoxia est, scriptis. præterea in libello de fide orthodoxa & alijs multis, pro equalitate, & ὁμοουσία eterni patris & Filij contra Arianos propugnauit, & de prædestinatione ex Augustini & Prosperi sententia eruditè disserit, extant & Homiliae ad populum V. & epistola 7. de materijs Theologicis scriptæ & lectu dignæ. Ipse Fulgentius tandem abdicata functione ecclesiastica, in Cercinna insula aliquantisper priuatis studijs & precibus vacans vitam clausit.

FVLVIA (cuius mentio fit in locis Theologicis de Peccato) fuit vxor quatuor turbulentorum ciuium, qui pestes fuerunt patriæ, primùm Catilinæ, deinde Clodij, tertio Curionis, qui bellum ciuile inflammavit, quarto Antonij Triumuiroi, cuius iussu cum Cicero orator interfectus esset, Fulvia vxor Antonij adeo letata est, vt linguam exemptam ex interfecti capite, aciculis confoderit.

Fufca, virgo, martyr.

Fuscianus, ciuis Romanus, martyr sub Diocletiano.

Fuscus, quidam à Victore Vticensi recensetur inter episcopos Africanos, qui ab Hunerico, rege Vandalorum, interfecti sunt.

GAAL, filius Obed, mouet seditionem aduersus Abimelech regem Israël, Iud. 9.

אבול abortiuus.

GAAS, mons in tribu Ephraim, prope Thamnath, Ios. 24. Iud. 2. אבול tremuit.

GABAA, In vna tribu Benjamin tria oppida sunt, quorum vocabula in latino textu sæpe confundantur. **G**ABAA, patria Saulis primi regis Israelitarum, 1. Reg. 10. 11. 13. 15. Esai. 10. sita in finibus tribuum Benjamin & Ephraim, Ios. 24. Iud. 19. distat 4. stadijs à Gabaon, in via ad Antipatridam, à Ierosolymis 40. stadijs. In ea vrbe vxor Leuitæ stupratur, propter quod scelus postea ferè tota tribus Benjamin deleta est, Iud. 19. 20. Ebraicè scribitur גבעה Gibea, collis vel altitudo. Ose. 6. 1. Reg. 22. 14. Ios. 15. 1. Paral. 12.

GABAEON, (cuius vrbis ciues Iosua supplices sunt, Ios. 9. 10. 18. 2. Reg. 21.) vno tantum milliari à Ierosolyma versus occasum solstitialem sita ad montem SILO, in quo Tabernaculum foederis & altare aeneum longo tempore collocatum fuit, 3. Reg. 3. 9. 1. Paral. 12. 2. Paral. 1. ciuitas Sacerdotum, Ios. 21. Absuit tribus milliariibus à Galgala. Ebraicè scribitur גבעון Gibeon.

Gabaa, vel Gabae, vel Gabec, Ebraicè scribitur גבע Gebaa, itidem ciuitas Sacerdotum. Ios. 21. 18. 3. Reg. 15. Rex Afa munit Gabaa Benjamin, 1. Reg. 13. 2. Reg. 5. Hanc puto prorsus eandem esse
cum

cum Gabaa Saulis, Sed GABA AD גבעת, Ios. 18. diuersa est à Gabac, ad orientalem Ierosolymæ plagam prope fontem Rogel sita. 1. Reg. 7. & 2. Reg. 6. Gabaa significat locum eminentiorem in vrbe Cariantharum, in quo Arca Dei sita erat.

Gabbatha, locus sublimior, suggestus, tribunal, Iohan. 19. גבחות Gabhuth, sublimitas.

GABATHON, ciuitas Leuitarum in tribu Dan, Ios. 21. 19. גבתון Gibbethon, Ios. 19. scribitur Iebton.

GABELVS, Iudæus ex tribu Nephthalim, abductus in Mediam à rege Salmanafer, amicus Tobie, Tobie 1. 4. 5. גבול Gebul, finis, terminus.

Gabinus, presbyter Romanus, martyr sub Diocletiano.

GABER, prefectus vniuersæ Galaaditidos sub Salomone, 3. Reg. 4. גבר Gigas.

Gaber, nomen viæ, qua ex Iezrael itur in Iebtam urbem vicinam Sichem, 4. Reg. 6.

Ebraicè גור Gur, pauor.

GABIN, oppidum tribus Benjamin. Esa. 19.

גבim Gebim.

Gabinus, Presbyter & martyr Romanus, frater Caij Pape, propter religionem Christianam in vinculis expirauit die 19. Febru. sub Dioclet. Imp.

GABRIEL, Angeli nomen, qui nunciat Mariæ conceptionem Christi, Luc. 1. & Danieli visionem, & vaticinium de LXX. hebdomadibus exponit.

nit. Daniel 8.9. Nomen habet à fortitudine גבראל
Gabriel, fortitudo Dei.

GAD, filius Iacob, Gen. 30. à גרר Gadad accin-
ctus est, Gene. 49. Accinctus preliabitur. Familia
Gad recensetur, Gene. 46. Num. 26. accipit sorte
terram trans Iordanem, Num. 32. Iosue 33. Deut.
3. 33.

GAD, Propheta tempore Dauidis, 1. Reg. 22.
2. Reg. 24. 1. Paral. 29.

Gadareni, vide infra Geraseni.

GADDI, vnus ex duodecim exploratoribus
missis in terram Canaan, Num. 13. גרר accin-
ctus.

Gaius, vide supra Caius.

GADER, vel Gadareth, oppidum in tribus Dan,
Ios. 12. 2. Par. 28. גדר Geder, sepes, paries.

GADGAD, 29. mansio Israelitarum in deserto,
Num. 33. Deut. 10.

GALAAD, regio inter Iordanem & montes Ga-
laad, qui à Libano incipientes ad Arabiam vsq^{ue} per-
tinent, & regionem Israelitarum ultra Iordanem ab
Ammonitide separant. Proprie tamen ea pars, quæ
inter mare Galilææ & Ammonitidem & fluiuium Ia-
boch sita est, Gileatidis dicitur. patria fuit Elie Pro-
phetæ. Ebraicè גלעד Gilead, tumulus testimonij, seu
foederis, quod Iacob cum socero Laban sanciuit, Gen.
31. ab עדת Edah, testimonium a radice עד testifi-
catus est. In hac regione fuit Ramoth vrbs fugitiuo-
rum,

rum, Deut. 4. Ideo Ose. 6. dicitur Galaad, vrbs operantium iniquitatem.

GALAAD, filius Machir, nepos Manasse, 1. Paral. 7. Num. 26.

GALATIA, regio Asiae, inclusa ab occasu, Bithynia: ab ortu Cappadocia: à borea, Ponto Euxino: à meridie, Pamphylia, Occuparunt autem Galata totam Paphlagoniam, partem Lycaoniae, Pisidiae & Isauriae. In Antiochia Pisidiae primum predicat Evangelion Paulus, Acto. 13. & reliquam Galatiam peruegitur, Acto. 16. 18. 2. Timoth. 4. Crescens profectus est in Galatiam, id est, Galliam Germaniam finitimam. Crescens enim docuit Moguntia.

GALATAE, incolae Galatiae, ad quos S. Paulus Epistolam scripsit. Hos Diodorus Siculus, lib. 6. refert adiunctis Cimbris, qui Germanorum pars sunt, partem Graeciae atq; Asiae occupasse, & Galatas in Asia condidisse, circa ea tempora (vt ex Manethone apparet) quibus Gedeon in Israel Iudex fuit. Quos uiros Rheno vicinos, Ieronimus in proemio lib. 2. Com. ad Galatas testatur. Illud certum est vtrantem esse, Celtas, Galatas & Gallos, id est, Duales, peregrinatores seu migrantes à 773. & circa Cyri tempora, Gallos & Germanos, Boios ac Senones, Italiae regionem citra Padum possedisse, quae ab ipsis Gallia Cisalpina deinceps appellata est. Hi Galatae & Germani,

Germani, anno 57. ante monarchiam Alexandri magni, Romam occuparunt & cremarunt, sed tamen à Camillo rursus repressi sunt: quæ historia integrè à Livio lib. 5. narratur, ac, vt Polybius refert anno 19. post captas à Lysandro Athenas accidit.

Post Alexandri magni mortem, Galatæ seu Galli, Brenno duce, per Pannoniam primùm in Illyricum, inde in Thraciam & Macedoniam profecti sunt, vbi frater Ptolemæi Philadelphi. Ptolemæus negavit, qui Macedoniam tunc tenebat, ab eis interfectus est, anno post Alexandri mortem 46. Post Romam captam anno 109. Cùm autem ulterius in Græciam progredere Galatæ, & templum Delphicum direpturi essent, Terræmotu & fulminibus repulsi ac dissipati sunt. Hanc historiam prolixè narrat Pausanias in Phocicis.

Postea ex Thracia in Asiam traiecerunt Galatæ, inuitati à Nicomede, Bythinie Rege, qui à Siboea quodam vexabatur. Cùmq; peritia rei militaris & fortitudine ac robore corporum præstarent, a vicinis regibus stipendia acceperunt, & magnam Asiæ minoris partem vectigalem habuerunt. Tandem ab Attalo Pergami rege victi, ad Halym fluium consederunt, & Paphlagoniam, partem Phrygiæ, Cappadocia & vicinarum regionum tenuerunt, quæ ab ijs Galatia dicta est.

In ea celebres vrbes fuerunt, Synope regis Mithridatis, & Diogenis Cynici natiuitate clara.

Amisus, quæ à Cicerone pro lege Manilia nominatur. Item, Pessinus clara emporio & cultu matris Deorum, quæ Romam inde allata est, vt à Liuius lib. 29. scribitur. Ibidem nodus Gordius fuit, quem Alexander magnus gladio dissoluit. Item Ancyra, quæ Synodo ibi celebrata, nobilis est. Amumerat Ptolemæus Galatarum urbibus etiam Antiochiam Pisidiæ, in qua prolixam illam concionem Acto. 13. descriptam Paulus habuit.

Hanc regionem amplam & populosam tenuerunt Galatæ annis fere 300. antequam Paulus apud eos concionatus est, & assiduè interea vicinorum regum bellis interfuerunt. Habuit & Antiochus Galatarum auxilia, & Romanis bellum gerens, quam ob causam victo Antiocho, Galatæ quoque à Manlio Romano consule domiti sunt, cuius victoriæ mentio fit, 1. Macc. 8. Narrat Athenæus lib. 4. tantam eorum immanitatem fuisse, vt in bellis captos hostes dijs immolarent. Ex hac fera, crudeli & impia gente, Deus sibi per ministerium Pauli & Barnabæ eternam Ecclesiam colligit, Acto. 13.

Ac summa doctrine de iustificatione hominum coram Deo propter solum Christum, per fidem, illustri testimonio exposita est à Paulo, in prima concione, quam Antiochiæ in Galatia habuit, quæ Acto. 13. descripta est his verbis: Notum sit vobis, viri fratres, quod per CHRISTVM vobis remissio peccatorum annunciatnr, & ab omnibus, à quibus non potu-

potuistis per legem Moysi iustificari, per hunc omnis qui credit iustificatur.

Hæc sententia velut argumentum & summa est EPISTOLAE, quam Paulus postea ex vrbe Roma AD GALATAS scripsit, vagantibus in Asia hæreticis, quos Nazareos Epiphanius & Hieronymus vocant. Hi docebant iustificari homines coram Deo, partim propter CHRISTVM, partim propter opera Legis, Circumcisionem, & moralia & ceremonialia à Moysè præcepta. Ac Paulum quidem de initio iustificationis rectè docuisse, sed vt homines verè iusti fiant, necessariam etiam esse Legis iusticiam, seu bona opera ceremonialia & moralia. Allegabant autem ad confirmationem suæ sententiæ non solum seuerissima Dei mandata, quæ in Moysè extant, sed etiam Apostolorum, Petri, Iacobi & aliorum, qui auditores ac inspectores doctrinæ ac vitæ Christi fuerunt, exempla. Hi enim gentium consuetudinem initio vitabant, vt Petrus ipse Antiochiæ ad Iudeorum aduentum à gentibus se subduxerat. Iactabant Paulum, qui Christi familiaritate non fuisset vsus, & non ex ipso Christo Euangelium didicisset, nequaquam pari auctoritate cum Petro & Iacobo habendum esset. Hæ Pseudoapostolorum calumniæ occasionem præbuerunt Paulo scribende huius Epistolæ, & tanta vehementia defendende auctoritatis suæ Apostolicæ, cuius extenuatione, veram quoque Euangelij doctrinam à Paulo sparsam extenuare & opprimere nitebantur.

Pertinet autem EPISTOLA AD GALATAS ad genus Causarum Iudiciale.

Status principalis finitiuus est.

Disputat enim, Quid sit iusticia Christiana? seu Quomodo homines coram Deo iusti & salui fiant?

Syllogismus principalis totius Epistolae est.

Sola doctrina Euangelij, quam Paulus praedicat, vera, certa & diuina est, & omnes opiniones & cultus, cum hac doctrina pugnantes, sunt reijciendi & execrandi velut anathemata.

Doctrina Euangelij à Paulo tradita, clarè docet, Homines non propter vlla opera Legis, sed propter solum Christum sola fide, à peccato, lege & aeterna damnatione liberari, seu iustificari, & sic iustificatos non debere abuti libertate ad licentiam carnis, sed Deo in omnium virtutum officijs obedire. Ergo Sola haec doctrina de iustificatione, vera, certa & diuina est.

Maiorem Paulus probat longa narratione in primo & secundo capite, qua confirmat, se doctrinam suam non ab Hominibus, neq; per hominem, sed immediate ab ipso Deo, & Domino nostro Iesu Christo accepisse. Ideoq; suae doctrinae non secus ac voci ipsius Dei de caelo sonanti credendum esse.

Minorem (praeter hunc locum ab autoritate) alijs decem Argumentis probat Paulus in fine secundi & toto tertio capite, eamq; duabus similitudinibus cap. 4. illustrat.

Alteram

Alteram Minoris partem, de abusu libertatis vitando, & Noua Obedientia, quæ fidei Iusticiam sequi debet, capite quinto & sexto euoluit.

GALGALA, inter Iordanem & urbem Iericho, vbi Israëlita Iordanem transgressi prima castra fixerunt, ex quibus omnes gentes terræ Canaan debellarunt, Ios. 4. 5. In hoc loco circumciduntur filij Israël, & primum Pascha celebratur. Hic desinit Manna. Hoc loco duodecim Lapides ex medio alueo Iordanis sumti à Iosua collocantur, vt ad omnem posteritatem essent $\mu\eta\eta\mu\acute{o}\sigma\omega\omega\alpha$ siccati Iordanis. Hic positum fuit Tabernaculum Domini annos quinq.

Propter has causas Israëlita postea peregrinationem & cultum Idolatricum in Galgala instituerunt, quem seuerissimè prohibent Propheta. Ose. 4. Nolite ingredi in Galgala. Ose. 9. Omnes nequitie eorum in Galgala. Ose. 12. In Galgal bobus immolant. Amos 5. Galgal galgalizabit, hoc est, transmigrabit, exulabit. Ibidem Saul eligitur rex à populo Israël. 1. Reg. 11. Fit eiusdem mentio, 1. Maccab. 9. 4. Regum 4. 2. Reg. 1. 7. 15. 13. Mich. 6.

Ebraicè גלגל GILGAL à verbo גלגל voluit, volutauit, & ratio appellationis Ios. 5. disertè indicatur, Dixit Dominus ad Iosua. Hodie גלגלתי a nolui opprobrium AEgypti (vel præpucium vel seruitutem, qua AEgyptij vos premebant, integrè sustuli, cum in terram promissam introducti estis. Ideo locum castrorum Galgala, LIBERTATEM, aliqui

vertunt) à vobis, vocatumq; est nomen loci illius Galgala, vsq; in presentem diem alij quia vox גלגל Galgal rotam seu Sphæram, seu circumrotationem significat, inde nomen ortum putant, quòd Iosua ex his castris, quasi statiuis, omnes gentes vicinas per eorum debellarit & vicerit, & quasi circum rotando contriuerit.

Alia vrbs Galgal in tribu Ephraim sita est, cuius Ios. 12. mentionem fieri arbitror.

GALILAEA, regio Palestine populosissima & vberissima, inter Libanum, Iordanem, Samariam, & mare intercepta. Distinguitur in duas partes à Iosepho libro 3. de bello Iudaico cap. 2. quarum altera Galilæa superior, seu Gentium, Esaiæ 9. Matth. 4. vocatur, regio vicina Tyro & Sydon, complectens tribum Aser & Nephtalim. Altera Galilæa inferior, in qua est oppidum Nazareth, & Cana minor, in tribu Zebulon, pertingens vsq; ad lacum, per quem Iordanis labitur, qui à vicina Galilæa, mare Galilæa, ab Euangelistis vocatur, 4. Reg. 15. 3. Reg. 9. Iudith 1. Matth. 2. 3. 4. Iohan. 6.

Ebraicè גליל Galilah, regio seu circumterritorium, à rotunditate nomen habet, à verbo גלל voluit, vel simpliciter die Marck, limes seu terminus, quia habitauerunt Galilæi ad fines gentium, sicut Ios. 13. appellatiuè vertendum fuit, vbi nos habemus. Omnis Galilæa Philistijm, pro omnes limites Philistijm.

GALLIM.

GALLIM, oppidum in tribu Benjamin, Esa.
11. i. Reg. 25. Aliud oppidum Moabitarum,
Esa. 15.

Gallicanus, Dux belli sub Constantino magno,
quem postea Iulianus Apostota Alexandria clam in-
terfeci curauit, 25. Iunij.

GALLIO, Proconsul Achaiae, qui Iudaeos Corin-
thi accusantes Paulum haereseos, depellit à tribunali
Acto. 18.

S. GALLVS, Scotus, discipulus Columbani, dia-
docuit Euangelion in Gallia & Heluetia, praecipue
ad lacum Constantiensem, vbi 16. annos commoratus
est, ac tandem anno aetatis 95. anno Christi 640.
obisse, & Arbona sepultus esse scribitur. Vocatus
ad episcopatum Constantiensem, Iohanni Diacono suo
eum detulit, & formam gubernandae ecclesiae pra-
scripsit, circa annum Christi 600. Monasterium S.
Galli, à Theoberto Austrasiae rege, & Fridberga con-
iuge eius, filia Cunzoni ducis Sueviae, quam à de-
monio liberauit, condi petiuit, anno Christi 630.
Huius Galli nomen inscriptum est Calendario die 16.
Octobris.

GAMALIEL, Phariseus sapiens & moderatus
praeceptor S. Pauli Apostoli, Acto. 22. Hic deliberanti-
bus Pharisaeis de reprimendo cursu Euangelij, & tol-
lendis Apostolis, consulit, nihil aduersus Apostolos te-
mere aut crudeliter molendum esse: Et summam
suae sententiae huic dilemmati includit: Aut ex

Deo est cursus Apostolorum, aut ex hominibus. Si humano tantum consilio Apostoli vagantur, breui tempore molitiones eorum sua sponte euanescent, vt Theuda & Iuda Galilei exempla demonstrant. Sin Deo mandante & iuuante docent Apostoli, non poterit eorum cursus impediri, & per sese impium est, Deo bellum inferre. Nihil igitur temere aut crudeliter aduersus Apostolos suscipiatur, Act. 5. גמריאל retributor Deus, seu retribuit mihi Deus.

Alius, Dux tribus Manasse in deserto, Num. 1. 2. 7. 10.

Gamarias, pius & fidelis consiliarius, contradicens Ioachim regi Iudae, comburenti conciones, & insidianti vitae Ieremiae, Ierem. 36.

Gamarias, legatus regis Sedechiae, ad Nabuchodonosor, Ierem. 29. Gemariah, perficiet Dominus.

GANGOLPHVS, Burgundus nobilis, & capitaneus sub Pipino patre Caroli magni, pius & castus fuit, sed uxorem impudicam habuit, a cuius amatore sacrificulo scribitur interfectus esse.

GAON, filius Nahor, fratris Abrahae, Genes. 22. גאון, neuter.

Gareb, Collis vrbs Ierosolymae, versus ortum solstitialem, Ierem. 31. גרב scabies.

GARIZIM, Mons in sinibus tribus Ephraim & Manasse, in quo sita fuit vrbs Sichem, Iud. 9. 2. Macc.

2. Macc. 6. propè quam habitauit & altare condidit patriarcha Abraham, Gen. 12. & Iacob Gene. 33. In hoc monte, Pontifex Manasses, frater Iaddi, cum duxisset filiam Satrapæ Samaritani, ideoque a Iudeis dignitate sacerdotij priuaretur: confugiens ad socerum, Templum simile Ierosolymitano edificauit, & sacra similia Leuiticis instituit, eo tempore, quo Alexander magnus monarchiam Persicam occupauit. Ioseph. lib. 11. cap. 7. 2. Macc. 6. Antiochus statuam ibi collocat. Id templum annis 200. post, vna cum Samaria euertit Iohannes Hircanus, filius Simonis fratris Iudæ Maccabæi, Ioseph. lib. 13. cap. 16. Sed tamen nihilominus in eiusdem montis vertice Samaritani adorabant, & acerrimè Christianos oderant, vsq; ad Iustiniani. Imp. tempora, qui plerosq; ad fidem Christi adduxit, & Templum paulo ante iussu Zenonis Imp. in monte Garizim in honorem Christi constructum, instaurauit, & munitionem addidit, ex qua seditiosos Samaritas posset compestere, vt Procopius lib. 5. de edificijs Iustiniani narrat.

Eundem Cyrillus putat montem esse, supra quem Iosua edificauit altare, & populus Israel audiuit à Sacerdotibus recitari benedictiones propositas obtemperantibus Legi, Deut. 11. 27. Ios. 8. Scribunt enim, montem, Parnassi instar, bicipitem fuisse, cuius alterum caput Garizim, alterum Hebal nominatum sit.

גריזים Gerizim, diuisiones.

Gaudentius, Ephesius, episcopus Ariminensis,

pius & orthodoxus, tempore Constantini Imp. cum impiæ Synodo Arianorum episcoporum, qui Arimini conuenerant, nolent assentiri, crudeliter interfectus est. Alius, episcopus Brixianus circa A.C. 390. cuius sermones de Pascale & alij extant Tom. 6. Bibl. S. P.

GAUGERICVS, amicus S. Amandi, primus Bruxellensium doctor.

GAVLON, Vrbs Leuitarum & refugij trans Jordanem, in tribu Manasse supra lacum Samachonem sita, Ios. 20. 21. Deut. 4. גולן Golan, cumulus, vel גלה Galah, transmigratio eorum, vel exaltatio.

Gathan, filius Eliphatz, nepos Esau, Gen. 36.

געטם, Gens obscura, vel mugitus eorum.

GAZA, vrbs Palestina, limes terra Canaan, versus meridiem, Genes. 10 habens long. 65. 10 lat. 31. 40. sita fuit in littore, oportuno portu, & valde munita fuit, in cuius oppugnatione Alexander magnus grauius vulneratus est, Fit eius mentio Deut. 2. Ios. 11. 13. 10. Iud. cap. 1. 16.

1. Macc. 11. oppugnator à Ionatha. 1. Macc. 13. capitur à Simone, & traditur Iohanni Hircano, 1. Macc. 14. nominatur Gazara. Temporibus Apostolorum deserta fuit, Act. 8. vt Sophonias predixerat, & congruunt verba Strabonis, qui lib. 16. scribit: A Gazarorum portu septem stadijs abest ciuitas, quæ olim illustris fuit. Ab Alexandro autem euerfa
non

non habitatur. Eodem loco inquit Strabo, ex Gaza transitum esse 1260. stadiorum in urbem Hailam sitam in littore maris Arabici. Postea rursus instaurata est Gaza, & celebre emporium fuit, ad quod ex Arabia Felicitus camelis euehi solitum est, Plinius lib. 12. ca. 14. Nostro tempore à Selymo Turcarum. Imp. post victum Aegypti & Syriae Sultanum Campsonem occupata est anno 1516.

Ebraice אַזַּח Azah, fortis.

GAZER, vrbs in tribu Gad, ad fontem Arnonis fl. Ios. 13. אַזַּח Iazer, auxilium, presidium.

GAZER, vrbs Leuitarum in tribu Ephraim, Iosue 21. non procul à Casarea Stratonis. Huius vrbs incolae cum non potuissent delere Israelitae (Iosue 16.) ascendit Pharaos rex Aegypti, & coepit Gazer, & succendit eam igni, & dedit eam in dotem filiae suae vxori Salomonis, qui eam instaurauit, 3. Regum 9. Aliud oppidum eiusdem nominis in tribu Iuda, 2. Reg. 5. Ios. 19. אַזַּח Gezer, diuisio.

GAZON, 2. Paral. 28. apparet esse oppidum Iudaeae, finitimum Philistinis. גִּמְזוֹ Gimzo, vel à נִמְזָא absorpsit, vel אִפְסְתָּמָא apostema.

GEBAL, regiuncula Arabiae, finitima Iudaeae. Psalm. 82. גְּבַל limes.

GEBATHON, vrbs Leuitarum in tribu Dan. Ios. 21. Hanc obsidens Nadab rex Israel, interficitur à Baasa, 3. Reg. 15. 16.

Gebelem, 2. Reg. 8. non est in Ebraeo.

GEBHAR-

GEBHARDVS, comes Brigantinus & Verin-
gensis, episcopus Constantiensis, Cœnobium Peters-
hausen, prope Constantiam fundauit, anno Christi
983.

Gebneel, oppidum ad littus maris, infra Ioppen,
situm prope Tanniam & Modin, Ios. 15.

Ebraicè יבנאל Iabneel, ædificium Dei.

Geddihel, filius Sodi, explorator de tribu Za-
bulon, Num. 13. גדיאל Gaddiel, accinxit me
Deus. סודי Sodi, arcanum meum.

GEDEON, filius Ioas, ex tribu Manasse, Iu-
dex Israel 40. annis. Cœpit iudicare anno exitus ex
Aegypto 200. anno mundi 2652. euertit aram Baal,
& liberauit Israelitas, oppressos à Madianitis, Iud. 6.
7, 8. Esa. 9. Ebr. 11. גידעון Gideon, extermina-
tor, demoliens, à Gada, succidit, confregit.

Gedera, Oppidum Iudææ, in tribu Dan, prope
Accaron, 1. Paral. 12. גדר Gedor, sepes.

GEHENNON, Ebraicè גיא חינוני GeHin-
nom, vel Ge Ben Hinnom, amœnissima vallis fuit,
consita arboribus & irrigua fontibus, finitima vrbi
Ierosolymæ, versus orientem & meridiem, vt ex Iere.
19. 7. 3. 2. 4. Reg. 23. Ios. 15. 18. apparet. In hac
valle abominandus cultus fuit Idoli Moloch, quod Ly-
ra (in Leuit. 18.) scribit statuam aeneam & conca-
uam fuisse figura Regis, ita fabrefactam, vt brachia
porrigeret, & subiecto igne incandesceret. Huic sta-
tuæ candenti suos filios & filias Iudæi iniecerunt,
eosq̄

eosq; cremarunt. Sic Achaz & Manasse reges Iudæ, filios suos Idolo Moloch consecrarunt, 2. Paral. 28. 33. 4. Reg. 16. 21. Jerem. 32. 4. Reg. 23. Huic abominando spectaculo addere consueverunt sonitum tympani, & aliorum organorum Musicorum, ne euiatus liberorum à parentibus exaudiretur, Hinc orta est appellatio Tophet. Nam Toph significat tympanum à תוף, vel latitudinem à תפה. Quod alludit Esaias cap. 30. Preparata est ab heri Topheth.

Ab hoc execrando igne, quo in valle Ennon, liberi à parentibus cremabantur, orta est appellatio Gehennæ, quam pro loco, in quo cruciantur impij seu pro æternis pœnis, Christus, Matth. 5. 10. 18. 23. Marc. 9. Luc. 11. & alibi vsurpat.

GELASIVS Pontifex Romanus, Anno Christi 494. inter cetera, de duabus in Christo naturis libellum contra Nestorium & Eutychen scripsit.

GELBOE, mons in tribu Manasse prope Sichem, in quo tres filij Saulis vna cum exercitu à Philistinis cæsi sunt, & Saul sibÿpsi mortem consciuit, 1. Reg. 28. 31. 1. Paral. 10. 2. Reg. 1.

גלבע Gilboa, amouit petitionem, à Gal & Baah. Geminianus, episcopus Mutinensis, tempore Theodosiorum, & postea vixit vsq; ad Martianum, cuius temporibus, Attila Hunnorum rege Mutinam obsidente, Geminianus sua pietate & precibus à Deo impetrauit, ne quidquam damni, vel edificijs vrbs, vel vitæ & bonis ciuium accideret.

Alius,

Alius, martyr sub Diocletiano.

Genebath, filius Adad Idumæi, 3. Reg. 11. גנבת

Genubath, thesaurus filie.

Genebaldus, episcopus in Gallia, temporibus Ludouici regis, qui primus doctrinam Christi amplexus est, anno Christi 480.

GENESIVS, Gallus Arelatenſis, ſcriba militum ſub Diocletiano, & mimus ſeu ſcurra aulicus, Chriſtianorum mores ac ceremonias ridendas repræſentabat. Is per iocum baptizatus, ſerio ad Chriſtum conuerſus eſt. Cumq; ad ſupplicium duceretur, ſe in baptiſmo ſuo virum candida ſtola ſibi aſſiſtentem viſiſſe adfirmavit, qui tum reliquorum delictorum, tum veroleuitatis, qua in deridendis Chriſtianiſ uſus erat, veniam ipſi pollicitus eſſet, itaq; poſt multa cruciatuum genera ſecuri tandem percuffus eſt. Fortun. Porrigit ipſa decens Arelas pia dona Geneſi Aſtris Cæſareo concomitante ſuo. Prudentius & d. Teq; præpollens Arelas habebit ſancte Geneſi.

GENEZARETH, regio eſt in tribu Zabulon, finitima mari Galilææ, ſeu Tiberiadis verſus occiſum, Matth. 14. quod ideo ſtagnum Genezareth, nominatur Luca 5. & aqua Genozar, 1. Machab. 11. Gmahſar, Hortus Principis, ab amœnitate. Aliqui putant nomen factum a Cennereth, cubera. Sic enim nominatur mare Galilææ, Num. 34. Deut. 3. Ioſ. 12,

GENO-

GENOVEPHA, virgo Gallica, pia, casta, & temperans, in monasterio Parrhisiis vixit, circa annum à nato Christo 450. temporibus Attilæ.

Gentianus, propter Christianos hospitiis exceptos, interficitur sub Diocletiano.

GEON, vnum ex quatuor fluminibus Paradisi, Gene. 2. Syrac. 24. nominatur, & terram Chus circumiuisse scribitur. Etsi autem terram Chus ubiq; in Biblijs Aethiopicam verterunt: tamen accuratius scripturæ loca consideranti, Chusæos Aegypto & mari rubro ac Palestine vicinos, non Aethiopas significari, in nomine CHVS diximus. Reddiderunt autem LXX.

interpretes, Jerem. 2. fluvium SIHOR, (qui Palestina & Aegypti limes est) per vocem Geon, גֵּוֹן וְעַל נַחַל הַיַּרְדֵּן וְעַל נַחַל הַיַּרְדֵּן & מֵעַל הַיַּרְדֵּן גֵּוֹן.

Et nunc quid tibi & viæ Aegypti ut bibas aquam GEON, ubi latinus interpres sicut etiam Ios. 13. Ebraeam vocem שִׁיחֹר SIHOR appellatiue reddidit, ubi bibas aquam turbidam. Cum autem Sihor non Nilus sit, sed alius fluuius infra Gazam & Raphiam, qui Rhinocolurus a Ptolemæo nominatur, isq; propior sit regioni Paradisi ad Euphraten, quam Nilus Aethiopicus: consentaneum esse quidam putat, fluvium illum voce Geon significari, tametsi vulgò ferè NILVM interpretentur.

Ebraicè גִּיחֹן GIHON locus exundationis מֵי חַיִּים exuberavit prorupit, Syrac. 24. Ex verbo Dei exundat sapientia sicut Geon in die vindemiæ.

GEORGIANI, nominantur in oriente Christiani Iberiam & Albaniam ad montem Caucasum & mare Caspium incolentes.

GEORGIVS, Cappadox, Tribunus militum, & martyr, carcere, cade, fame, vinclis, site, frigore, flammis confessus Christum duxit ad astra caput sub Diocletiano imp. die 23. Aprilis De Dracone interfecto, in historijs fide dignis nihil extat. Sed imago venusta est, significans Filium Dei gerere bellum, & vincere Draconem diabolum ac tyrannos & liberari virginem, videlicet Ecclesiam.

IN IMAGINEM DI VI GEORGII.

Pincipis ista boni formam depingit imago,
 Qui facit officio munera digna suo.
 Nam velut hic dextra validoq; Georgius ense
 Inclyta pro CHRISTI nomine bella gerit.
 Crudelēq; feram, victricibus occupat armis
 Quae tentare necem virginis ausa fuit.
 Sic decet & Reges sublimia sceptrā tenentes.
 Aspera pro populo ferre pericla suo,
 Omnibus & seuos depellere viribus hostes
 Dilacerant Christi qui sine fine gregem.
 Sicut enim virgo stat praeda futura Draconi
 Ni vetet hoc subito tempore fortis equis.

Sic inuisa malis Ecclesia vera Tyrannis
Cogitur arumnas sæpè subire graues.

Hanc igitur Magni debent defendere Reges,

Prorog³ DE I verbo cuncta pericla pati.

Et procul a sacris prohibere nefanda ministris
Ut possint placido pacis amore frui.

Hæc quoq³ successus res est habitura secundos

Namq³ pios Reges adiuuat ipse DEVS.

Prorogat his longæ felicia tempora vitæ

Et facit inuicta vincere cuncta manu.

Hæc quicunq³ igitur persoluent munera Christo

Accipient meritis præmia digna suis.

ALIVD IN EANDEM.

NON hoc more coli debet pictura GEORGI,

Quo te olim coluit Roma Gradiue vetus,

Aut velut Alciden venerata est Græcia quondam,

Aut fratres coluit bellica Sparta duos.

Picturæ sensum potius mentemq³ sequamur,

Illius hic statuæ verior vsus erit.

Scilicet vt Reges verbi tueantur honorem,

Legibus & populos iustitiæq³ regant.

Ille Deo cultus poterit gratissimas esse,

Talibus exemplis discere iussa Dei.

Alius, martyr Cordubensis in Hispania.

GERA, filius Benjamin, Gene. 46. à quo ortus

Ehud, Iudic. 3. N72 Gera. Peregrinus.

GERAR A, vrbs vicina Bersabae, extrema terra Canaan versus meridiem, sita inter duas solitudines, Sur & Cades, Gene. 20. In hac vrbe peregrinatur Abraham, cum nascitur Isaac, Gen. 21. In eadem vrbe Isaac propter famem migrat, Gene. 26. Distat duobus miliaribus ab Hebron versus meridiem. Fit eiusdem mentio, 2 Paral. 14. 773 Gerar, peregrinatio, Inde fortassis Germani peregrini.

GERARDVS, Venetus, episcopus Albae regalis in Vngaria, in ripa Danubij obambulans, ab impijs interfectus est die 23. Februarij. Vixit temporibus Henrici II. Imp. Germani à vulture nomen deriuant. Ideo Erasmus, Tom. IX. in apologijs, Vulturium Neocomum nominat, Gerardum Nouiomagum.

GEREON. Tribunus militum sub Maximiano Imp. cum alijs 318. propter confessionem Christi confossus est. Quorum reliquiae solenni ceremonia Coloniæ leuatae sunt A.C. 1120. tametsi D. Gereonis templum à S. Helena Constantini matre primo edificatum scribunt.

GERASENI, Sic vertit Ieronimus, Matth. 8. vocem גַּדְרָא וְגַדְרָא, & Marc. 5. Luc. 8. vocem גַּדְרָא וְגַדְרָא, ac in locis Ebraicis scribit Gadaram esse urbem trans Iordanem, versus orientem in monte sitam, ad cuius radices aquae calidae erumpant, & Strabo refert, in Gadaride lacum esse, in quo aqua mala & perniciosa sit, quam gustantes pecudes, pilos & ungulas & cornua amittant. In hunc lacum porci praeci-

precipitati sunt, Matth. 8. non in mare Galilææ. Existimantur autem vulgo eiusdem oppidi nomina esse Gerasa, Gadara, Gergesa, Sed Ptolemeus distinguit, & Gadara tribuit long. 68. 15. lat. 32. 10. Gerasa long. 68. 15. lat. 31. 45. Et duas diuersas vrbes esse Gadaram, & Gerasam, ex lib. 5. Iosephi de bello Iudaico manifestissimum est.

GERGESÆVS, filius Chanaan, nepos Cham, Gene. 10. a quo gens Gergeseorum orta est, cuius mentio fit Gene. 15. Deut. 7. Huius gentis reliquias mansisse in terra Gessuri, ad orientalem Iordanis ripam existimant. Et Gergesinos Matth. 8. non fuisse Iudæos sed ethnicos inde apparet, quia porcos aluerunt. vide Geraseni. גרגסי Girgasi, tumultuator.

GERMANVS, episcopus Parisiensis, excommunicauit Heribertum regem Gallie, filium Lotharij, nepotem Ludouici, propterea quod duas sorores duxerat, circa annum Christi 570. Alius episcopus Aetifidoriensis circa annum 440. ad instaurandas in Britannia Ecclesias, quæ partim Pelagij, partim Paganorum contagijs dissipatæ erant, missus fuit. Alius, episcopus Capuanus, circa annum C. 520. Alius, Episcopus Africa orthodoxus, martyr sub Hunerico.

GERSAN, filius Moysi, Exod. 18. 2.

גרסון Gersom, peregrinus.

GERSON, filius Leui, Exo. 6. a quo familia

Gerfonitarum, Num. 3. 4. 7. 26. Num. 10. Ios. 21. 1. Paral. 6. 23. destinata gestandis in deserto cortinis & auleis Tabernaculi, Num. 3. Inde ortus Asaph.

GERTRVDIS, virgo Gallica: filia Pipini senioris principis Francorum, pia, casta, & benefica erga pauperes, anno Christi 664. obiit in monasterio Niuellensi, die 17. Martij.

GERVASIVS, Mediolanensis filius Vitalis martyris, sub Domitiano Imperatore decollatus est cum fratre Protasio, eò quod Idolis nollent sacrificare. Horum sepulchra cum laterent Mediolani ab episcopo Ambrosio inuenta sunt lib. 10. Epist. 85. & Sermone 91. Ambrosii. Augustinus lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 8. Ieronimus, de viro perfecto. Tom. 11. fol. 28. B. Corpora eorum Mediolano translata sunt Brisacum Germanie à Friderico Barbarossa.

GERVNDENSIS, nominatur à Christianis, Rabbi Moses filius Nehmani, cuius libros super arcana legis, commentarios Raimbam, Iudæi vocant.

GESMAS, nominatur in Euangelio Nicodemus latro sinister cum Christo crucifixus.

GESSA, oppidum in tribu Ruben, prope Eleale, Iosue 13. vide Iasa. יהצה Iahetzah, currus.

GESSEN, regio Aegypti, quam Iacob & posterius ipsius Israelitæ inhabitauerunt, Exod. 8. 9. Gene. 46. 47. Ebraicè גסן GoSen, gleba rubea seu acuta, vel

vel pluuia imber. Existimat autem Munsterus Nomen Taniton, inter ostia Nili Mendesium & Taniticum hac voce significari, fortasse, quia in Psal. 77 dicitur: Coram patribus eorum in campo Taneos: sed ibi in Ebræo est Zoan, & nomen vrbs Ramesse, quam in Heliopolitano nemo collocant, & historia educationis ex Aegypto, ostendit terram Gessen, non iter ostia Nili, sed in extremis finibus Aegypti, versus mare rubrum & Arabiam, fuisse sitam.

GEVVRI, regio inter Iordanem, Libanum, & montes Galaad comprehensa, quæ paruit Og regi Basan, cæso à Mose, Deut. 3. 2. Reg. 2. 15. Ios. 12. 13.

GEVVRI vrbs & regio Idumææ in deserto, siue versus Aegyptum, ex qua Dauid prædam agit 1. Regum 27. & vnde postea, vt quidam sentiunt, vxorem duxit matrem Absalonis, 2. Reg. 13. sed hæc, 2. Reg. 15. nominatur Gessur Syriæ. Itaq; consentaneum est alteram regionem ad Libanum vicinam Syriæ, fuisse sedem aui Absalonis materni. Deut. 3. Ios. 12. גֶּסְסוּר tangens arcem vel taurum.

GETH, vrbs Philistinorum, inter Ascalonem & Gazam, patria Goliath Philistæi, 1. Reg. 17. Mich. 1. Ios. 11. 13. Ad Achis regem Geth fugit Dauid, 1. Reg. 21. 27. munitur à Roboam, 2. Paral. 11. גַּת Gath, torcular, mola.

GETH in Opher seu

GETEPHER, oppidum est in tribu Zabulon, vicinum Nazareth versus meridiem, Ios. 19. Patria Ionæ Prophetæ, 4. Reg. 14.

גֵּתָה הֶפֶר Gita Hepher torcular fosse,

GETHER, filius Aram, nepos Sem, Genes. 10. stirps GERARVM & Gothorum fuisse existimatur. Non enim dubium est, eosdem populos esse Gethas & Gothos, & quidem Germanica lingua vsos, vt Procopius initio belli Vandalici inquit: Gothica gentes maxima & potentissima Gothi & Vandalici & Visi Gothi & Gepedes: Sunt & qui Gethicas has vocent, qui omnes nominibus quidem inter se differunt, ceterò conueniunt, & lingua vna Getica vocata vtuntur. Orosius, Getæ, qui nunc Gothi, quos Alexander euitandos pronunciauit, Pyrrhus exhorruit, Cesar etiam declinauit, totis viribus tuti Romanas ingressi prouincias. Et Ieronymus in Genesim, Gothos ab eruditis Getas nominatos esse testatur, sicut Claudianus poeta de Gothis loquens, semper Getas appellat. Narrat autem Herodotus tempore Darij Hystaspis partem GETARVM, ad Istrum in Thracia sedes habuisse, quos ἀθανάτους καὶ ἀδολοχούς fuisse ait, & quidem ἀθανάτους καὶ ἀδολοχούς appellatos fuisse, quod Animos hominum non extinguere & interire, sed immortales esse, senserint. Nec procul ab Istro Alexander magnus cum Syro Getarum rege dimicauit, vt Strabo lib. 7. narrat, & postea Lysimachum à rege Getico Dromichete captum

ptum, & liberaliter dimissum esse Pausanias in Atticis refert. Et Tyberij Caesaris tempore, ducem Getarum VVarfestum, Thraciam populatam esse, ex Strabone constat. Ouidius etiam, Tomis, non procul a Danubij ostio, exulans, se apud Getas agere, crebro in Tristibus & Ponto scribit. Inde ab Istro ad Vistulam & littus Balticum, & trans mare in Scandiam, Gothos transfusse, Philippus existimat. Cum autem nusquam alibi nomen & regiones Ostgothie & VVestgothie distincta hoc tempore extent, quam in regno Sueciae: communis opinio hactenus fuit, ex Scandinauia insula, vt Plinius nominat, Gothos profectos esse, sicut Iornandes & pleriq; alij, qui de rebus Gotticis scripserunt, ex Arctois insulis, Gothos educunt. Quos etiam a bonitate & a D E O quem sua lingua Gudt appellant, nomen habere consentaneum est. גתר, vallis exploratorum.

Gether, 1. Reg. 30. vrbs sacerdotalis, in tribu Iuda, prope Saraa & Esthaol. יתר Iathir, abundans.

GETSEMANI, vallis ad radicem montis oliueti, vbi Christus ante passionem orauit, Matth. 26. Marc. 14. a Ge, terra, vallis, מן, pinguedo, oleum, quasi dicas, Hortus confitus oleis.

Getulius, Romanus frater Amantij, martyr sub Adriano Imp.

Giezi, minister Helisei Prophetae, 4. Regum 4.5. גיזי GeHazi, vallis videntis.

Geldardus, episcopus Rothomagi in Gallia, frater S. Medardi.

Gezer, locus in tribu Iuda, cuius mentio fit 2. Reg. 5. & Ios. 10. vide Gazer.

Gezre, oppidum Idumaea, 1. Reg. 27.

גירזי Girzi, excisor.

Gideroth, oppidum in tribu Iuda prope Emaus, Iosua 15. גיררות sepes.

GIGANTES, viri magni, fortes, splendidi, opibus autoritate & potentia alijs antecellentes. Vt autem Tyranni quod apud Herodotum & alios, commune regum & principum nomen est: latrones, qui olim laterones seu principum satellites dicebantur, sic Gigantum nomen propter degeneres eorum mores in uiciosis esse statim post diluuium coepit, Gen. 6. cum opibus, potentia, honoribus superbi, grassatores, feri, contentores, Dei ac hominum, omnibus cupiditatibus frenos securè laxarent, & vel violentis manibus grassarentur in alios aut superiores ut seditiosi Titanes, aut inferiores ut Tyranni & Centauri seu equites multi: vel falsis dogmatibus Deum contumelia afficiunt & Ecclesiam turbant in Haeretici: vel Epicuri de grege porcos se turpi vita & moribus ac sermonibus blasphemis & spurcis ostendunt, ut Cyclopes ἀστων 26.

γίγαντες Graeci ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῆς γῆς
deriuant, nam, partu terra nefando caelum tape-
tumq;

tumq³ creat sauumq³ Typhoea. Sic Paulus homines
Terra nos nominat, viciosis cupiditatibus indulgentes
tantum terrenis bonis inhiantes, 3.

Germanis VVIGAND dici existimatur,
quasi VVit Gebandt, qui manus habent longè lateq³
extensas, vel qui ἐν χειρῶν νόμῳ, manuum iure,
populum gubernant non iustis legibus: Tyranni, & e-
orum consiliarij, qui longis regum manibus abutun-
tur. Item qui Magistratui à Deo constituto, & recta
ratione gubernanti, violenta manu repugnant.
Ebraice Nephelim à cadente, vel lapsi à vera pietate,
ad impietatem & scelera vel Grassatores qui alios
iniuste ladunt, & cadere faciunt.

GIHON, fons ad occidentalem partem ciuita-
tis David seu montis Sion, 2. Paral. 33. 34. prope
quem Salomon rex victus est, 3. Reg. 1. vbi Chaldeus
paraphrastes Siloe transtulit. Sed fons Siloe ad orien-
tale latus montis Sion erumpens piscinam efficit prope
portam Fontis, Nehem. 3. גִּיחֹן, iisdem literis scri-
bitur, quibus Geon paradisi fluius, & ab aquarum
eruptione nomen habet, vel à GaH, extraho, quia
ex fonte deriuabantur aquae ad hortos irrigan-
dos.

Gildæ, sapientis de excidio & questu Britan-
iæ liber, circa annum Christi 580. scriptus
est.

GILO, vrbs in tribu Iuda, Ios. 15. patria Achitophel consiliarij regis Dauid, 1. Reg. 15.

גִּלּוֹ Giloh, apertus, manifestus.

Girouagi in regula D. Benedicti sunt monachi semper vagi.

Glofinda, vxor Chilperici regis Gallie, à proprio marito strangulata esse scribitur, cuius impietatem & libidines vagas reprehenderat, cœpit autem Sueffione regnare Chilpericus anno Christi 562.

GOAR, Gallus, Aquitanus, condidit monasterium in ripa Rheni, quod ab ipso nomen habet, circa annum Christi 600.

Goatha, loci nomen, Ierem. 31. LXX. verterrunt de electis lapidibus.

Gob, 2. Reg 21. fouea, puteus.

GODERICVS, episcopus Metensis in Lotharingia, tempore Gregorij I.

GODHARDVS, episcopus Hildelsheimensis successor S. Bernardi vixit circa annum Christi 1020.

GODOLIA, filius Aichan, patronus Ieremie Prophetæ (Iere. 26) euersa Ierosolyma proficitur à Nabuchodonosor Iudæis relictis in terra Iuda, sed mense septimo post interficitur ab Hismael, Ierem. 40. 41. 4. Reg. 25. Godaliah, magnificatus à Domino.

GODFRIDVS, Dominus de Bulion, quæ Lotharingie arx est, natus ex sorore Godfridi Ducis Brabantie.

Brabantia, & Lotharingia, patre vero Domino de
Bulion & comite Bononia in Gallia. Hic anno Chri-
sti 1099. cum alijs principibus Germanicis, Galli-
cis & Italicis recuperavit urbem Ierosolymam, &
Rex Ierosolymae creatus, terram sanctam aduersus
Saracenos defendit.

GODSCALCVS, filius Vdonis, nepos Mi-
stenoij regis Vandalorum, adolescens apud Canutum
Daniae regem aliquot annos in Norwegia, Anglia
& Scotia Daniae regi subiicienda militavit. Postea
in patriam reuersus, Vandalos ad veram agnitionem
Christi reuocauit, & sedem inspectionis ecclesiarum,
assentiente Alberto archiepiscopo Hamburgensi,
constituit in vrbe Megapoli, collocato ibidem primo
Episcopo Iohanne Scoto, qui postea anno Christi
1066. a Vandalis, religionem Christi denuo abijci-
entibus, crudeli supplicio affectus est. Quo ipso anno
Godscalcus etiam a suis popularibus Leontij ad Al-
bim, trucidatus est, die septimo Iunij.

Godscalcus, fortasse Germanicum nomen est
Godselig, Θεοσεύς, vel Dei seruus.

Billungus.

Mislaus. Sedericus. Nacco.

Mistenoius, qui Theodoricum mar-
chionem, a quo Canis per ignomi-
niam vocatus fuerat, ditione expulit.

Anatrachus

Anatrachus V D O / Gnaeus.

S. GODSCALCVS

Bute.

Nicolaus

PRIBISLAVS, vltimus rex Vandalorum, qui tempore Friderici Barbarossæ Imp. ad religionem Christianam adductus est. Ab hoc Pribislae, Illustriss. Principum Magapolensium familia, ad nostram vsq; ætatem propagata est.

GOG, Ezechielis 38. 39. terram Magog incolere & princeps capitis, seu precipuus & summus gubernator & rex Mosoch & Thubal, de lateribus aquilonis super montes Israel venturus esse scribitur. Fuit autem Syria vrbs Magog, quam Græci Hierapolin, id est, sacram & augustam Syrorum urbem nominarunt, teste Plinio lib. 5. cap. 25. Intelliguntur itaq; sub nomine Gog & Magog, Syria reges & vicinarum gentium, Asia, Moschorum, Cappadocum Chalybum, Cimmericorum &c. quibus Mosoch & Thubal, & Gomer filij Iapheth originem, & appellationem dederant. Promittit enim Ezechiel cap. 37. & sequentibus populo Israel in Babylone captiuo, & toto terra

to terrarum orbe disperso reditum in terram Israel, & instaurationem regni Davidis gloriosi & aeterni. Prædicit autem Israelitis reducibus ex captiuitate Babylonica, plurimum molestiæ & bellorum à Gog principe Magog, Mosoch, Thubal &c. hoc est. à regibus Syriæ & Asiæ, Antiocho Epiphane, præcipue illatum iri, Sed tamen DEVM punitis & deletis hostibus Ecclesiam populi Israel defensurum esse. Hac totius illius vaticiniij in Ezechiele summa est. Ut autem populus Israel, Ecclesiæ Christianæ typus & pars fuit, ita hostes populi Israel, typi fuerunt hostium ecclesiæ omnium temporum. Quare ad Saracenos, & Turcos, & alias gentes cruenta & atrocissima bella cum Christianis gerentes, rectè prophetia Ezechielis per allegoriam accomodatur, sicut Ambrosius lib. 2. de Fide, Tom. 11. longa Oratione vaticinium de Gog & Magog ad GOTHOS suo tempore ecclesiam Christi & Imperium Romanum oppugnantes transfert. GOG ISTE GOTHVS est, &c. Solent autem Prophetæ subinde de regno Davidis seu populi Israel, & regno Christi & restitutione Israelitis per Christum spirituali, in his terris inchoata, & in noua ac cœlesti Ierosolyma post resurrectionem consummanda simul & coniuuctè loqui, quod in Prophetarum lectione considerare necesse est, sicut in Apocal. cap. 20. etiam monui.

Quidam GOG filium Sabæ, nepotis Chus, primi in Arabia Felice principis fuisse: Ideoq; Saracenos ex Arabia

rabia Felice progressos potissimum significari arbitrantur. Sed prior sententia simplicior & verbis Ezechielis maxime consentanea est.

גולן, tectum domus planum, caelo expositum.

GOLAN, vrbs refugij in regione Basan.
Deut. 4. vide Gaulon.

GOLGATHA, caluariae locus ad occasum solstitialem vrbi Ierosol. situs, in quo Christus cruci affixus est, Matth. 27. Marc. 15. Iohan. 19. Nam Goleth, significat cranium, seu caluariam, à Galgal sphaera orbis, Situs autem fuit locus Golgatha versus occasum solstitialem vrbi Ierosolymae, quem sic dictum aliqui existimant, quia Adam ibi sepultus sit.

GOLIATH, Philistaeus Gigas à Davide caesus 1. Reg. 17. Alius Goliath interficitur ab Adeodato, 2. Regum 21. גלית Goliath, id est, transmigrans, exul, à Galah.

GOMER, filius Iaphet, Gene. 10. à quo Cimmericos ad Bosphorum Cimmericum & Maotidem partem, quorum Herodotus in Melpomene meminit, ortos esse consentaneum est. Inde progressi versus septentrionem (Ezech. 38.) in littore Baltico late dominati sunt, & Cimbrica Chersoneso & Sicambria nomen dederunt. Prorsus enim idem nomen est Cimmerici & Cimbri, vt Strabo lib. 7. testatur.

Gomer, coniunx Osee Prophetae, Ose. 1.
גומר Finiens, perficiens.

Gomer

Gomer, mensura nomen, quae est decima pars
Ephi, continens quatuor sextarios, Exod. 16.

עמר Omer, fasciculus, manipulus spicarum.

GOMORRHA, vna ex urbibus igne caelitus de-
misso crematis, Gene. 19. 10. 14. Esai 9. 2. Petri 2. 4.

Esai. 2 עמורח Amorah, vel ab עמר fasciculus spi-
carum, locus fertilis & letus vberis glebae, vel אמ Am,

מר Marah, populus rebellis.

Gordianus, praefectus Iuliani Imp. & martyr.

Gordius, praefectus Maximiniani Cas. propter
confessionem Euangelij igne extinctus est. De hoc
martyre extat Homilia D. Basilij pag. 365.

GORGIAS, capitaneus Antiochi Epiphaniis, cuius
copijs profligatis, Iudas Maccabaeus templum re-
cuperavit, 1. Mac. 4. 2. Mac. 8. 10. 12.

Gorgonius, Nicomediensis, eunuchus Diocleti-
ani Imp. propter fidem Christi strangulatus est, 9. Se-
ptembris.

GORTYN A, vrbs Cretae insulae, cuius mentio fit
1. Mac. 15.

GOSEN, vrbs in tribu Iuda, Ios. 11. 15. 10. גושן
Güsen, imber.

GOTHARDVS, Bauarus, primum Abbas Hirs-
feldensis, deinde episcopus Hildesheimensis, vixit tem-
pore Henrici sancti Imp. circa annum Christi 1020.
obijt die 5. Maij.

GOZAN, nomen fluminis & regionis, quam
Mesopotamia Syriae vicinam aut partem esse appa-
ret,

ret, 4. Reg. 17. Esai. 37. 4. Reg. 19.
lucris.

III vo

Gratilianus, martyr sub Claudio Imperatore.

GRAECIA, nomen regionis in Europa, quod in scriptura complectitur Macedoniam, Achaiam, Peloponesum, & insulas vicinas, vt Dan. 8. Alexander vocatur rex Graecorum, & Dan. 8. 10. Esa. 66. Ezech. 27. Ioel 3. vbi nos habemus, Graciam, in Ebr. eo est Iuan seu Ion. Paulus Roman. 2. 3. 10. & alibi comparat Iudeos & Graecos, appellatione Graecorum complectitur omnes gentes, quae non sunt de populo Iudaico.

GREGORIVS, natus in Ponto adolescens Beryti & Caesarea in Palestina Origenis auditor fuit postea episcopus Neocaesariensis in Cappadocia cuius confessio de tribus personis Diuinitatis luculenta proposita in Concilio Antiocheno, quod Pauli Samosatheni heresin damnauit. Extat eius Metaphrastola de Idolothytis. Recitantur & miracula, excitatum stagnum de quo rixabantur fratres. mons locumotus, Oraculum Apollinis inhibitum vnde & Γεωμετρησ cognominatus est. Euseb. lib. 6. cap. 24. 25. Trip. 8. lib. 8. Vixit circa annum Christi 260. Extat magna eius laudatio apud Basilium in lib. de Spiritu sancto, cap. 29.

GREGO

GREGORIVS Nazianzenus, natus in Cappadocia ex patre episcopo oppidi Nazianzon, cui postea successit. Fuit socius studiorum & collega D. Basilij, præceptor D. Ieronymi, ut ipse Ieronymus in comment. Esai. 6. testatur. Extant eius scripta eloquentissima, Orationes, Epistolæ, quæ etiam D. Basilij Epistolis admixtæ sunt, titulo, Gregorij Theologi, poemata & alia. Vixit post Basilium duodecim annos, & Ecclesiæ Constantinopolitanae præfuit eo tempore, quo Synodus Constant: contra Macedonium celebrabatur. Mortuus est circa annum Christi 400. die 13. Ianuarij. Integræ eius vitæ descripsit Gregorius Presbyter. Studiosos veræ pietatis & neruosæ eloquentiæ hortor, ut Scripta illius diligenter cognoscant.

GREGORIVS Nyssenus, frater D. Basilij, episcopus Nyssæ, scripsit de Homine libros 8. in complementum Hexaemeri. Ad hunc extat erudita Epistola Basilij de discrimine *ἁγίας ἡγῆ ἱεροσάου* pag. 536.

GREGORIVS MAGNVS qui inter quatuor doctores Ecclesiæ recensetur, natus Romæ, patre Senatore, iuuenis in studijs doctrinæ cœlestis, uixit in monasterio Ordinis Benedictini. Vnde euectus in fastigium episcopi Ecclesiæ Romanæ, præfuit annos 13. Instituit ceremonias & ordinem Cantilenarum & Psalmodiæ, nunc in Ecclesia Romana vsitatum. Mortuus est anno Christi 650. Extant eius scripta

in Iob, & Pastorale, & Epistole in primis lectu non indignæ propter temporum illorum historiam. Item Dialogi de miraculis Sanctorum, quos sæpe in hoc Onomastico citamus.

Gregorius, Arianus, pulso Athanasio fuit aliquandiu episcopus Alexandrinus, postea ipso quoque eiectione, Georgius Cappadox Ariane factionis patrocinium contra Orthodoxos suscepit.

Gregorius, episcopus Turonensis, decem libros Historiarum scripsit, in quibus vsq; ad annum Christi 594. peruenit. Gregorius, presbyter Spoletanus, martyr sub Diocletiano, die 24. Decemb.

GVERVS vel GOARIS ex Aquitania ad Rhenum accessit, & in diocæsi Treuirensi Evangelion docuit, circa annum Christi 600. Ab hoc nomen est oppido S. Guer ad Rhenum, celebratur 6. Iulij.

GVEL, filius Machi, explorator de tribu Gad, Nume. 13. מַלְאָכִים Maiestas Dei.

GVIDO Guitmandus archiepiscopus Aueranus tres libros contra Berengarium, scripsit tempore Henrici III. Imp.

GVNI, filius Nephthalim, nepos Iacob, Gene. 46. Nume. 26. גַּרְבָּלִים fortasse à גַּרְבָּל Hortus.

Gurbaal, locus Arabiae, 2. Paral. 26.

גַּרְבָּלִים timuit Dominus.

GUON, 2. Paral. 32. vide Gikon.

H

- H**ABACVC Propheta, vide Abacuc.
- H**ABENBOEM, oppidum in tribu Benjamin, prope Iordanem, Ios. 18.
- Ebraicè אבן־בוהן Ebenbohan, lapis Bohan.
- H**ABER, nepos Aser Patriarchæ, Num. 26,
- חבר Heber, socius.
- H**ABETDEVM, episcopus à Vandalis Arianis decollatus, circa annum Christi 440.
- H**ABOR, vrbs Assyriorum, in quam translata sunt Israelitæ, 4. Reg. 17. 18.
- חבור socius vel incantator.
- H**ADALI, pater Amasiæ, ducis Ephratæ, 2. Paral. 28.
- H**ADRACH, Zach. 9. vide Adrach.
- חרלוי desertor vel cessator.
- H**ADRIEL, maritus Michol filie Saulis, cuius quinq; filios, Gaobonitæ cruci affigunt, 2. Regum 21, 1. Regum 18. ערריאל Adriel, donec inhabitat Deus ab ער Ad דר Dar אל El.
- H**ÆMES, ciuitas in tribu Isaschar, sita ad torrentem Cison, Ios. 19. אבז Abez, lutetia.
- H**AI, oppidum in tribu Benjamin, vicinum Bethel versus ortum, vbi Abraham aliquandiu habitauit, Gen. 12. Hanc urbem expugnat Iosua cap. 7. 8. eamq; euertens facit עי Ai, cumulum seu acerrum.

HAIALON, ciuitas Leuitarum, in finibus tribus Dan & Iuda, & mons imminens ciuitati & valli super quo orante Iosua, Sol stetit inter Gabaon & Maceda, Ios. 10. 19. 21. אֵילוֹן Aialon, ceruus.

HAILA, vrbs Idumææ, sita in littore maris rubri, vicina Afiongabar, 3. Reg. 9. 2. Paral. 8. 4. Regum 14. 16. Deuteron. 2. Stephanus nominat אֵילֹאֵוֹר. Ebraicè אֵילֹוֹת Eloth, iuramenta, maledictiones plurale ab אֵלֹה Alah.

Haila, vrbs Assyriorum, in quam filij Israel à Sal-manassare, abducti sunt, 4. Reg. 17. 18.

חֵלֶה HalaH, planicies viridis.

Haiman, Ios. 15. Iud. 1. vide Achiman.

HAIMO, tertius episcopus Halberstadenfis circa A. C. 840.

HATIO, filius Aminadab, deducit currum, quo arca Domini Ierosolymam vehebatur, 2. Reg. 6.

אֲחִיו Actio, frater eius.

HAIRSEMES, vrbs in tribu Dan, Ios. 19.

עִיר שֶׁמֶשׁ Ir Semes, Ciuitas solis.

Halul, vide Alul.

Halus, Decima mansio Israelitarum, Num. 33.

אֲלוֹשׁ Alus, fermentum.

Hanniel, filius Ephod, diuisor terra eligitur. Num. 34. הַנִּיחַל misertus est Deus.

אֶפְדוֹ Ephod, pallium tegens humeros.

Hares, mons in tribu Dan, Iud. 1.

חֵרֶס Heres, sol.

Hari-

Harimarus, canonicus Herbipolitanus sub S. Burcardo, primus episcopus Padebornensis anno 795.

Hatto, ex familia regum Francorum archiepiscopus Moguntinus A. C. 900. qui vite Henrici Aucupis insidiatus est. Obijt 913.

Hatto II. abbas Fuldensis & archiepiscopus Moguntinus, à muribus in medio Rheno corrosus A. C. 969. proximè antecessit VVilligsum.

HEBAL, mons vicinus Garizim, in quo edificauit Iosue altare, & recitatae sunt maledictiones Legis, Deut. 27. 11. Ios. 8. עיבל Ebal aceruus vetus, ab עי cumulus, בלה Balah, vetus fuit.

Hebal, filius Iectan, nepos Heber, Gene 10.

עבר crassius truncus.

Alius, filius Sobal Horraei, affinis Esau, Gen. 36.

HEBER, pronepos Sem, à quo posterì omnes dicti sunt Hebraei, Gene. 11. Luc. 3. Vixit 464. annis. prorogauit ergo vitam, post mortem Abrahae, 64. annos vixit cum Isaac 140. cum Iacob 80. attigit annum 51. ante descensum in AEGYPTUM עבר Eber, peregrinator, ab אבר Abar, transiuit.

HEBER, filius Beria, nepos Aser Patriarcha Gene. 46 חבר socius.

HEBRÆI, orti ab Heber.

EPISTOLAE PAULI AD HEBRÆOS tres sunt præcipuè partes.

I. Hortatur, vt Euangelion de Filio Dei domino nostro Iesu Christo, Deo & homine, fide amplectantur, vt in requiem vitæ æternæ perueniant.

II. Doctrinam de SACERDOTIO & Sacrificio Christi, & de discrimine inter sacerdotium Aaronicum & Christianum orditur in fine 4. capituli, & pertexit vsq; ad medium decimi.

III. Adhortatur, vt Christum victimam Fide agnoscant & amplectantur, & in vera fide constanter in omnibus ærumnis cum Patientia perseuerent.

In PRIMO Capite duo loci præcipui sunt: Descriptio Personæ Filij Dei Domini nostri Iesu Christi: & collectio testimoniorum, quæ confirmant Christum Angelis præstantiorem esse, & septem discrimina Christi & Angelorum ostendunt.

IN SECUNDO, ponit Propositionem Primæ partis Epistolæ, cuius hæc summa est. Cum Deus Filium suum, Angelorum Dominum, nobis miserit, eumq; audiri iusserit: oportet nos vehementius attendere doctrinæ à Christo traditæ, & miraculis confirmatæ. Deinde Doctrinam de vera humana natura in Christo ex semine Abrahamæ assumptæ, vt pro nobis patitur, & sui ipsius sacrificio iram Dei placare possit, insignibus verborum luminibus exponit.

IN TERTIO, Redit ad exhortationem, eamq; illustrat.

illustrat testimonio Psalm. 94. Hodie si vocem eius audieritis &c. cuius hæc summa est. Cum Patres, propterea quod Moysis vocem auditam contemserunt, tanta seueritate puniti sint, adhortor vos, vt Euangelion de CHRISTO non repudietis, sed fide amplectamini, ne propter infidelitatem vestram æterna reque & vita priuemini.

In QUARTO, pertexit institutam exhortationem, eamq; concludit. Deinde orditur doctrinam de SACERDOTIO CHRISTI his verbis: Habentes igitur Pontificem magnum, qui penetravit caelos, Iesum filium Dei, teneamus confessionem veram fidei in Christum &c.

In QUINTO, definitionem Sacerdotis constituit. Sacerdos est Persona, à Deo vocata, vt offerat Sacrificium pro peccato, & intercedat ac oret pro alijs, habens promissionem quod certo exaudiat. Christus est à Deo vocatus ad munus Sacerdotis, & in diebus carnis suæ, hoc est, cum inter homines versaretur, preces & supplicationes soli Deo cum clamore & lacrimis obtulit, & exauditus est propter reuerentiam, hoc est, propter obedientiam ortam ex vera reuerentia, qua se Filius æterno Patri volens subiicit. Ergo Christus est verus sacerdos. Deinde in reliqua parte Quinti, & toto SEXTO Capite paululum digreditur à proposito & obiurgat Iudeorum segniciem in cognoscenda

Euangij doctrina, & pœnas eis minatur, nisi in agnita veritate Euangelij persistant.

IN SEPTIMO, redit ad propositum & eruditè declarat, Quomodo Christus sit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & OCTO discrimina inter Sacerdotes Leuiticos & Christum exponit. In VIII. & IX. capite, de SACRIFICIO quod Christus offert, & de discrimine Sacrificiorum Veteris & Novi Testamenti disputat.

DECIMO Capite, ostendit sacrificia Leuitica, non sustulisse peccata, sed tantum fuisse Typos sacrificij Christi, qui vnica oblatione consummauit in perpetuum sanctificandos. Deinde adhortatur Iudeos, vt ad summum sacerdotem Iesum Christum vero corde ἐὼς ὠλησθησθε ἰαμί τῆς εὐαγγελίας accedant, & in fide per Patientiam perseuerent. Atq; hoc est tertiae partis Epistolæ initium ab his verbis: Cum igitur fratres habeamus libertatem abundandi in Sancta per sanguinem Iesu &c.

XI. Capite, exemplis omnium sanctorum Patrum hortatur Ebraeos ad FIDEM & perseuerantiam. In XII. Capite, ad PATIENTIAM in cruce & temptationibus adhortatur, ab Exemplo Christi, à similibus Filiorum, à premijs & pœnis. II. Inserit admonitionem de tuenda concordia & castitate. III. Precipua epistolæ capita repetit illustrata imagine duorum montium Sinai & Sion, & testimonio Aggei confirmat doctrinam de abrogatione Legis. In fine concludit:

fit: Ergo Christi regnum eternum fide suscipiamus, cum talem habeamus gratiam, per quam ita DEVM colere possumus, vt ipsi placeamus cum reuerentia & religione.

In XIII. Capite, additur Farrago multarum sententiarum de varijs virtutum officijs. De Philadelphiâ, de Hospitalitate, de Sympathia seu misericordia, de coniugali castitate, de ΑΥΤΑΡΧΙΑ & fugienda auaritia, de Reuerentia erga ministros, de perpetua & miranda conseruatione & gubernatione Ecclesie per Christum, de tuenda puritate vnus vera doctrine, de veris sacrificijs Deo placentibus, Patientia in cruce & celebratione Dei, de beneficentia, de obedientia erga ministros. Postremo petit, vt pro se orent, & valedicit insigni forma verborum.

HEBRON, metropolis tribus Iuda, in monte sita, vrbs sacerdotum ac refugij, Ios. 20. 21. qua & Arba & Cariatharbe, & Mambre dicta est, distans à Ierosolymis quinq; milliaria Germanica, versus occasum brumalem: fuit antiquissimum Domicilium patriarche ABRAHAE, Gene. 13. vbi audiens promissionem DEI, Noli timere, Ego protector tuus sum, & merces magna valde: CREDIDIT Abraham Deo & imputatum est ei ad Iusticiam, Gene. 15. Ibidem repetitur promissio: Ero Deus tuus, & Seminis tui post te: & instituitur circumcisio, Gene. 17. Ibidem conuiuio excipit Filium Dei comitatum duobus angelis Gene, 18. Ibidem moritur & sepelitur

Sara, Gene. 23. & Abraham ipse Gene. 25. & Isaac, Gene. 35. & Iacob Gene. 50. Hanc septem annis ante Thanum urbem Aegypti conditam esse scribitur, Nume. 13. videlicet non diu post diluuium, circa tempora Beli. Fit praeterea illius mentio Ios. 14. 15. 10. 11. Iud. 1. 2. Reg. 2. 3. 4. 5.

עברון Hebron vel Chebron, vt in Tabula Palestinae scribitur latinè Collegium, societas, קוֹמָה עִיר.

HEBRON, filius Caath, patruus Moysis, Exod. 6. Num. 2. עברון societas.

HEBRONA, 31. mansio Israelitarum, Nume. 33.

עברנה Abronah ab עבר transiit.
HEDVVIGIS, filia Berthodi ducis Carinthiae & Moraviae matertera S. Elisabeth Turingiae: vxor Henrici Barbati Ducis totius Silesiae, quae anno proximo post filium Henricum pium, à Tartaris casum, anno 1243. die 9. Octobris, ex hac vita decessit: anno 1266. in diuorum numerum relata est.

Boleslaus Criuouſtus Rex
Poloniae ⊕ 1119.

Vladislaus
ſtirps Ducum
Sileſi.e.

Caſimirus &c.
Rex Poloniae



Boleslaus al-
tus ⊕ 1201.

HENRICVS
Barbatus maritus
S. Hedvigis ⊕
1218.

HENRICVS PIVS
à Tattaris, prope Lignicium
casus Anno Christi 1242.
à quo Duces Lignicenses
& ceteri Silesia principes
pleriq; propagati sunt.

HELA, filius Baasa, quartus Rex Israel, 3.
Regum 16. Alius, pater Osee regis Israel, 4. Re-
gum 16.

הלה Ela, quercus.

Helam, Gene. 10. vide Elam.

Helama, oppidum regionis Galaad.

הלעם Helaam ab הל agrotavit.

Helath, oppidum Idumæe maritimum, Deut.

הלית Elath, iuramenta, Vide Haila.

Helcana, pater Samuelis Propheta, 1. Reg. 1.

הלקנה

LESCVS CONRADVS
Rex Polon. Dux Masouia, qui
⊕ 1226. Crucigeros in Bo-
russiam primum
vocauit A. Christi
1217.

אלקנא Elkanah, Dei possessio.

Alius, filius Chora, Exod. 6.

Helchæus, cognomentum propheta Nabum, a patria sumptum. Est enim Elcese pagus Galilee, in quo natum esse Nabumum, Ieronymus existimat.

Alius, autor sectæ HELCE SAITARVM, quæ confessionem oris adiphoron esse sensit, si modo fides in corde retineretur. Eusebius lib. 6. cap. 28. Vixit in Arabia circa annum Christi 250.

אלקשי ElkoSi, Deus indurans.

Helchetem, oppidum Leuitarum in tribu Dan, Ios. 19. 21. אלתקה Eltheke, ad auscultationem.

HELCHIAS, summus Sacerdos, tempore regis Iosie, 4. Reg. 22. 2. Paral. 34. 35. auus Saraie, qui una in captiuitatem Babylonicam abductus est, 1. Paral. 6. 4. Reg. 25. Sed 2. Paral. 34. ubi nos habemus Saphan, filium Helchie, in Ebræo est אצלירא, magnus Dominus.

Alius pater Eliakim, præfecti aula apud Regem Ezechiam, Esaiæ 22. Alius, pater Ieremie Prophetæ, Ierem. 1. Alius, pater Susannæ, Dan. 13. חלקיהו Hilkiyah, hereditas Domini.

Heldaa, filius Madian, nepos Abraha, Gene. 25.

אלדעא Eldaa, Deus scit.

HELDAD, Propheta, Num. 11.

אלדרר ad dilectum.

Helech, filius Galaad, Num. 26. Ios. 17.

חלק

חֶלֶב *diuisio.*

HELEB, ciuitas in tribu Nephtalim, non procul
 a Cesarea, Ios. 19. חֶלֶף Heleph, uariatio.

Helem, Zach. 6. חֶלֶם somnium.

HELENA, filia Cæli regis Britannia fuisse
 existimatur mater Constantini magni, inuenit Iero-
 solymis sanctam crucem & clauos. Historiæ Trip. lib.
 2. cap. 18. Alij Helenam Pandochei filiam Drepani
 in litore Asiatico Hellesponti, non procul a Nicome-
 dia, & Constantij Chlorig concubinam fuisse scribunt,
 ex qua Constantinus vobis natus sit.

Ambrosius in funere Theodosij Stabulariam
 hanc primo fuisse asserunt sic cognitam Constantio
 seniori, qui postea regnum adeptus est. Bona
 stabularia quæ tam diligenter præsepe Domini
 requisit.

חֶלֶבָה, Deus miserorum.

Heleph, oppidum in tribu Benjamin, Iosue 18.
 חֶלֶף Eleph, mille.

HELI, Sacerdos, ortus ab Ithamar filio
 Aaronis (teste Iosepho lib. 5. cap. vlt. & 1. Pa-
 ral. 24.) & Iudex populi Israel, 40. annis, 1.
 Reg. 1. 2. חֶלִי Eli, opprobrium, ab חֶלֶל Alal,
 vel infans, ab חֶלֶל Ol.

HELIAM,

HELIAM, pater Bethsabeæ, uxoris Vria,
2. Regum 11. **אליעם** Eliam, Dei mei populus.

HELIAB, filius Isai primogenitus, frater David
Regis, 1. Reg. 16. 17. 2. Paral. 11. **אליב** Eliab,
Deus meus pater. Alius, nepos Ruben, pater Dathan
& Abiron, qui hiatu terræ absorbentur, Nume. 16.
Alius, filius Helon, princeps tribus Zabulon in deserto,
Nume. 1. 2. 7.

Heliachim, præfectus prætoria regis Ezechie
4. Reg. 18.

HELIACHIM, filius Iosia, frater Ioachas &
Sedechie, alio nomine dictus Ioachim, 4. Regum 23.
1. Paral. 36. **אליקים** Eliakim, Dei resurrectio.

HELIAS, Propheta, natus in regione Galaad.
Currus Israël & auriga eius, hoc est, præcipuus do-
ctor, cuius consilio, pietate & sapientia gubernaba-
tur Ecclesia Dei & Respublica Israël: circa medium
mundi vixit, tempore Iosaphat regis Iuda, & Achab
regis Israël, præfuit annos circiter 30. Reuocat
in vitam filium viduæ Sareptana, 3. Regum 17. Lu-
cæ 4. Trucidat Sacerdotes Baal, 3. Regum 18. Pre-
cibus suis pluiam à Deo impetrat, 3. Regum 18. Ia-
cob. 5. Denunciat penas Ioram regi Iuda, 2. Paral. 21.
4. Regum 1. Luc. 9. Curru igneo in cælum vehitur,
4. Reg. 2. Quod autem Melachias propheta scribit,
Heliam venturum esse ante Christum, id de Iohanne
Baptista

Baptista interpretatur Angelus Gabriel, Luc. 1. & Christus Matth. 11. 17. Marc. 9. Luc. 9. Falso igitur ex hoc Malachia dicto vulgus opinatur, ipsum Heliam vna cum Iohanne & Enoch, ante extremum diem, rediturum, & Antichristi errores refutaturum esse.

אֱלִיָּהוּ Eliab, Deus meus Iehoua. Sedulius Grecum etymon, ἀπὸ ἡλίου deducit. Nam si sermonis Achiui. Vna per arcentum mutatur litera, Sol est.

Heliasaph, filius Ducl, princeps tribus Gad in deserto, Num. 1. 2. 7.

Alius, princeps familie Gersonitarum, Num. 3.

אֱלִיסָפָא Elisaph, Deus auxit.

אֱלִיעֶזֶר Deuel, cognoscent Deum.

Helida, filius Dauid regis 2. Reg. 5.

אֱלִיָּאָד Eliada, Deus nouit.

Heliadat, filius Gasalon, diuisor terra Canaan, Num. 34.

אֱלִיָּאָד Eliadad, Deus dilectus.

כִּסְלוֹן Cision, stultus, vel sidus Orionis.

HELIM, Sexta mansio Israelitarum in deserto, vbi erant 12. fontes aquarum, & 70. palmae, Exod. 15. Num. 33.

Item, fontis nomen in Moabitide, Esa. 15.

Ebraice אֱלִיִּם Elim, fortes.

Heliodorus, missus a Seleuco rege Syriae, vt thesauros Templi Ierosolymitani diriperet, diuinitus reprimitur flagellis. 2. Macc. 3. 5.

HELIOPOLIS, Aegypti ciuitas, & Nomus, habet Ptolemæo teste gradus long. 62. latitud. 30. Ebraicè **ון** On, virtus vel dolor, Genes. 41. 46. Ezech. 30. Huic vrbi vicina est Bethsemes.

HELIPHATZ, filius Esau, pater Amalech, à quo Amalechitæ in Idumæa orti sunt, Gene. 36. Huius Heliphazi, nepos fuisse existimatur Heliphaz Themanites in Iob. **אליפז** Eliphaz, Deus fortis.

Helipheleth, filius Dauidis regis, 2. Reg. 5.

אליפלט Eliphalet, Deus liberauit.

Helisa, vide Elisa.

HELISAEVS Propheta, qui Ecclesiam studio doctrinae, & multa consilia politica regum Israel in populo Dei gubernauit annos amplius octoginta, tempore Ioram, Iehu, Ioachas & Ioas regum Israel, & Ioram, Athaliae, Ioas & Amasia regum Iudæ. Filius Saphat, ex tribu Manasse, & oppido Abelme-hola oriundus, & ab aratro ad munus propheticum vocatus, 3. Regum 19. fidus & diligens Discipulus & successor Eliae Prophetae, cuius in caelum ascensuri Spiritum duplicem seu dona ad Ecclesiam & scholam in populo Dei gubernationem magno & alacri animo gerendam necessaria petit, 4. Regum 2. Visitat Ecclesias & Scholas celebriores in Iericho & Bethel, 4. Regum 2. vbi à pueris petulantibus & ingratis derisus, & contumelijs affectus, non deterretur à suo officio, sed bene de republica mereri perguit. precibus impetrat

impetrat exercitui Israelitico pluuiam, 4. Regum 31.
 Vidua & orphanis miseri concionatoris à creditoribus vexatis opitulatur lecytho olei perennis, 4. Regum 4. resuscitat filium Sunamitidis, 4. Regum 4. Aquas amaras inperso sale salubres reddit in Iericho, 4. Regum 2. qua imagine, radices doctrinae & virtutis amaras, sed fructus Deo benedicente & sale sapientiae condiente dulcissimos esse simul ostendit. Centum Scholasticos in Gilgal tempore famis pascit tenui victu herbarum agrestium & $\kappa\omicron\lambda\omicron\upsilon\upsilon\theta\omega\nu$, cuius amariciem infusa farina verbi & promissionum diumarum tollit, 4. Regum 4. Naaman Syrum leprosum mundat, & auarum ac mendacem famulum Giezi eadem plaga punit, 4. Regum 6. Ferrum securus in Iordanem fl. delapsa in summa aquae fluitare facit. 4. Reg. 6. obsessus ab exercitu regis Syriae in Dotham, excubijs Angelorum Seraphim custoditur, 4. Regum 6. & paulò post in horrenda fame regi Israel in Samaria obfesso mirandam liberationem & annonae vilitatem praedicat, 4. Regum 6. 7. Sunamitidem hospitam instante alia fame migrare iubet: & Damasci, mortem regis Benadab & successionem Azaelis praedicat, 4. Reg. 8. per discipulum vngit Hieu regem Israel, 4. Regum 9. Tandem in morbo vaticinatur de victorijs Ioas regis Israel, & moritur, 4. Reg. 13. vbi cadauer viatoris à latronibus in sepulcrum eius obiectum renixit, Syrac. 48.

וְיִשְׁרָאֵל Elisa, Dei salus.

Helisama, filius Davidis, 2. Reg. 5.

אלישמא Deus exaudiuit.

Alius, princeps familie Caathitarum, Num. 3.

Alius, Num. 7. vide Elisama.

Helisaphan, filius Pharnath, diuisor terra, Num.

34. אלִּיצְפָן Deus speculator. פֶּרְנָךְ bos vagus.

Helisua, filius Davidis regis, 2. Reg. 5.

אֵלִישׁוּעַ Elisua, Dei mei orator, vel salus.

Heliu proauus Samuclis Propheta, 1. Reg. 1.

HELIV, filius Barachel Buzites, cuius in Iob ca.

32. 33. 36. mentio fit, existimatur ortus esse à Buz, filio

Nachor, fratris Abrahæ, Gene 22. Et eundem esse scri-

bunt patrem illum Balaam, cuius historia Num. 22.

23. 24. 31. extat.

אלוהו Deus meus iste.

Hellel, pater Abdon Iudicis Israel, Iud. 12.

הלל hillel, laudauit.

Helmadam, pater Cosam, in genealogia Christi,

Luca 3. אֶלְמָדָם Lamad, docuit.

Helmondeblathaim, 40. mansio Israelitarum

ex Aegypto egredientium Num. 33.

עֵלְמֹן דִּבְלַתְהַיִּמָּה Almon Diblathaimah, con-

temptus plagarum seu opprobriorum.

Helnathan, aulicus Ioachim regis Iudæ, capit Vri

anti vitæ Jeremiæ, contradicit, Jerem. 36.

אלנתן Elnathan, Deus dedit.

HELON

HELON, *socer Esau, Gene. 36. Alius, filius Zebulon, Num. 26. in Genesi nominatur Chelon.* אֵלוֹן
quercetum.

אֵלוֹן Elon, quercetum.

Alius pater Heliab principis in tribu Zabulon,
Num. 1. 2. אֵלוֹן Helon, exercitus.

HELON, *ciuitas in tribu Nephtalim, non procul a Iordane, Ios. 9.* אֵלוֹן Elon, quercetum.

Alia in tribu Dan, Ios. 19. 3, Regum 4. *cogita an eadem sit ciuitas Sacerdotalis in tribu Iuda, Iosua 21.*
אֵלוֹן Holon, ab אֵלוֹן Hol quod varia significat, dolere, morari.

HELTECEN, *oppidum tribus Iuda, prope Bethlehem, Ios. 15.* אֵלְתֶקֶן Eltekon, Deus restituit.

Heltheco, *ciuitas Leuitarum, in tribu Dan, Iosua 21. 19.* אֵלְתֶקֶה Eltheke, אֵלְתֶקֶה auscultauit.

HELTHOLAD, *oppidum tribus Simeon, inter Lachis & Ascalonem, Ios. 19. 15.*

אֵלְתוֹלַד El Tholad, Deus parens.

Heluidius, *Antidicomarianita, refutatur duobus libris a S. Ieronymo.*

HEMAN, *filius Iobel filij Samuelis prophetae, ex tribu Leui & familia Chaathitarum, praefuit Schola Musica, quam instituit Dauid, 1. Paral. 25. 6.*

Leui filius Caath, huius Isuar, huius Chore, huius Abiasaph, Hinc ortus Samuel & Heman, cuius

mentio sit, Psal. 87. & 3. Regum 4. vbi inter sapientissimos viros sua etatis numeratur.

Heman, dextra.

Hemona, villa in tribu Benjamin. Ios. 18.

Hemiterius, Cataguritanus, martyr, à Prudentio celebratur, Hymno. 1. 540.

Hemmeranus, vide supra Emeranus.

HEN, Zach. 6. חן Gratia,

HENNADA, ciuitas in tribu Isaschar, Ios. 15.

חן חדד En Haddah, fons letitia.

HENAM, oppidum in finibus Palestina, versus septentrionem & ortum, Nume. 34.

חן ענן Enan, fons. s. Iordanis.

HENRICVS, sanctus Imperator Germanus, obiit anno Christi 1025. singulari pietate & beneficentia fons Ecclesiarum, fundauit Episcopatum Bambergensem, & monasterium S. Michaelis in colle, quem Münchsberg nominant. Sororem elocauit Stephano Vngarorum regi, per quem regnum Vngaricum ad agnitionem Christi adduxit, cum coniuge Kunegunda sepultus est Bambergæ in Franconia.

HER, filius Iuda Patriarchæ, maritus Thamar, Gene. 38. 46. Nume. 26. Ebraicè ער Er, nudus, orbis vel vigilans.

HER, filius Gad, Nume. 26. In Genesi scribitur Beri. Ebraicè ערי Eri, nudus.

HER, pater Helmadam, Luc. 3. חרמון mons.

HERAN nepos patriarchæ Ephraim, Num. 36. ערעיר nudus. Heraclas

Heraclas, hypodidascalus Origenis in scola Alexandrina postea episcopus Alexandrinus ante Dionysium, Eusebius lib. 6. cap. 12. 19. Obijt: anno Christi 250. lib. 6. cap. 21.

HERACLIDES Alexandrinus eremita tempore Theodosij primi Imp. *Vitas Eremitarum* scripsit, editas à Iacobo Fabro Stapulense.

Gerbertus, Vormatiensis, primum cancellarius Ottonis III. Imperatoris, postea episcopus Colonienfis.

Herculanus, episcopus Perusinus, expugnata vrbe, à Gottis interfectus, circa annum CHRISTI 550.

Hered, filius Bale, nepos Benjamin, Num. 26.

הרע ארעא, maledicta dominatio.

Hereth, Ios. 12. In Ebr. eo est ערר, vide Arad.

Herma, Ios. 12. הרמה Hormah, anathema, excisio, vide Hormah.

HERMES, cui salutem precatur Paulus Roma. 16. scribitur autor esse libri, qui appellatur PASTOR (Eusebius lib. 3. cap. 3. Ieronymus in Catalogo) quem Athanasius de Incarnatione verbi; Origenes lib. 1. de princip. cap. 3. Homil. 13. in Ezechielem Clemens Alexandrinus lib. 8. Stromat. & alij, vult vtilem librum laudant, & qui in Græcis quibusdam Ecclesiis publicè legi solitus est. Apparet autem, ad imitationem visionum Danielis & Apocalypseo Iohannis scriptum esse. Quinq; enim visiones reci-

tat, in quibus Ecclesia, specie mulieris, eum ad agnitionem peccati, ad penitentiam & puritatem vita hortatur, & de adificatione Turris Ecclesie per ministros & miranda defensione aduersus bestiam huius mundi erudit & consolatur. In Quinta visione Filius DEI habitu pastorali apparens duodecim Mandata dat de precipuarum virtutum officijs, de Fide in vnum Deum, de innocentia vite, de veritate, pudicitia, mansuetudine, Iustitia, Timore Dei, abstinentia, fide non dubitante, cauenda tristitia, spiritu terrestri & cupiditatibus prauis. Deinde decem similitudinibus a peregrinatione, viti & vlmo, Arboribus aridis, & viridibus, cultura vinee, pastore deliciarum & poenarum, virgis Salicum, adificatione Turris ex lapidibus duodecim montium &c. precepta vite pie & sancte instituende, & doctrinam de Ecclesia & premijs piorum ac poenis improborum adumbrat. Hec totius libri summa est. Visione I. I. ci. prophetarunt. Prope est Dominus conuertentibus se.

HERMES, Trismegistus Isidis & Osiridis consiliarius & legatus, quem Plato in Phaedro Theus nominat, auus Mercurij Trismegisti, cuius Pymander & Asclepius latine excusi extant.

Hermogenes, amicus inconstans in rebus aduersis, deserit Paulum captiuum, 2. Timoth. 1.

Hermogeniani, in Africa Sabellij haeresin sparserunt, & simul docuerunt, materiam mundi Deo coeternam

co. eternam fuisse. quod cum ex Stoicorum Philosophia
 sumtum esset, Tertullianus refutans Hermogenem,
 scribit, Philosophos Hæreticorum patriarchas esse.
 Vixit circa annum Christi 200.

HERMOLAVS, præceptor S. Pantaleo-
 nis, & Hermippus ac Hermocrates ipsius fratres,
 Nicomedia martyres Christi fuerunt sub Maximia-
 no Imp.

HERMON, iuga montium Libani, à Tyro &
 Sidone vsq; ad fontes Iordanis, & ulterius ad grad.
 lon. 67. 33. lat. 33. 20. porrecta, & inde versus meri-
 diem reflexa terram Basan, à Coelesyria & Ammo-
 nitide dirimunt. Ios. 11. 12.

Psal. 42. rectè distinguenda est sententia: Pro-
 pterea memor ero tui, de terra Iordanis & Hermo-
 nym, à monte modico. Significat enim se habi-
 tantem in monte medico, Sion, in terra Palestina (quæ
 irrigabatur à Iordane, & cingebatur ampliss. & al-
 tiss. montibus Hermon, & sedes erat veræ Ecclesiæ
 Dei) memorem fore Domini Dei isthic patefacti. A-
 mort ei nominant eos montes Sanir, teste Mose, Deu-
 teron. 3. Est etiam mons Hermon in sinibus
 Isaschar, ad cuius radices Nain oppidum situm est,
 long. 66. 30, lat. 32. 30. חרמון Hermon, à חרם Ha-
 ram, deleuit, excidit, exterminavit. Scribunt
 enim Cain excommunicatum edificasse ciuitatem in
 Libano. vnde fort assu pars montis nomen accepit.

HERODES MAGNVS, Rex Iudææ, à Senatu

Romano electus, anno ante natum Christum 28. fuit filius Antipatri Aſcaloniae Idumaei, quem Iulius Caesar, confecto bello Alexandrino Iudaea praefecit. Huius Herodis temporibus CHRISTVS conceptus & natus est, Matth. 2. Luc. 1.

Herodis filius fuit HERODES ANTIPAS TETRARCHA Galilaeae, qui Iohannem Baptistam decollavit, Matth. 14. Marc. 6. Luc. 3. 9. 13. Acto. 13. & Christum à Pilato ad se missum contumeliose dimittit, Lucae 23. Huius historiam Iosepho lib. 18. cap. 9. 10. 14. prolixè expositam, breuiter his verbis excerpfit Eberus.

Herodes Antipas, Tetrarcha in testamento patris factus, Galileam accepit, & Peraeam, quae est regiuncula fertilissima trans Iordanem, inter duos lacus, Tiberialis & Asphaltiten. Sed non contentus hoc munere patris, fiducia prioris Testamenti, cum fratre Archelao Romae coram Augusto de regni possessione contendere ausus, aliud nihil impetrauit, quam suam sibi à patre legatam Tetrarchiam confirmari. Coniugem habuit primum Aetiae regis Arabum filiam, annos amplius quindecim. Sed postea euocatus Romam, cum in transitu ad fratrem diuersisset Philippum Tetrarcham, captus amore Herodiadis, filiae fratris sui Aristobuli, cum illa nuptias pacem. Reuersus igitur ex Italia, Herodiam cum filia Salome à fratre abducit, qua iniuria offensa Aetiae filia,

filia, clam ad patrem in Arabiam aufugit, unde postea luctuosum bellum exortum est. Nam Aretas iniustum diuortium filie vindicaturus, maximum exercitum contra Herodem misit, à quo commisso proelio, Herodis copiae ingentes caese sunt.

Hic Herodes Antipa etiam Ioannem Baptistam in vinculis aliquandiu habuit, in oppido munitissimo Macherunte, sito in sinibus Peræ & Arabia, iuxta Asphaltiten lacum, eò, quod nefarium hoc connubium cum fratris coniuge palam reprehenderat Iohannes. Tandem adultera Herodias arte perfecit, ut sanctissimus vir capite truncaretur.

Idem Herodes insidijs opprimere voluit Christum quoque in Galilea docentem, & postea missum captum à Pilato, cum contumelia à se dimisit, cum nolisset Christus ipso petente & expectante signum aliquod edere.

Tandem verò hic interfector Baptiste, & subannator Christi, à Caio Caligula, propter suspicionem in ius fœderis, cum rege Parthorum ad exilium perpetuum deportari Lugdunum in Galliam iussus est, cuius quidem exilij comitem habuit Herodiadem deserricem mariti. Hanc pœnam ambo meruerunt eo, quod incastris nuptijs commixti, deque illius peccati magnitudine admoniti, innocentissimum virum Iohannem Baptistam iniquo pretextu religionis iuris iurandi interfecerunt. Secuta est igitur hæc calamitas decennio ferè post obtruncatum Iohannem,

anno octavo, postquam Iesum Christum vinctum ad se missum per ludibrium veste splendida donatum, ut hominem fatuum, rursus a se abegit Herodes.

Alius est Herodes, filius Aristobuli, nepos Herodis primi, qui post Herodem Antipam, relegatum in Galliam, non modò Galilææ tetrarchia, verum etiam Rex Iudææ à Claudio factus est, & Iacobum Apostolum capite truncauit, Act. 12.

Antipater Idumæus.

HERODES MAGNVS

qui trucidat infantes, Matth. 2. Luc. 1.

Huius filij

Archelaus
Ethnarcha
Iudææ
Matth. 2.

Herodes
Antipas
Tetrarcha
Galilææ
Luc. 23. 13
9. 3. Marc.
6.

Philippus
Lucæ 3.
Matth. 14

Aristobulus
à patre inter
fectus.

HERODES Agrippa
Rex Iudææ, qui S. Iacobum
maiolem decollauit,
Acto. 12

AGRIPPA
post mortem
rex Chalcidie
Act. 25. 26.

Bernice
Act. 25. 26.

Druvilla
Act. 24.

Herodes

Ἡρώδης vel ab Ebr. eo לרה ריש conceptionem suam triturans. Nam aliquot filios interfecit, vel à Græco Ἡρώης vir aereus, cœlestis, diuinus, κατ' ἀίτι-
 Φερον.

HERODIAS, neptis Herodis primi, ex filio Aristobulo, nupta fuit primum Philippo patruo. Ab hoc abduxit eam frater Philippi, Herodes Antipas. Quod scelus cum accusaret Iohannes Baptista, fraude & violentia Herodis interfectus est, Marci 6. Matthæi 14.

Herodiani, Matth. 22. addicti Herodi, disputantes Herodi potius esse præstandam obedientiam quam Romanis.

Herodion, cognatus S. Pauli, Romæ doctrinam Christi amplexus est, Rom. 16.

Heser, 3. Reg. 9. In Ebræo est חצר Hazor, vide supra Asor.

Hesthaal, vrbs in tribu Dan, Ios. 15. 18. Iud. 13. 18.

Ἡστῆαι Esthaol, postulabo.

HESTER, Iudæa, ex tribu Benjamin, cuius parentes translati erant in Babylonem cum rege Iechonia, alio nomine dicta Hadassa, coniunx Assueri, quem Darium Hystaspis regem Persarum quidam fuisse dicunt. Metasthenes & Philo, Darij Medi filium faciunt. Ieronimus Tom. IIII. fol. 9. 10. D. A.

Herodotus lib. 3. pag. 102. scribit Darium duas uxores habuisse, Atosam & Aristonam. Atossa nomen congruit cum Hadassa.

הדסה *Hadasa* א' הכר *Hasad*, myrtus vel olea.
 א. אסתר *Esther*, א' סתר *abscondita*. *HESICHII*,
Nazianzeni discipulus, cuius in *Leuiticam* commen-
 tary extant.

Hefichius, episcopus *AEgyptius*, martyr sub *Dio-*
cretiano, *Euseb. lib. 8. cap. 14.*

HETHAEI, sic dicti a filio *Chanaan*, *Genes.*
10. tenuerunt Hebron & vicina loca, vide supra Ethei
 חת *Heth*, pavor, terror.

Hezriel, filius *Galaad*, *Iosue 17. vide Asrihel.*
HIEBUSAEVS filius *Canaan*, nepos *Chan.*
Genes. 10. 15. tenuit Ierosolymam & Gabaa, Ios. 3. 9.
Zach. 9. 3. Reg. 9. Ebraice יבוסי Iebusi, conculca-
tor, contemtor, בוט.

Hiedelias, Dux in aula regis *Sedechie*, *Iere-*
mie 38. גרליה *Gedeliab*, magnus Dominus

Hiedor, vrbs in tribu *Dau*, *Ios. 15.*

גדור *Gedor*, sepes.

Hieracitæ, a quodam *Hierace*, in *AEgypto*, orti,
 negant resurrectionem corporum, improbant coniu-
 gia, negant infantes esse heredes vitæ eterne, vide
Epiphan. pag. 303. Hierax, vixit circa annum *Chri-*
sti 300.

Hieremel, oppidum in tribu *Iuda*, *1. Red. 27. 30.*

רחמיאל *IeraHmeel*, misericordia Dei.

HIERAPOLIS, vrbs *Asiæ* minoris vbi *Typhon*
 ardens sepultus scerebatur in sinibus *Lydiæ & Phrygiæ*
 maioris

maioris sita, non procul à Laodicea. Habet gradus long. 60. lat. 38. Fit eius mentio, Colos. 4

Hiercon, in tribu Dan, Ios. 19.

מֵי הַיַּרְקוֹן Me Iarkon, aquæ olerum.

HIEREMIAS, Propheta, filius Helchie, (quem existimant summum sacerdotem fuisse, cuius 4 Regum 22.2. Paral. 34. 35. mentio fit) Concionatus est Ierosolymis annos 40. ab anno 13. Iosia, vsq; ad excidium Ierosolymæ.

Maxima autem pars concionum Ieremiæ consuitur in accusatione Peccatorum, & in primis Idolatriæ & libidinum, & contentus ministerij ac verbi diuini: & in prædicatione horribilium pœnarum & excidij vrbis ac regni Iudaici, Quarum comminatione ad pœnitentiam serio agendam, populum adhortatur.

Miscet etiam alicubi Doctrinam Euangelij propriam, de persona & beneficijs & regno Christi, de iusticia fidei, de discrimine veteris & noui Testamenti, cap. 23. 30. 31. 33. Ac citantur Ieremiæ conciones Matth. 2. Dan. 9. Ebra. 8. 2. Macc. 2. 15.

4. Esdr. 2. Apparet autem conciones Ieremiæ, non eo ordine, quo nunc conscriptæ extant, habitas, sed sine certa temporis ratione ὕστερον πρότερον, congestas esse. Itaq; breui tabella eas Ieremiæ conciones, quibus temporis notatio addita est, in ordinem redigam.

Anno

Anno Iosie regis
mundi Iudæ.

3324 13

Ieremias diuinitus ad functionem
Propheticam vocatur cap. 1. & Idola-
triam ac cetera peccata populi graui-
simè taxans, excidium ipsi commina-
tur, cap. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. & deinceps vsq[ue]
ad cap. 20.

3342

1

IOACHIM Rex Iudæ.

1

Ieremias predicens templum & vr-
bem Ierosolymam, sicut Silo euersum iri,
capitur à sacerdotibus, & rursum dimit-
titur, cap. 26.

2

Regi Ioachim de officio Regis concio-
natur, & sepulturam Asini denunci-
at, cap. 22. 36.

3

Exemplo Rechabitarum seruanti-
um mandata Ionadab: inuitat Iudæos
ad obedientiam DEO præstandam
cap. 35.

3353

4

Prædicat exilium 70. annorum, cap.
25. & dictat scribæ suo, Baruch, volu-
men comminationum, cap. 36. 45. Quod
postea discerptum à rege comburitur, cap.
36. Prædicat cladem Aegypti, & exci-
dium Moab, Ammon, & vicinarum gen-
tium, cap. 46. 48. 49.

IECHO.

3353 IECHONIAS Rex Iudæ, cum magna parte populi dedit se regi Babylonico, & in voluntarium exilium migrat. Hos consolatur & confirmat Ieremias scripta Epistola in Babylonem cap. 29. & reductionem eorum ac liberationem prædicit, cap. 24.

3353 SEDECHIAS patruus Iechonia rex Iudæ, cap. 37.

Ieremias Hanaim pseudopropheta refutat, cap. 27.

Eodem tempore prædicit Elamitis seu Persis excidium, cap. 49. Et emittit cartas ad vicinos reges, & iubet eos seruire Nabuchodonosor regi Babylonis cap. 27. In cuius capituli initio nomen Ioaachim perperam pro Sedechia positum est. De quo vide Ieronimum.

9 Mense decimo Ierosolyma obsidetur à Nabuchodonosor, cap. 39.

3363 10 Cum vrbs Ierosolyma obsidione cincta esset, Ieremias prædicit urbem & regem Sedechiam captum iri, cap. 21. 34. 37. Et tamen illis ipsis diebus Ieremias emit agrum in Anathot, ut ostenderet Deum mirabiliter politians illam post annos 70. instauraturum esse

3364. 11

esse (cap. 32.) & regnum Christi in
 restituta politia incoandum praedicit,
 cap. 33. Postea in carcerem conijcitur,
 in quo vsq³ ad urbem captam desidet,
 cap. 37. 38. 39. 40.

Mense quarto Ierosolyima à Na-
 buchodonosor capitur, Sedechias ex
 fuga retractus primatur oculis, & Ba-
 bylonem mittitur, cap. 39. 52.

Palestinae praefectum constituit rex Babylonis,
 Godoliam filium Aicham, qui amanter Ieremiam
 complectitur, cap. 40. Godoliam paulo post interficit
 Hismael, cap. 41. Quo pulso, Iohannam filius Carea
 reliquias populi Iudaici, vna cum Ieremia inuito, &
 migrationem dissuadente, in Aegyptum abducit, cap.
 42. 43. 44. Vbi Ieremiam alij ab Aprye rege Aegypti
 (cuius in fine capituli 44. & lib. 2. Herodoti fit men-
 tio) interfectum, alij à populo Iudaico lapidibus esse
 obrutum scribunt.

Ebraice ירמיהו Ieremiah, excelsus Domini.

In titulo Psalmi 136. Ieremia nomen in Ebr. eo
 non extat.

Hieremiel, accipit mandata à rege Ioachim
 de capiendo Ieremia propheta, Iere. 36.

Hieremiel, nomen Archangeli, 4. Esd. 4.

ירחמאל IeraHmeel, misericors Deus.

Hicrias custos portae Ierosolymorum, tempore
 obsidio-

obsidionis, capit Ieremiam Prophetam egressurum ex
vrbe, Ierem. 37. יִרְיָה Ieriah, Timor Do-
mini.

HIERICHO, vrbs tribus Benjamin, Ios. 18. in
amoenissimo & fertilissimo campo, montibus vndiq;
circumdato, velut in teatro, sita, & hortis balsami
& palmetis nobilissimis, apud Plinium etiam lib. 13.
cap. 4. lib. 5. cap. 14. & Galenum lib. 2. de facult. ali-
ment. & Strabonem & alios celebrata. Vnde & ciui-
tas palmarum, Deut. 34. Iud. 1. 3. & alibi vocatur.
distat a Iordane sesquimillari, a Ierosolymis quatuor
milliaribus Germanicis, capitur a Iosua, & solo equa-
tur, Ios. 2. 6. Ebrae. 11. instauratur ab Abiel, qui ante ab-
solutam aedificationem omnibus liberis priuatur, 3.
Regum 16. vt predictum erat Ios. 6.

Fuit aliquandiu sedes scholae Elisei, 4. Regum. 2. &
domicilium Zachaei publicani ad Deum conuersi, &
Christum conuiuio excipientis, Lucae 19. Inde egressus
Christus Bartimaeum caecum sanat, Marc. 10. & alijs
duobus caecis visum restituit, Matth. 20.

DESERTVM inter IERICHO & Ierosoly-
ma, asperum montibus & syluis, propter angustias &
fauces viarum latronibus aliquando infestum fuit,
quod Christus in parabola de Samaritano Luc. 10. allu-
dit. Per hoc desertum fugit Dauid, 2. Reg. 15. 17. &
capta Ierosolyma rex Sedechias fugiens capitur, Iere.
39. 52. Idem Desertum, longo tractu per tribum Iuda
vsq; ad Engaddi, inhabitantur Esseni, spectatae virtutis

continentie & sanctitatis homines, apud quos Iohannes Baptista educatus vixisse vsq³ ad tempus manifestationis suæ existimatur, Luc. 1. Ibidem ministerium docendi suum inchoauit, & in vicinia ad Iordanem baptizauit, Matth. 3. Christus etiam ieiunium 40. dierum in hoc deserto, conscys sorte Essenis testibus à 20. mensis, peregrisse putatur, Matth. 4.

Fit præterea mentio vrbis Iericho. Numer. 22. 26. 31. 33. Deut. 1. 2. Regum 10. 17. 4. Regum 5. Neben. 3. & c. Ebraicè יריחו IERICHO, vel ארור Iorah, Luna, Luneburg, vel אריח Riah, odoratus est, à fragrantia balsami, quod ibi maxima fertilitate nascitur, cuius descriptionem & culturam apud Plinium lib. 12. cap. 25. & Breidenbachium in descriptione Palestine ante 80. annos primum ab ipso perlustrata, studiosi legant.

Rose Iericho sit mentio Ecclesi. 26. quam Dioscorides lib. 1. cap. 14. & Virgilius in Eclogis, Amonum vocant, teste Cordo.

HIERIMOTH, ciuitas sacerdotalis in tribu Iuda, prope Lachis, Ios. 21. 15. cuius regem Pharam Iosua strangulauit, Ios. 10. 2. Esd. 11.

Hierimoth, filius Dauidis, socer regis Roboam, 2. Paral. 11. Alius, Leuita, Diaconus templi sub rege Ezechia, 2. Paral. 31.

ירמות Iarmuth doctrina mortis.

Hierius, Doctor Ecclesie Alexandrinæ, Euseb. lib. 7. cap. vlt.

Hieros

Hierobaal, cognomen Gedeon, *Jud. 6. 7. 1. Regum*
 12. ירבעל Ierubaal litiget seu vlciscatur se Baal א
 רוב.

Hieroboam, filius Nabath, de tribu Ephraim,
 rex decem tribuum post Salomonem, *3. Regum 11. 12.*
 ירבעם Ieroboam, dijudicans populum

Alius filius Ioas, decimus tertius rex Israel, fortu-
 natus & florens, qui veteres limites regni vsq; ad Da-
 mascum restituit *4. Regum 14. Ose. 1. Amos 17.*

Alius pater Helcanae, auus Samuelis Prophetae,
 1. Reg. 2. ירוחם IeroHam misericors.

HIERONYMVS, Ebræo simul, & Graeco, La-
 tioq; venustus Eloquio, morum exemplar, mundiq;
 magister. Natus est Stridone, oppido sito in fini-
 nibus Dalmatiae & Pannoniae, postea euerso à Got-
 this. Patris nomen fuit Eusebius. Adolescens à paren-
 tibus discendi causa Romam missus est, vbi Donatum
 & Victorinum Rhetorem audiuit, & aliquandiu
 Damasi Papae scriba fuit. Postea vt linguas & do-
 ctinam Ecclesiae cognosceret, & cum praecipuis Ec-
 clesiae doctoribus colloqui, & viuas audire & reddere
 voces posset, magnam partem Europae & Asiae pera-
 grauit. Gregorium Nazianzenum in Cappado-
 cia, Epiphanium in insula Cypro, Didymum Alexan-
 dria in Aegypto adiuit. Linguae Ebraeae cognitio-
 nem tanta auiditate & ardore expetiit, vt noctu Iu-
 deum Barrabanum discendi causa conueniret. Sic e-
 nim ipse scribit ad Pammachium, *Tom. III. pag. 86.*

Tandem in Iudæa sedem vitæ sibi delegit in agro oppi-
 di Bethlehem, in quo Christus natus erat, vbi interpre-
 tationes Prophetarum, Epistolas, & alia opera in no-
 uem Tomos ab Erasino digesta, & eruditissimis cen-
 suris & scolijs illustrata scripsit, quibus quotidie frui-
 mur. Scribunt eum obiisse anno Christi 420. anno æ-
 tatis 91. Pingitur Galero Cardinalitio, sed certum
 est, illa ætate dignitatem Cardin. nondum notam fu-
 isse. Additur Leo, cuius plantam sentibus lesam sana-
 uerit Ieronimus. Eam narrationem legat qui volet, in
 fine secundi Tomi operum Ieronymi.

HIERSALEM, gloriosa ciuitas Dei, sedes &
 arx Ecclesiæ ac regni Iudaici præcipua multis seculis,
 & Ecclesiarum ex gentibus collectarum metropolis,
 longè clarissima vrbiū orientis, in tribu Benjamin,
 ad grad. long. 66. lat. 32. in supinis montium iugis
 condita, & vndiq; montibus cincta fuit, ad quem si-
 tum alludunt Psalmi. 87. Fundamenta eius in mon-
 tibus sanctis, & 125. Qui confidunt in Domino tan-
 quam mons Sion non commouebuntur. Montes in cir-
 cuitu Ierusalem, ita Dominus est in circuitu populi
 sui.

Meridionale. n. latus vrbis, figura propemodum qua-
 drata, SION mons arduus & præruptus, Arce Dau-
 dis & sepultura regum insignis, instar semicirculi a fon-
 te Siloe ad radices montis Sion versus ortum scaturien-
 te, vsq; ad fontem Gibon ad occasum porrectus claudit,
 in media verò vrbe septentrionem versus mons

R. I. A seu domus Domini exurgit, in quo Abraham filium Isaac olim immolare iussus est, Genes. 22. & Templum Salomonis postea extructum est, 2. Paral. 3. ad quod in sublime ascendendum fuisse etiam Euangelica historia Luc. 18. Acto. 3. & Micheas cap. 4. testatur, & ad hos duos montes respicit Psalmus 122. Leuauit oculos meos ad montes, vnde venit auxilium mihi, Auxilium meum à Domino, &c.

Orientem versus, torrens Cedron per vallem Iosaphat inter urbem & montem Oliueti defluit, ac inde in amenissimam vallem Gehennon ad meridiem monti Sion adiacentem defertur. Montis Oliueti, ex quo Christus in caelos ascendit Zach. 14. Acto. 1. & in historia ingressus in urbem Ierosolymam, Matth. 21. Marc. 11. 13. Luc. 19. 21. Iohan. 8. & alibi mentio fit.

Ab Occidente, contigua monti Morie Acra, urbem muniuit, in cuius rupe Turris Ophel celsissima & munitissima (2. Par. 33. 27. Nehe. 3. Mich. 4.) erecta fuit, ex qua sereno caelo, trans Iordanem & Iericho, ad montes Trachonitidis prospectus patebat.

Inter hanc Acram & montem Sion, vallis profunda interiecta fuit, quae boreale latus montis Sion ambiens & montem Moria ac reliquam urbem à monte Sion & ciuitate Dauid, alta voragine disterminans, vsq; ad torrentem Cedron versus orientem porrigebatur.

PORTAE urbis Ierosolymae celebriores versus orientalem plagam ad torrentem Cedron fuerunt: Portaualis, qua in vallem Iosaphat & montem Oliueti

veti exhibatur, cui vicina fuit porta Gregis, Nehe. 3. 12. 2. Quam ingressis, ad sinistram domus & piscina probatica (Iohan. 5.) asseruandis & lauandis ouibus ad sacrificia destinatis, à Salomone facta, occurrebat. Porta FONTIS Nehe 23. inter cliuum montis Moria, cui Palatium Salomonis insistebat, & montis Sion angulum orientalem sita fuit, per quam Christus die Palmarum urbem inuectus esse creditur, prope hanc fons SILOE ad radices montis Sion scaturiens piscinam efficit, cuius Iohan. 9. Christus meminit, & Turris Siloam Luc. 13. Nehe. 3. Ab hac porta per gradus in ciuitatem Dauid & arcem Sion ascendendum fuit, Nehe. 3. vt Praga ex inferiori parua vrbe per gradus in arcem ascenditur.

Fuerunt etiam orientales, porta quarum, prope quam Esdras legem populo praelegit (Nehe. 8. 12. 3.) & porta equorum, Iere. 31. Nehe. 13. & Aurea, atrio templi contigua.

Porta Dauid, ad angulum montis Sion occidentalem, in profunda illa valle, cuius antea memini, sita fuit: qua in agrum fullonis (Esa. 7. 4. Reg. 18.) ad sinistram montis & fontis Gibon, (2. Paral. 32. 33. 3. Reg. 1.) & per claustra montium Bethsuræ in vallem Raphaim, & inde in Hebron, Gazam & egyptum iter erat. Eadem vel vicina fuit Piscium porta, quæ 2. Paral. 33. Nehem 3. 12. nominatur.

Hanc in latere vrbis occidentali sequitur porta vetus seu antiqua, (Zach. 14. Nehem. 12.) & Iudicialis

cialis, Nehem. 3. extra quam, Christus in monte Gol-
gatha crucifixus est versus occidentem, qua in Silo,
quod nunc ad S. Samuelem vocatur, & in Gabaon
itur. Porta Ephraim (4. Reg. 14. Nehem. 12.) ab
occasu versus boream declinans, in Samariam ducit,
nunc S. Stephani appellatur. Hanc intra urbem, ver-
sus curiam, Porta Negociatorum in secundo muro
& porta custodiæ seu carceris, in tertio sequuntur.
Reliquæ sunt in boreali latere, porta Benjamin, qua
in Anathot itur, & porta Anguli versus septentrio-
nem & ortum 4. Reg. 14. Zach. 14. Jerem. 31. Porta
Sterquiliniij Nehem. 12. 3. 2. inter turrim Hanancel
(Jerem. 31. Zach. 41. Nehem 3.) & Haneam & inter
portas Vallis & Gregis torrenti Cedron imposita
fuit.

Integra autem descriptio urbis & munitio-
num quales paulo ante extremum excidium fuerunt, apud
Iosephum lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. extat. Qui lib.
1. & 7. ἀρχαῖοι. Nomen urbis tempore Abrahæ
SALEM (Genes. 14, Psal. 76. Ebr. 5.) & Solyma
fuisse ostendit. deinde Iebus appellatam Ios. 18. Iudic.
19. postea expugnatam armis Dauidis, Iebusalem, &
per antistoechoon Ierusalem dictam esse scribit vel ex
Græco & Ebræo compositum est ἱερὸς σαλῆμ Ebraicè
ירושלם Ierusalaim, doctrina pacis, à radice ירח
Iarah, docuit, vel visio pacis a ראה Raah, & שלם
Salem, Dualis numeri est, ut significetur duplex Iera-
solyma, cœlestis & terrena, Galat. 4.

Hierusa, mater Iothan regis Iuda, vxor Azaria,
4. Reg. 15. 2. Paral 27. ירושא Ierusa, pauper.

Hiethran, filius Disan, nepos Seir, Gene. 36.

יתר Ithyan, abundans, dignus laude.

HIEV, Propheta, comminatur poenas Baasae regi Israel, ideoque ab eodem interficitur, 3. Regum 16.

HIEV, Decimus Rex Israel, 28. annis, qui iussu Dei, Ioram filium Achab & Iezabel, & totam domum Achab deleuit, 4. Regum 9. 10. 3. Regum 19. 2. Paral 22. sed tamen impios cultus à Ieroboam institutos fouit. Ideo Deus Ose. 1. minatur, se sanguinem Iezrael super domum Hieu visitaturum esse.

Hiezelia, 2. Paral. 26. vide Iezelia.

Higinus, episcopus Romanus, anno 140. post Christum.

HILARIUS, primum Diaconus ecclesie Romanae, postea episcopus Pictauiorum in Aquitania, vixit tempore Constantij, & Iuliani, & Valentinianni Imp. Obijt anno Christi 372. Idibus Ianuarij. Cum factionis Arianorum & nominatim Saturnini Arelatensis episcopi, in Phrygiam relegatus esset, accuratissime scripsit DVODECIM LIBROS de Trinitate, quorum argumenta breuiter ascribam. Primo, Occasionem scribendi, & argumenta duodecim librorum recenset, II. Testimonium nostri Baptismi de tribus personis, & singularum personarum descriptiones illustrat, III. Explicat dictum, Ego

in Patre sum, & Pater in me. IIII. Summam doctrinæ Arianorum de Filio Dei exponit, & ex Genesi, Exodi 3. Deut. 32. Psal. 44. Esaiæ 43. 45. probat duas distinctas esse personas diuinæ, Patrem & Filium. V. Ex iisdem testimonijs probat, Filium Dei esse verum Deum. VI. Symbolum Fidei Arianorum impie & sophisticè scriptum euoluit. Et Filium Dei, non adoptione, sed verè & natura Filium Dei esse demonstrat. VII. Ex testimonijs Euangelistarum, & præcipuè Iohan. 15. 10. 14. Filium Dei verè & natura Deum esse demonstrat. VIII. Indifferentem & vnã esse naturam Patris & Filij ostendit. IX. Testimonia scripturæ, quæ ab Ariani orthodoxæ sententiæ opponebantur, explicare incipit, ostendens primùm, ex quibus fontibus Arianorum deprauationes nascantur. deinde natiuam quatuor scripturæ locorum (Matth. 19. Iohan. 17. 14. Marc. 13.) sententiam prolixè enarrat. X. Tractat dicta de doloribus Christi in passione, quibus diuinitatem ipsius Ariani oppugnabant. XI. Explicat duo dicta de Christo resuscitato, Iohan. 20. Ascendo ad Deum meum, & ad Deum vestrum, 1. Cor. 15. Filius subijciatur Patri. XII. Tractat sententiam Prouerb. 8. & Filium Dei non esse creaturam demonstrat. Extant & alia Hilarij scripta, vt LIBER DE SINODIS, in quibus Arii dogma damnatum est. Quem librum D. Ieronimus narrat se sua manu ei, cum apud Treuiros esset, descripsisse. Item

Commentarij in Psalmos, & mutili ad Constantium libri. Ieronymus contra Luciferianos, nominat Hilarium tubam mundi, Deucalionem orbis & Romanam eloquentiam Rhodanum. Fortunatus.

Eloquij currente rota penetravit ad Indos,

Ingeniumq; potens vltima Thyle colit.

Sol radio, hic verbo generalia lumina fundunt:

Montibus ille diem, mentibus iste fidem

Thrax, Italus, Scythia, Persa, Indus, Geta, Dacia, Bria-

Huius in eloquio spem bibit, arma capit. (Cassius)

De exilio Hilarij plura vide apud Sulpitium Severum lib. 2.

Hilarius, episcopus Aquileiensis, martyr.

Alius, episcopus Arelatensis, qui vitam S. Honorati scripsit, obiit A. C. 456.

HILARION, eremita, tempore Constantij Imp. vitam monasticam in Syria primus excitavit. Natus est in Palestina prope Gazam, fuit discipulus S. Antonij. Tandem anno etatis 80. mortuus est in Cypro. Huius Hilarionis vitam diligenter & prolixè describit S. Ieronymus.

Hildegardis, magistra collegij Virginum prope Bingen apud Rhenum, singulari pietate, doctrina, & dono prædicendi futura, claruit circa annum Christi 1140. Alia coniunx Caroli magni, filia Hildebrandi Sueuorum Ducis, condidit monasterium Campodunenense in Sueuia, Anno Christi 777.

HILDEGRINVS, primus episcopus ecclesie in Salingstede, seu Ostervvic à Carolo magno fundata, circa annum Christi 780. cuius sedes post 40. annos sub Ludoico pio HALBERSTADIVM translata est, vbi obiit anno Christi 827. 19. Iunij, cum 47. annos Ecclesie illi præfuisset.

Hin, mensura Ebraica, continens duodecim sextarios, seu oua 72.

HIPPOLITVS, Præfectus vrbis sub Deci^o Imp. cuius iussu S. Laurentium in vincula coniiciens ad fidem Christi ab eo conuersus est, & postea iussu Decij ab equis, quorum collo pedes Hippolyti alligabantur, discerptus est, 13. Augusti. Sed Prudentius Hymno 11. S^o P. hoc martyrium ad Hippolitum episcopum Ostiensem transfert, qui Decij iussu Ostia ab equis effrenibus est discerptus. Assurmant dicier Hippolytum.

Ergo sit Hippolytus, quatiat turbetq³ iugales.

Intereatq³ feris dilaceratus equis.

Vltima vox audita senis venerabilis hæc est.

Hi rapiant artus, tu rape Christi animam.

Alius, Origenis temporibus floruit, quem Ieronymus in Catalogo celebrat, Huius de consummatione mundi, & Antichristo oratio extat.

Hiram, Dux Idumæe, Gen. 36.

□□□ Iram, ciuitas excelsa.

Hiram,

Hiram, hospes Iudæ Patriarchæ, in oppido O-
dollam, Gen. 38. חִירָה Hirah, iracundus.

Alius, consiliarius intimus regis David, 2. Re-
gum 20. עִירָה Ira, ciuitas speciosa.

Alius, Rex Gazer, Ios. 10.

חֹרָם Horam, sagittarius.

HIRAM, Rex Tyri, amicus Davidis & Salomo-
nis, 3. Reg. 5. 2. Reg. 5. adiuuat ædificationem tem-
pli, 3. Reg. 9. 2. Paral. 2.

חִירָם Hiram, viuens excelsè.

HISMÆL, filius Abrahæ ex concubina Agar,
Gene. 17. Circumciditur, Gene. 17. Obijt anno vite
137. post mortem Abrahæ 50. anno Iacobi 64. Huius
posteritas, quæ Arabiam & totum littus à mari Indi-
co vsq; ad mare rubrum occupauit, recensetur, Gene.
25. שְׁמַעְתָּל Exaudiuit Dominus.

Alius, filius Nathaniæ, Dux Iudaicus, interficit
Godoliam, Ierem. 40. 41. 4. Reg. 25.

HISPANIA, vltima regio Europæ versus oc-
casum, ab Africa freto Herculeo, à Gallia Pyrenæis
montibus seiungitur. Prouincias præcipuas Ptolemæi
tempore habuit Beticam, Lusitaniam, Tarraconen-
sem. In hanc se profecturum esse Paulus scribit, Rom.
15. Itaq; coniectant aliqui, Paulum ex carcere, Ro-
ma dimissum, in Hispania aliquandiu prædicasse, ac
postea reuersum à Nerone decollatum esse, & ad con-
firmationem huius coniecturæ vsurpant narrationem
Pauli, 2. Timoth. 4. Ereptus sui ex ore Leonis, &c.
Hiltemo,

HISTEMO, Oppidum tribus Iuda, Ios. 15. 21.

אשתמה Histemo, exhilarabo me.

Hiltob, 2. Regum 10. apparet Syrorum partem esse. איש טוב Isch tob, Vir bonus.

H O B A, Oppidum Syria, vicinum vrbi Damasco, Gene. 14. חבה debtor.

Hodsi, Terram Hodsi, 2. Reg. 24. apparet esse in regione Gaulonite vel Gessuri.

חדשי HodSi, nouus.

HOLOFERNES, summus Dux regis Nabuchodonosor, Iudith 2. חולפרנסא Holopharnasa, prophanus dux seu gubernator, Nam Hol prophanum significat. Est enim Holofernes imago omnium Principum, hostium & persecutorum Ecclesie, quibus repressis, Ecclesia vidua diuinitus defenditur. In Syriacis Appiani Alex: pag. 82. mentio fit Holofernis regis Cappadociae, qui cum fratre Arianthe regnauit.

Homorbonus, Cremonensis, initio mercator, postea eleemosynis peccata redimens, inter Diuos relatus est. In Legendis scribitur mortuus esse anno Christi 1196.

Hon, filius Pheleth seditiosus, Num. 16.

חון On, labor & dolor, פרת separatus.

HONORATVS, episcopus Arelatensis in Gallia. Alius monachus in Samnio, celebratur à Gregorio lib. 1. dial. cap. 2.

HOR, 34. mansio Israelitarum, Mons in finibus Idumæe, in cuius vertice mortuus est Aaron, Num. 20. 21. 33. רר candidus.

Hor, eremita Aegyptius, cui Idiote, diuinitus collata esse literarum scientia, scribitur in Vita Patrum.

Horma, nomen loci in finibus Arabie Petree & Iudæe, Num. 14. 21. Deut. 1. Iud. 1. Ios. 12.

חרמה anathema seu excisio, deletio.

Alia in tribu Aser prope Tyrum, Ios. 19.

Horræi, veteres incolæ montis Seir, seu Idumæe, Gene. 14. Deut. 2. vnde eieci sunt à posteris Esau, Gene. 36. 1. Paral. 1.

רר Hori, principes, candidi, illustres.

Seir Horæus.

Thamna, concubina Eli-	Lothan	Sobal	Sebeon	Anan	Disan.
phaz filij Esau, mater Amalechitarum.	Hori	Eman	Ana	Achaia	Disan
		Oolibama			Disan
		vxor Esau.			

Horez, oppidum in tribu Nephthalim, Ios. 19.

חרם Horem, anathema.

Hormisdas, Persa nobilis, qui cum à rege Sapore iuberetur, negare Deum Christianorum, respondit: Nec iustum nec vtilis præcipis Imperator: Nam qui docetur, vt Deum omnium facile contemnat ac neget,

neget, facillime quoque spernit Imperatorem &c. Historie Trip. lib. 10. cap. 31. Tandem decollatus est.

HORNAN, sic nominatur (1. Para. 21. & 2. Par. 3.) Iebuseus, in cuius area David altare, & postea Salomon Templum Domini edificauit.

2. Reg. 24. Arcuna vocatur, vide supra.

Horris, martyr Nicenus, sub Dioclet.

Hospitius, eremita Nucerinus, vixit circa annum 540.

Hubaldus, episcopus Eugubinus in Hetruria, cuius patientia & mansuetudo precipue celebratur. vixit circa annum Christi 1160.

HERBERTVS filius Bertrandi ducis Aquitanie discipulus & successor S. Lamberti in episcopatu Traiectensi ad Mosam. Sedem episcopi Leodium transtulit, obiit anno Christi 731.

HVGO Eterianus, de Spiritus S. processione libros tres, & de regressu Animarum ab Inferis seu origine & natura Anime, & statu post hanc vitam, librum ad Clerum Pisanum scripsit, qui Tom. 8. Bibl. S. S. P. P. extat. Vixit tempore Emanuelis Imp. Const. & Friderici Barbarossae circa A. C. 1160

Alius paulo superior monachus ad S. victorem Parisijs natione Saxo, tum alia plurima scripta tum vero de Sacramentis Libros 12. in Hierarch. Dionisij lib. 14. Didascalici libros 6. de lectione Sacrae scripturae & aliorum autorum, reliquit.

HVGO, monachus ad S. Victorem Parisijs, circa annum Christi 1110. Alius Hugo Cardinalis fere in tota Biblia commentatus est, circa annum 1240.

HVL, filius Aram, nepos Sem, Gen. 10. הוּל, dolens, parturiens. Hunc Armeniorum stirpem esse Ieronimus putat.

Humefen, Ios. 15. confusa sunt duo nomina oppidorum in tribu Iuda חמפי, qm, acerui, חמפי a Zem, ossa.

HVR, filius Caleb 1. Paral. 2. sustentat cum Aarone manus Moysis precantis Exod. 17. 24. auus Beseleel architecti Tabernaculi, Exod. 31.

הור Hur, albus, candidus.

HVRI, filius Hur, pater Beseleel, cui Maria, soror Moysis nupta fuisse scribitur. Exod. 31. 36.

Ebraicè הור lux mea.

Hur Chaldeorum, vide infra Vr.

HVS, filius Aram, nepos Sem, Gen. 10. vnde terra Hus, patria S. Iob. quam in Idumæa fuisse apparet ex dicto Thren. 4. Gaude filia Edom, que habitas in terra Hus. Ierem. 25. vbi nos habemus Austidis.

Ebraicè חושב Vz, consilium, a חושב laaz.

Hus, filius Nachor, fratris Abraham, Gene. 22. a quo ortum esse sanctum Iob, Ieronimus in eum locum Genesis scribit.

Hulam, Rex Idumææ, Gen. 36.

חשן, primus dominus.

Husi, pater Baana prefecti Salomonis, 3. Reg. 4.

חושאי Husai, festinus.

Hyacin-

Hyacinthus, martyr Alexandrinus sub Galieno.

Hydroparastatæ dicti sunt Tatiani sectatores, qui aquam loco vini offerunt, teste Theodoro.

Hymenæus, Hereticus, à Paulo excommunicatus 1. Tim. 1. 2. Tim 2. docuit, Resurrectionem mortuorum iam esse factam, qua intellexit tantum spiritusalem renouationem qua mens ignara Dei ex tenebris errorum & ignorantia Dei resurgit, & illustratur vera agnitione Dei. Corporum verò seu carnis restitutionem planè negauit.

Hypopodius, Lugdunensis, martyr sub Antono.

HYPERSISTARII, quorum in vita Nazianzeni mentio fit, solum Deum creatorem colunt reiectis Idolis, circumcissione, & sacrificijs, sed sabbatum retinent, Ignem venerantur. Vide orationem de patre Nazianzeni. fol. 65.

I

IABAAR, filius Dauidis regis, 2. Reg. 5.

יבחר IebHar, iuuenis, electus.

IABEL, filius Lamech primi bigami, deditus agricultura & venis metallicis, Gen. 4. a יביל germi-
nauit, quicquid supra terram & sub terra nascitur.

Vnde Chalybes dicti sunt. Vide infra Tubal.

IABES, pater Sellum regis Israel, 4. Regum 15.

IABES, oppidum in regione Galaad. 1. Regum 11.
expugnatur Iud. 21. vbi sepultus fuit Saul. 1. Regum
31. 2. Reg. 21. יבש Iabes, arida.

IABIN, rex Asor, in tribu Nephthalim, victus
à Iosua, cap. 11. Alius, rex eiusdem vrbis, vincitur
à Barach & Delbora. Iud. 45. Psal. 83.

יבין Iabin, sapiens, à בן intellexit.
Iabnia, 2. Paral. 36. puto eandem esse vrbem, quæ
à Ptolemæo Iannia vocatur, vicina Lydde &
Ioppe.

IABOCH, Fluuius oriens prope Rabbath, me-
tropolin Ammonitarum, & exonerans se in Iorda-
nem, infra mare Galilææ, in cuius fluminis ripa Iacob
luctatur cum Angelo, Gen. 32. Fuit terminus regni
Amorrhæorum, Num. 21. Deut. 2. Iud. 11. Ios. 12.

יבוק Iabok, locus luctæ, ab אבוק luctatus est.
Iachanem, oppidum vicinum Carmelo, Ios. 12.
vide infra Iecmaan. יאקנען IaKnaen, auscultat
populus.

Iachan, Deut. 10. In Numeris cap. 13. locus nomi-
natur Baniachan. יעקן necessitas.

Iachin, nomen columnæ in porticu templi à Sa-
lomone extructi, 3. Reg. 7. 2. Paral. 3. יכין appro-
bator.

Iachin, filius Simeonis Patriarchæ, Gen. 46. Exod.
6. Num. 26.

Iachur, filius Hismaelis, nepos Abrahæ, Genes. 25.
יטור Ietur, columna.

IACOB,

IACOB patriarcha, filius Isaac, Genes. 25. alio nomine Israel dictus, Gen. 32. Nascitur anno mundi 2108. Vixit cum auo Abraham 15. annos: cum Senes. cum patre Isaac 120. ac decimo anno post patris mortem migravit in Aegyptum, Gen. 46. 47. vbi dulcissima consuetudine filij Ioseph vsus est annos 17. obiit anno mundi 2255. Vaticinium de aduentu Christi Siloh seu filij Virginis, edidit paulò ante mortem, Genes. 49. anno ante Christum 1707. Fuit pater duodecim Patriarcharum, Genes. 29. 30. & totius populi, qui ab ipso populus Israel appellatus est. Hinc sæpè domus Iacob, domus Israel, pro tota posteritate, seu populo ex Iacob orto, vsurpatur. Historia Patriarchæ Iacob integrè descripta est à cap. 25. vsq; ad finem Genes. Fit eiusdem mentio Act. 7. 3. Syrac. 44. Ioh. 4. Matth. 1. 8. Luc. 1. 13. Ebr. 11. **כַּפְּוִי** IaaboK, supplantator, ab **כַּפְּוִי** Ekeb, planta. Nam nascens plantam fratris manu tenuit, Gen. 25.

Iacob, pater Ioseph, sponsi Mariæ, matris Christi, Matth. 1.

IACOBVS, Duo Apostoli hoc nomine fuerunt. **IACOBVS MAIOR**, filius Zebedæi, & Salomes sororis Ioseph, frater Iohannis Euangelistæ. Huius mentio fit Matth. 4. 10. 17. 20. 25. Marc. 1. 3. 9. 10. 13. 14. Luc. 5. 6. 9. Act. 12. feritur gladio ab Herode Agrippa. Ac corpus ex Iudæa in Hispaniam delatum & Compostellæ conditum esse in legendis

scribitur. sed veteres vtrunq³, Iacobum in Iudæa sepultum mansisse senserunt, vt Fortunatus lib. 8. scribit

Præcipuum meritis Ephesus veneranda Iohannem

Dirigit, & Iacobus terra beata sacros,

Celebrat autem huius Iacobi Maioris memoriam latina Ecclesia die 25. Iulij. Græca die 30. Aprilis. De eodem Iacobo Eusebius lib. 2. cap. 1. 9. ex Clemente quædam annotat.

IACOBVS MINOR, (sic enim nominatur Marci 15.) Apostolus, filius Alphaei (Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6. Act. 1.) & Mariæ (Marc. 15. Matth. 27. Luc. 24.) sororis Mariæ virginis, quod ex Ioh. 19. colligi potest. Fratres habuit, Iosën, Simonem, & Iudam Apostolum, Matt. 13. Marc. 6. & in Epist. Iudæ. Hi cum essent consobrini Christi, vsitato scripturæ more nominantur fratres Domini, Gal. 1. 1. Cor. 9. Act. 1. Matth. 12. 13. Marc. 6. 3. Luc. 8. Iohan. 7. Huic Iacobo minori Christum postquam ex morte reuixerat, soli se ostendisse refert Ieronymus ex Euangelio secundum Ebræos, & consentaneum est, illius ostensionis mentionem facere Paulum 1. Cor. 15. ἑτεροῦ ὄψιν Ἰακώβου.

Post ascensionem Christi fuit Episcopus ecclesie Christi, in vrbe Ierosolyma (teste Euseb. lib. 2. cap. 1.) Ad hunc Paulus triennio post conuersionem proficiscitur, Gal. 1. Huic Petrus nunciari iubet mirandam liberationem, cum ope Angeli ex carcere eductus esset, Act. 12. Idem Iacobus in Concilio Apostolorum

stolorum vna cum Petro & Iohanne praesidet, & decretum condit de abrogatione Legis Mosaicae, & de iusticia & salute aeterna per solam gratiam domini nostri Iesu Christi consequenda, Act. 15. Eodem tempore Paulus exponit ei Euangelion, quod inter gentes praedicauerat, Gal. 2. Idem Iacobus (Act. 21.) autor fuit Paulo, vt Nazaeorum ritus serualet, Quod factum Augustinus errorem tolerabilem vocat. Cum autem hic Iacobus 30. annos Ecclesiam Ierosolymis rexisset, tandem a furiosis Iudaeis de suggesto deiectus est, & fullonis fuste trucidatus, anno Christi 63. Hanc historiam Martyrij ipsius prolixè recenset ex Egesippo Eusebius lib. 2. cap. 23. Fit eiusdem mentio apud Iosephum lib. 20. cap. 16. Dicarunt autem huic Iacobo minori in latina Ecclesia calendas Maij. in Graeca diem 9. vel 23. Octobris.

In EPISTOLA IACOBI, quam Eusebius lib. 2. cap. 23. scribit diu in Ecclesia non esse Apostolici scripti loco habitam, nec à quoquam ex antiquis scriptoribus citari, hi loci praecipue tractantur. In PRIMO capite, Hortatur pios ad patientiam in cruce comitante doctrinae professionem. II. Docent non esse in Deum conferendam culpam nostrorum lapsuum in erumnis. III. Monet non satis esse audire verbum Dei, nisi fides & obedientia accedat. In SECVNDO, prohibet *εὐσεβείαν* diuitum. II. Damnata hypocritam fidem, quae non est efficax

efficax per bona opera, quæ testantur hominem verè iustum esse. In TERTIO, deterret à docendâ functione imperitos, & præcipit de frenanda lingua. II. Monet sapientiam non philonikja, sed sinceritate vitæ & studio pacis ostendendam esse. In QUARTO, De frenandis cupiditatibus opum, voluptatum, & imprimis de auaritia compefcenda concionatur. In QUINTO, taxat securitatem, rapinas, luxum & Tyrannidem diuitum. II. Consolationem instituit, qua pios hortatur ad patientiam, ijsq; certam liberationem promittit in morbis corporum & alijs ærumnis. Circumfertur & Proteuangelion Iacobi de parentibus & natiuitate Mariæ virginis & Domini nostri Iesu Christi & eade infantum ab Herode factis. Quod Monachi cuiusdam ociosi somnium esse non dubito, tametsi ad narrationes Luc. 1. 2. & Matth. 1. 2. non inconcinne accommodatum est.

Iacobus sapiens episcopus Nisibis, confessor sub Maximiano, in Nicena Synodo sententiam dixit. 20. IACOBITAE in oriente dicti sunt sectatores Iacobi syri, cognomine Zanzali. Qui vnâ verbi & carnis massam post vnionem esse, & Christi corpus statim post primam vnionem, incorruptibile & deificatum fuisse, nec verè passum esse docuit. Fuit Monothelita & Eutyhianus, circa annum Christi 600. Vide Nicephorum lib. 18. cap. 45. 52. 53. Iadab, Leuita, ex posteris Merari, priefectus in-
stauratio-

saurationi templi sub Iofia, 2. Paral. 34. יחת vel א
 חח timuit. vel חתק accendit ignem.

I ADDVS vel Iedda, (vt in nostra versione
 Neem. 12. scribitur) filius Ionathan, abnepotis Iesu fi-
 lij Iosedech. Fuit summus sacerdos populi Iudaici
 tempore Alexandri magni. Huic, cum capta Tyro
 iratus ad urbem Ierosolymam cum exercitu accede-
 ret, obviam in habitu pontificali egressus est Iaddus,
 eumq; placavit, & Esaiæ ac Danielis vaticinia, quæ
 victoriam & Monarchiam orbis terrarum promitte-
 bant, Alexandro enarrauit. Iosephus lib. 11. Anti. c. 8.

Iadihel, filius Achamani, pedagogus filiorum
 regis Davidis 1. Paral. 27. יהיאל IeHeel, viuit Deus
 חכמוני Hachmoni, sapiens.

Iagur, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15

Iagur, peregrinus. יגור

Iahel, Gen. 4. Vide Iabel.

I A H E L, vxor Aber Cinei, quæ interfecit Sisa-
 ram Ducem exercitus Iabin, regis Cananei, Iud. 4. 5.

Iael, ab אלה, Alah ascendit, eleuata est. יעל

Iahel pater Helisaph, Num. 3. Ebraice אלה ab

אלה Deus vel potens.

I A H E L E E L, filius Zabulon, patriarchæ, Gen.
 46. Num. 26. יהלאל IaHleel, sperans in Deo.

I A H I H E L, filius Iosaphat regis Iudæ,
 2. Paral 21. יהיאל viuit Deus. Alius Le-
 uita, ortus ex filijs Elizaphan, 2. Paral. 29.
 Alius

Alius princeps Leuitarum, 2. Paral. 35. יעיאל Ieiel,
aceruus Domini.

Iahihel, Leuita ortus ab Heman & posteris Chere, diaconus Ecclesie sub Ezechia, 2. Paral. 29. 31.

IAIR, Iudex Israel, ex tribu Manasse, à quo oppida Iair dicta sunt, quorum sepe in Biblijs mentio fit, Iud. 10. Alius pater Mardochei, auus Hester, Hester. 2. Alius, pronepos Machir, filij Manasse, Deut. 3. 1. Paral. 2. Num. 32. Ios. 13.

IAIRVS, archisynagogus oppidi Capernaum, cuius mortuam filiam resuscitat Christus, addit a hac dulcissima voce, & plena summa consolationis: Non mortua est puella, sed dormit, Marc. 5. Luc. 8. Matt. 9.

יעיר Iairus, illuminatus, vel potius à יער fauus mellis, Doctor dulcia fundens verba verecundè, ciues verisq; gubernans consilijs. & ἡ ἀπὸ σώματος γλυκίων μέλιτος ῥέειν αὐδῆ.

IALALEHEL, pater Azarie Leuita, delecti ad mundationem Templi ab Ezechia, 2. Paral. 29.

יהל להל Iahal, leel, laudans Deum.

Ialel, filius Zabulon, Num. 26. In Genesi latine scribitur Iabeleel.

Iambres & Iannes, magi Aegyptij, resistentes Moyse, 2. Timoth. 3. Exod. 7. Euseb. lib. 9. pr. ep. Euangelice ex Numenio citat. Iannes & Mambres fuerunt Aegyptij sacerdotes, quinemini in arte magica cedere videbantur, tempore migrationis Iudeorum ex Aegypto. Moyse igitur Iudeorum Duci, qui Deo preces adhibere
norat

morat, à turba ægyptiorum resistere iussi, minimas calamitates, quas Moyses Aegypto immittebat, utcumque mitigare potuerunt.

Iamin, filius Simeonis Patriarchæ, Genes. 46, Num. 26. יָמִין dexter.

IAMNIA, oppidum prope Ioppen, cuius mentio fit 1. Macc. 4. 5. 10. 15. 2. Macc. 12.

Ianna, in Genealogia Christi, Luc. 3. existimatur esse Iohannes Hircanus, dux de domo David, qui Maccæeorum temporibus vixit.

IANOË, oppidum non procul à Iordane, à Samaria distat duobus miliaribus versus ortum brumalem, Ios. 16. יָנוֹחַ IanoaH, quietus.

Alia est Ianoe in tribu Nephtalim prope Cades, 4. Reg. 15. Ianum, oppidum Iudææ, Ios. 15. יָנוּם dormitabit.

Ianuarius, episcopus Beneuenti in Campania, martyr sub Diocletiano. Alius martyr Cesaraugustanus eodem tempore, à Prudentio celebratur. Alius filius S. Felicitatis, martyr sub Antonino. Alius Carthagine martyrii coronam accepit, ad quem scripsit D. Augustinus.

IAPHET, filius Nohæ, cuius septem filij, eorumque posterij totam Europam & minorem Asiam occuparunt, Gen. 10. Hunc Græci Iapetum, & vnum ex ipsius filijs Græca voce Prometheum nominant, & ab eo hominem ex limo terræ fictum, & ignem Iouis ad homines ex cælo delatum esse scribunt, hanc fortè ob
D d 5 causam,

causam, quia ex sermonibus ipsius, doctrina de creatione protoplasti ad Gentes emanauit, vel quia veram sapientiam, quae est radius lucis diuinae, videlicet doctrinam de Deo, praecepta de moribus, & leges motuum caelestium alijs tradidit. Ideo ab Hesiodo nominatur εὖς παῖς ἰαπετοῖο. Item, Ἰαπετοῦ παῖς πάντων ἐν μῦθεα εἰδῶς. Et Ouidius:

Quam satus Iapeto mixtam fluuiialibus vndis
Finxit in effigiem moderantem cuncta Deorum,
Pronaq; cum spectent animalia caetera terram,
Os homini sublime dedit &c.)

Ebraicè יפת dilatatio, Gen. 9. Iaphthe Elohim
Ie Iaphet, Dilatet Deus Iaphet à פתח.

Iaphie, rex Lachis, Ios. 10. יפיע illustris.

Alius, filius David regis, 2. Reg. 5.

IARAMOTH, Ciuitas Leuitarum in tribu
Isaschar, Ios. 21. ירמות Iarmuth, doctrina mortis.

Iare, filius Iectan, nepos Heber, Gen. 10.

ירא IraH, Luna.

Iarephel, oppidum tribus Benjamin, Ios. 18.

ירפאל Irpheel, Medicus Dei.

Iared, pater Enoch, Gen. 5. Luc. 3.

ירר Iared, descendit, vel à ררה dominator.

IARIM, montes in sinibus tribus Benjamin versus occasum, Ios. 15. יערים Iearim, syluæ.

IASA, oppidum Moabitarum, quod in tribum
Rubem

Ruben postea incidit, inter Esebon, Medaba & Baal-
maon, Ios. 13. Esai. 15. Num. 21. Iud. 11. Deut. 20.

Ebraice יָרִיחַ Iahaz, currus.

Iazer, Num. 21. Vide Iazer.

Iasie, oppidum tribus Zabulon, Ios. 19.

Ebraice יָפִיעַ Iaphia, splendor.

Iasiel, filius Nephtalim, Gen. 46.

Ebraice יֵהֲזֵעַל Iahzeel, dimidiabit Deus.

IASON, frater Onie, impius sacerdos constitu-
tus ab Antiocho Epiphane muneribus à se corrupto.

primus Gymnasium seu Academiam, in qua Græcæ
literæ & religiones tradebantur, Ierosolymis instituit,

paulo ante tempora Iuda Maccabæi. Deinde à fra-
tre Menelao pulsus exul Lacedemone mortuus est,

2. Macc. 4. 5. Iason, legatus Iudæ Maccabæi ad
Romanos, 1. Macc. 8. Iason, Cyrenæus, scripsit

quinq; libros historiae Maccabæorum, 2. Maccab. 2.

IASON, Hospes sancti Pauli in vrbe Thessalonica,

Act. 17. Eundem esse cuius sit mentio Rom. 16. eumq;
postea Tarfi Ciliciæ episcopum fuisse putant.

Ebraice יָאֶסוֹן medicus ab יָאֶסוֹן vel à יָעֵי salus.

IASVB, filius Esaiæ Prophetæ, Esai. 7.

Ebraice יָשׁוּב reuertens.

IASVB, filius Patriarchæ Isaschar, Num. 26.

Ebraice יָשׁוּב à יָשׁוּב habitauit, vel à יָשׁוּב respicit, con-
uertit. In Genesi nominatur Iobab.

IAVAN, seu ION, filius Iaphet, Gene. 10.

stirps

stirps gentis Ionice seu Græcæ, ut perspicuum est ex Dan. 8. Hircus caprarum rex Iauan est, videlicet Alexander magnus, qui arietem, hoc est, Persicum regem deuicit, Item, Dan. 10. **שׂר יון בנא** princeps Græcorum veniens. Item, Ezech. 27. Esai. 66. Ioel. 3. Zach. 9. Poetæ nominant Ianum, Macrobi. lib. 1. Sat. cap. 9. **י** Ieronimus lib. 8. commentar: in Egechielem scribit, Hebræos voceri Iauan interpretari, Est & non est. Hinc fortasse defraudatorem aliqui vertunt.

I A Z E R, regio & vrbs regni Amorraeorum, sita ad fontem Fl. Arnon, quam postea tribus Gad occupauit, Num. 32. Ier. 48. Esa. 16. Eadem postea Leuitis attributa est, Ios. 21. 2. Reg. 24. **יזר** Iazer, Ieronimus vertit Fortitudo eorum, Esai. 16.

Ios. 21. vbi nos habemus, Bosor in solitudine Misor & Iazer, in Ebræo hæc nomina non extant.

I A Z I H E L, filius Zachariæ, prædicit regi Iosaphat victoriam contra Ammonitas, 2. Par. 20.

יחזיאל Iahaziel, videns, seu Propheta Dei. Icaboth, filius Phinees, nepos Heli sacerdotis, 1. Reg. 4. **איכבוד** Ichabod, Væ gloriæ.

I C O N I V M, Vrbs Lycaoniæ in extremis Phrygiæ maioris & Cappadociæ & Ciliciæ finibus, in quam urbem venit Paulus ex Antiochia Pisidiæ pulsus, Act. 14. Fit eius præterea mentio Act. 13. 16. & 2. Tim. 3. Habet autem gradus long. 64. 30. latit. 30. 45. Distat igitur ab Antiochia Pisidiæ circiter 26. mill:

mill: germ: à Derba Lycaoniæ circiter 7. mill. Nomen Iconij $\Delta\tau\omicron\epsilon\iota\kappa\omicron\nu\textcircled{\text{C}}$, ab imagine ductum esse scribit Stephanus, quia in eo loco Prometheus Terram mixtam fluuiialibus vudis finxit in effigiem moderantem cuncta Deorum. Nostra etate adhuc floret vrbs Iconium sub imperio Turcarum, qui eam Caramannis principibus eripuerunt, & ante annos 400. prope eam urbem magna clade oppressus est Conradi III. Imp. exercitus à Sarracenis.

Idacius clarus Hispanus, tres libros contra Varimadam Arianum scripsit.

Idaia Zach. 6. ידעיה Scientia Domini.

Idida, filius Phadaia, mater regis Iosie, 4. Regum 22. ידירה Ididah, dilecta.

עריה Adaia, ornamentum Domini.

Idioræ cuiusdam, qui circa annum Christi 800. vixisse existimatur contemplationum diuini amoris, veræ patientiæ & perditæ innocentie libri extant Tom. III. Bibl. S. P.

IDITHVM, Organista seu preceptor canentium organis in ecclesia tempore Dauidis, 1. Par. 25. 2. Par. 31. 35. Psal. 76. Augustin. in Psal. 38.

IDVMAEA, regio finitima Iudææ, versus meridiem, pars Arabiæ Petrææ, vsq; ad mare rubrum pertinens, sic dicta ab Edom seu Esau filio Isaac, Gen. 25. 26. Fit eius mentio 2. Reg. 8. 4. Regum 8. Ierem. 49. Ezech. 25. 32. Amos 1. Malach. 1. Abdia 1. Marc. 3. Idumæam primum subegit rex Dauid, vectigalem Iudaicis

Iudaicis regibus fecit, 2. Reg. 8. Post centum quin-
 quaginta annos fere sub Ioram rege Iuda filio Iosa-
 phat, rursus defecit à Iudæis, distractis iam in duo re-
 gna 4. Reg. 8. Et quanquam sequentes pristinam serui-
 tutem, vt Amasias, 4. Reg. 14. tamen iterum excus-
 so iugo armis libertatem suam tutati sunt, donec Iuda
 abduceretur in exilium Babylonicum. Ibi multas
 quoq; vrbes Iudæis ademerunt, quas postea edicto Da-
 rij restituere Iudæis reuersis ab exilio coacti sunt.
 Postea Iohannes Hyrcanus, Simonis Asmonei filius,
 bello difficili superatos, adegit ad eiusdem doctrinam
 & cultuum professionem, mandata eis circumcisione.
 Vnde postea commercia Idumæis liberiora cum Iudæis
 esse cœperunt, ita vt in militiam & aulas regum Iu-
 daicorum adsciscerentur. Ex hac Idumæorum gente
 ortus fuit Antipater, cuius filius Herodes postea ade-
 ptus regnum Iudaicum, vt id videretur non vt alieni-
 gena possidere, voluit pro Iudæo haberi, eò quòd Idu-
 mæi sub Iohanne Hyrcano, vt dixi, acceperant cir-
 cumcisionem.

IEABARIM, 38. mansio Israelitarum, Num. 33-
 21. in finibus Moabitidos. עיי העברים Iie abarim
 aceruus montium Abarim, adiacentium orientali lit-
 tori maris rubri עברים transeuntes.

IEBLAAM, oppidum in tribu Manasse, vicinum
 vrbi Sichem, versus occasum, Ios. 17. Iud. 1. 4. Re-
 gum 9. יברעם Ibleam, confusus populus.

IEBNAHEL

IEBNAHEL, oppidum in tribu Nephthalim prope lacum Samachoniten, Ios. 19. יבנאל Iabneel, edificium Dei.

IEBOC, fluvius, Num. 21. Deut. 2. Ios. 12. vide Iaboch.

IEBSAM, ciuitas Leuitarum in tribu Ephraim, Ios. 21. קבצים Kibzaim, ecclesia, congregatio.

Iebton, oppidum in tribu Dan, Ios. 19.

גבתון Gibbethon, sublimitas.

Iebusæus, vide supra Hiebusæus.

Iecbaa, oppidum in tribu Gad inter Iordanem & Iazer, Iud. 8. Num. 32. scribitur Iechaa.

יגבהה Iogbehah, à Gabah, eminuit, altus fuit.

Iecelia, vxor Amazie regis Iuda, mater Azarie, 4. Reg. 15. 2. Par. 26. יכריתה Iecoliah, potentia Domini.

IECHONIAS, filius Ioachim, nepos Iosia regis Iuda, cum tres tantum menses post mortem patris regnasset: suasu Ieremie dedit se regi Nabuchodonosor, obsidenti Ierosolymam, Ierem. 29. 4. Regum 24. Postea anno 26. exilij Babylonici, Iechoniam ex carcere liberauit Euilmcrodach, eig³ regium honorem & victum attribuit, 4. Regum 25. Iere. 52. ויב³ hic rex nominatur יהויכין Iehoiachin, Sed 1. Paral. 3. Ierem. 22. 24. 27. 28. 29. 37. Baruch 1. nominatur יכניה Iechoniah, quod teste Ieronymo significat, preparationem Domini, à הכין Hecim, vel erectum à Domino, ab הקום. Quod autem Matt. 1. dicitur.

dicitur Iofias genuit Iechoniam & fratres eius: id intelligitur de Ioachim seu יהויקים filio Iofie, cuius fratres fuerunt Ioachas & Sedechias reges, 4. Reg. 23. 24. 2. Paral. 36. Huius Ioachimi (quem Iechoniam Euangelista nominat) filius fuit alter Iechonias, pater Salathiel, à quo deinceps 14. persone vsq; ad Christum numerantur, Matth. 1.

Iechonias, filius Ieremia Rechabita, Ierem. 35.
 Alius, filius Maachan, Ier. 40. 4. Reg. 25. Alius,
 Ozia filius, Ierem. 42. scribitur Ebraicè יחזקיהו
 Iaa'zaniab, auribus percipiet Dominus. Alius filius
 Saphan. Ezech. 8.

Iechri & Iethros, filij Benjamin, Genes. 46. In
 Ebreo vnum tantum est nomen יחרי EHI, frater.

Iecmaan, 3. Reg. 4. & Iecnal, Ios. 21. eadem
 vrbs est, quæ Ios. 19. nominatur IECONNA, vrbs
 Leuitarum, Ios. 21. in littore maris prope Ptolemai-
 dem sita in finibus tribuum Zabulon & Aser, Ios. 19.
 יקנעם Iakneam, auscultatio iucunda.

Iecsan, filius Abrahe ex Cethura, Gen. 25.

יקטן Ioksan, indurabit.

Iectan, filius Heber, abnepos Sem, Gen. 10.

יקטן Ioktan, paruus.

Iectel, oppidum tribus Iuda, Ios. 15.

יקתאל Iabteel, auscultat Deus.

IECTER, ciuitas Sacerdotalis, in tribu Iuda,
 Ios. 15. 21. prope Esthaol & Saraa. Ebraicè יתיר Ia-
 thur, abundans, vel a Ichor, explorauit, vide Iether.
 IEDA

- Iedaba, ciuitas in tribu Zabulon, Ios. 19.
 ידאלה Idalah, violauit iuramentum.
 Iedlaff, filius Nabor, patruus Rebecca.
 ידלף Idlaph, stillabit.
 Iedidia, Cognomen Salomonis filij Dauid, 2. Reg.
 12. ידיריה amabilis, dilectus Domino.
 Infleti, locus in sinibus tribus Ephraim, Ios. 16.
 יפלטו Iaphleti, אפרטו effugit, liberatus est.
 Iegadalias homo Dei, pater Anan, Ier. 35.
 יגדליהו Igdaliah, magnus Dominus.
 Iehihel, proauus Prophetæ Iazihel, 2. Paral. 20.
 יעיהל Ieiel, aceruus Domini. Alius, Dux regis Ozia,
 2. Paral. 26.
 Alius Leuita, 2. Paral. 29. 31.
 Iehus, filius Esau, Gen. 36.
 יעיש Icus congregabit.
 Iemini, filij Iemini dicuntur, orti ex tribu Beniamin, Iud. 19.
 Iemla, pater Michea Prophetæ, 3. Reg. 22.
 ימלה Imlah, Rhetor, 2. Par. 18.
 Iemma, Leuita ortus ex posteris Gerson, 2. Paral.
 29. זממה Zimmah, immundities.
 IEMNA, filius Afer Patriarchæ, Gene. 46. Num.
 26. Alius, Leuita, 2. Paral. 31.
 ימנה Imna, Arithmeticus.
 IEMVEL, filius Simeon Patriarchæ, Genes. 49.
 Exod. 6. ימואל Iemuel, dextra Dei. Idem Num. 26

1. Paral 4. nominatur Nabumel seu נמואל Nemucl,
dormitat Deus.

Ieos, filius regis Roboami, 2. Paral. 11.

יעוש IeuS, sidus, ab עוש congregabit.

Iephonne, Pater Caleb, Nu. 13. 32. Ios. 14. 1. Pa. 4.

יפנה Iephunne, à פנה respexit.

IEPTA, oppidum tribus Iuda, Ios. 15.

יפתה Iephta, porta.

IEPTAHEL, vallis in finibus tribuum Zabulon
& Aser prope Ptolemaida, Ios. 19.

יפתחאל Iphthahel, porta Dei.

IEPHTESpurius, ex tribu Manasse, Iudex populi
Israel, Iud. 11. 12. 1. Reg. 12. Ebr. 11. Vicit Ammonitas
anno mundi 2760.

יפתח Iphthah, aperiet, à פתח vel porta.

IEREMIAS, vide supra Hieremias.

Ieron, Oppidum in tribu Nephtalim prope Encha-
sor, Ios. 19. יראון Ieron, Timor doloris.

IESA, vrbs in finibus Palestina versus septentri-
onem & ortum sita, quæ postea Pancas & Cesarea
Philippi dicta est, Gen. 10. Ebraice ישע ad respi-
scendum, à העה vel à salute ישע.

Iesbidenob, Philistæus, qui Davidem in prelio
interfecturus erat, nisi à duce Davidis Abisai repressus
fuisset, 2. Reg. 21. יסביבנף Isbibinob, habitans in
germine.

Iesboch, filius Abrahæ, Gen. 25,

ישבק Isbak, laudabit.

Iesche

Ielche, filia Aram, fratris Abrahæ, Gen. 11.

יסכה Iseca, operta, velata.

Iesmachias, Leuita & diaconus redituum tem-
pli Ierosolymitani, 2. Par. 31.

יסמכיה Iesmachiah, fulcrum Domini.

Iessaar, filius Caath, nepos Leui, Num. 3. vide
Isuar.

IESSE, filius Obed, pater Davidis Regis Act. 13
Luc. 3. Matth. 1. ex cuius radice seu posteris, amisso re-
gno iam ad extremam vilitatem reductis, Christum
oriturum esse Esaias prædicit capite 11. In Ebræo fonte
& 1. Reg. 16. Ruth. 4. 1. Paral. 2. nominatur Isai ישאי
murus.

IESSEN, regio Aegypti, quam Iacob cum poste-
ris suis tenuit annos 215. Gen. 46. 47. Exod. 8. 9. Iudith.
1. Vide supra Gessen.

IESER, filius Nephthalim, Gen. 46. Num. 26.

יעזר IeZer, figulus.

IESIMVTH, oppidum in tribu Iuda prope Maon

ישמון solitudo, desertum.

Ieso, filius Eliezer, Luc. 3. à יהושע Iosua, sal-
uator, vel à יואס Ioas, confusus est.

Iessihel, Num. 26. vide Iasiel.

IESVA, filius Aser Patriarchæ, Gen. 46.

ישואה Iseuah, similis.

IESVA, Leuita & diaconus ecclesiæ Iero-
solymæ. 2. Paral. 31. ישוע Saluator.

Iesui, frater Iesua, filius Aser, Gen. 46. Num. 26

Iesui filius Saul, 1. Re. 14. ישוי similis Ee 2 I

IESVS, Proprium nomen Domini & Redemptoris nostri IESV CHRISTI, prima origine Ebraeum est, cuius duas etymologias eruditi recitant. Cum enim Philip. 2. dicatur Deus dedisse Christo nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine IESV omne genu flectatur: & Esai. 42. 45. Deus ipse dicat: Ego Iehoua hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo: Mibi curuabitur omne genu &c. existimant aliqui ortum esse nomen IESV, a nomine solius veri Dei proprio יהוה quod cum ineffabile sit, inserta littera W effabile fiat. Atq; ita יהושע Iesuab seu יושע Iesu, idem significare quod Iehoua incarnatus, seu DEVS Homo factus, & huc accommodant nomen Immanuel, Nobiscum Deus, vel Deus frater nostris, caro de carne nostra, & os ex ossibus nostris. Sed Angelus Matth. 1. aliam nominis rationem tradit, describentem officium & beneficia Christi, vocabis nomen eius IESVM, quia saluabit populum suum a peccatis suis. Significat enim verbum Hiphil יושע saluare, opitulari, liberare. Inde יושע vel יושע quod Graeci Ιησους scribunt, idem significat quod saluator, opitulator, Alexander Ludolphus seu Leuthülff opem & salutem populis ferens Graece σωτης, ιατρος, Ιεργαυτης teste Epiphaniio contra Nezaracos. Germanice Heyland/vel ab Heylen, a sanandis vulneribus nostris lethalibus vel

vel ab Heiligen/ vel des Landes Heil. vide supra
Christus.

IESVS, filius Nun, Dux populi Israel, qui Moy-
si successit, Act. 7. syrac. 46. Ebr. 4. vide Iosua.

IESVS, filius Iosedech, sacerdos magnus, cum
Zorobabele populum Iuda ex captiuitate Babylonica
reduxit. Huius mentio fit Aggai 1. 2. Zach. 3. 6.
Eccles. 49. Esd. 2. 3. 5.

IESVS, filius SYRACH, Ierosolymita, tem-
pore Ptolemæi Evergetis, filij Philadelphi, in AEGY-
ptum venit, vbi librum, in quo ipsius auus, Iesus Syra-
cides, Præcepta Sapientie & honestatis morum, ex
optimis quibusq; scriptoribus collegerat, in Græcam
linguam conuertit, anno ante natum Christum circi-
ter 230. annis 100. post Alexandri magni monarchiam.

Liber hic apud Latinos ECCLESIASTI-
CVS vocatur, in cuius lectione, Præcepta & Sen-
tentiæ singulas, ad locos communes virtutum & vi-
ciorum, & conuenientia Decalogi præcepta referri
prodest, sicut etiam iuxta Decalogi seriem sententiæ
inchoat. Capite PRIMO, De Sapientia, quæ est
vera agnitio Dei, & verus Timor Dei ac obedientia
totius vitæ, iuxta verbum seu voluntatem Dei, qui est
primus fons & norma Sapientie, quam in prima cre-
atione, & postea per verbum suum hominibus pate-
fecit. Capite SECVNDO, de cæteris primæ Ta-
bule virtutibus præcipit, de Patientia, de Fide, de
Spe, de Timore Dei, de Inuocatione Dei, postremo

rursus de Timore. **INTERTIO**, de Pietate erga parentes. De Sedulitate faciente propria vocationis officia necessaria, & vitante πολυπλοκῶς & υπερβίαν & superbiam.

QUARTO, de Eleemosynis seu beneficentia erga pauperes. de studio sapientie seu verbi Dei. de Confessione veritatis anteferenda vite & omnibus rebus humanis. Postrema tres sententie prohibent leuitatem promissionum, Tyrannidem in familia, & sordes. **QUINTO**, contra insolentiam diuitū & de Prouidentia & Timore Dei, ac pœnitentia differit Deus certo puniet delicta, etiamsi aliquantisper pœna differuntur, Ideo non sis securus, nec differas pœnitentiam. postea de ἀληθοφροσύνῃ Fidei & Constantia ac prudentia regente linguam, ne loquatur de rebus incognitis precipit. Postremo prohibet obtrectationem cum V. & VI. præcepto pugnantem. **CAPUT SEXTVM**, De Candore non virulenter aliena reprehendente, sed interpretante omnia in meliorem partem. de amicis perfidis & fidis, & studio sapientie concionatur. **CAPITIS SEPTIMI** Locipræcipui sunt. I. οἷα τ' αἰὲς ἔσῃ τοῖον τέλει αὐτὸν ἰσώβει. II. de Modestia reprimente ambitionem. III. prohibet seditio-nem. IIII. Inuocationi præluceat fides. V. de Eleemosynis. VI. Sacrificia non placent Deo sine fide. VII. prohibet Πτιχαίρεκακίας pugnantem
cum

cum Misericordia. VIII. prohibet mendacia & garrulitatem. IX. de Agricultura. X. contra scandalum multitudinis impiorum. XI. De constantia in amicitia. XII. de multis officijs Oeconomicis præcipit. XIII. de Pietate erga Deum, & ministros Euangelij. XIII. de Beneficentia erga pauperes. XV. de Misericordia. XVI. Quicquid agis, prudenter agas & respice finem, &c. Distribui sententias aliquot capitum, in locos communes, ad convenientia præcepta Decalogi referendos, ut iunioribus viam monstrarem, qua sequentium quoque Iesu Syracide capitum sententias, ad virtutum & viciorum locos, iuxta seriem Decalogi distributos admodum referent. A cap. 44. vsq. ad finem, viros illustres seu lumina Ecclesie sanctorum Patrum & populi Iudæi, additis breuibus Encomijs celebrat.

Iesus Iustus, Romæ, Paulo prædicante, Euangelion amplexus est, & in eius propagatione Paulum adiuuit, Coloss. 4.

LETHAN, vrbs Sacerdotalis in tribu Iuda. Ios. 21. 15 Ebraicè יוטה Iutah, vbi nostra latina versio Ios. 15. habet Loche.

Iethanzipheleten, Ios. 15. sunt tria distincta oppida in tribu Iuda. יתכן Ithenan, Draco. זיפ Ziph, pix. טלם Telem, Aries.

LETHABATA, 30. mansio Israelitarum in deserto, Nu. 33. Deut. 10. patria vxoris Manasse, 4. Re. 21. יטבה Ioteba, bona.

Iethela, oppidum in tribu Dan, Ios. 19.

יתלה Ithelah, suspendet.

IETHER, urbs sacerdotalis, sita in finibus tribuum Iuda & Dan, Ios. 21. 15.

יתר Iathir, abundans.

Iether, filius Gedeonis primogenitus, Iud. 8.

Iether, Israhelites, maritus Abigail sororis David pater Amase Ducis, 1. Paral. 2. 3. Reg. 2.

יתר, explorator, א תור.

Ietheth, Dux Idumæa, Gen. 36. יתת.

Iethraan filius Davidis Regis, 2. Reg. 3.

יתרעם Ithream, explorator populi.

IETHREMMON, Ciuitas Leuitarum, in tribu Dan, Ios. 21. 19. גת רמון Gath Rimmon, torcular mali punici. Alia in tribu Manasse, Ios. 21.

IETHRO, sacerdos, Madianites, socer Moysis. Exod. 3. 18. Hic idem nominatur Raguel, Exod. 2. יתרו Ithro, abundans dignitate א יתר.

Iehu, vide supra Hieu.

IEZABEL, filia regis Sidoniorum, vxor Achab regis Israel, 3. Reg. 16. 18. 19. 21. Fuit autem mulier impia, superba & seua, fouit pertinacissime Idolatriam cultum Baal, pios doctores interfecit, insidiata est vitæ Helie, arte interfecit Naboth, Tandem supplicium dignum sceleribus luit. Nam iussu Hieu ex sublimi precipitata, & vngulis equorum conculcata est, 4. Reg. 9. אִיצַבֵּל IZabel, uæ cohabitatrici אִיצַבֵּל Zabal, cohabitauit.

Iezabel,

Iezabel, Pseudoprophetissa in oppido Thyateiris, cuius mentio fit Apoc. 2.

Iezechel, sic nominat Amasias Petram seu arcem Idumæa à se captam, 4. Reg. 14. Ebraicè

יְהוֹכָדָד Iokreel, obediat Deo.

IEZER, filius Manasse, Ios. 17. Num. 26.

יְעִזֵר Iezer, ubi auxilium.

Iezonias, filius Maachati, capitaneus Iudaicus, 4. Re. 25.

יְאִזַנְיָהּ Iaazaniab, auribus percipiet Dominus. Alius, filius Azur, Ezech. 11.

IEZRAHEL, vrbs in finibus tribus Isaschar sita ad ripam fluminis Cison, Ios. 19. 17. 2. Reg. 2.

3. Reg. 4. 18. 4. Reg. 8. 9. in qua Achab rex Israel aule sedem habuit, 3. Reg. 18. 21. יִזְרְעֵאל Iezrael, Semen Dei. Sed Ose. 1. filius Oseæ vocatur Iezrael, ut significetur populum Israel ob Idolatriam, in

Babylonem, & omnes gentes disseminandum esse. Iezrael, vrbs in tribu Iuda. Ios. 15.

Igal, filius Ioseph, explorator de tribu Isaschar, Num. 13.

יִגְעָל Igeal, à Gaal, abominatus est.

IGNATIVS discipulus Iohannis Evangelistæ, & Apostoli, episcopus Antiochenus, successor Euodij

quem Petrus Apostolus precessit, sub Traiano Romam ductus & leonibus obiectus. Euseb. lib. 3. cap. 36. 22.

Irenæus lib. 5. pag. 333. Extant eius epistole undecim:

ad Trallianos, Magnesios, Tarsenses, Philippenses,

Philadelphios, Smyrnæos, Polycarpum, Antiochenes,

Heronem diaconem Antiochenum, Ephesios & Ro-

manos,

manos, in quibus, ad Fidem in Christum sinceram, & caritatem ac vnionem cum episcopis & inter se mutuo tuendam, & patientiam in cruce, & spem aeternae liberationis ac gloriae, spiritu verò Apostolico & Iohannaem praeceptorem exprimente, eos hortatur, & Iudaicos ac Simonis Magi errores, sua aetate de Christo sparsos, cum vnus tantum sit DEVS, Christum non Deum sed nudum hominem esse, nec verè sed putatiuè δοκείσθαι passum mortuum & resuscitatum esse refutat, & ad Smyrneos, se Christum post resurrectionem in carne nouisse dicat, & summam Theologiae hoc aphorismo concludit τὸ ὅλον πίστις ἢ εἰς Θεόν, ἢ εἰς ἀγάπην πρὸς τὸ ὁμόφυλον. Ad Philippenses insignite testimonium de tribus personis Diuinitatis distinctis tradit, & ad Philadelphienses Antiquitatem allegantibus grauissimè respondet ἐμοὶ δεχθεῖσα ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ἡ παρακλήσις, πρὸς δὲ ὅλεθρον. ἡ ἢ πρὸς κεῖται τῆ δεχθεῖσα πνεύματός. Mibi Antiquitas est Iesus Christus, quem nolle audire manifestum exitium est. Neq; anteponenda est Antiquitas Spiritui per scripturam sacram loquenti.

Ad Magnesianos, πρέσβειρον ἐστὶ ἡ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εἶναι, ἡ καὶ τὸ λέγεισθαι, ἀλλὰ τὸ εἶναι, μακάρων ποιῆ. ad Ephesios ἀμείνον ἐστὶ σιωπῶν, καὶ εἶναι; ἢ λαλεῖν, καὶ μὴ εἶναι. Melius est tacere, & esse pium, quàm loqui
(docere)

(docere & iactitare pietatē) & non esse, ad Romanos
 ἄφετέ με θερίων εἶναι βρώμα, δι' ὧν ἐστὶ θεῶ
 ἰσχυροῦν, σίτ' εἰμι τῶ θεῶ, καὶ δι' ὀδόντων θε-
 ῶν ἀλήθως ἵνα καθαρὸς ἄστος θεῶ εὐρεθῶ.
 Sinite me ferarum escam fieri, per quas licebit ad Dei
 visionem & fruitionem peruenire, frumentum sum
 Dei, dentibus ferarum molor, vt mundus panis Dei
 inueniar.

Ad Smyrnaeos affirmat se Christum post resurre-
 ctionem vidisse, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ
 αὐτὸν εἶδα. Ad Trallianos de Filio Dei inquit,
 ἡ ἐστὶ λόγ' αὐτῶ, & ῥητὶς, ἀλλ' ἐσιώδης.

Ilhelon, filius Esau, Gen. 36.

יֵאֵלִאם Iaalam, inuenis vel absconditus.

ILLYRICVM regio Europa, inclusa mari A-
 driatico, Histria, Pannonia, Macedonia. Hodie Scla-
 uonia & Bosna dicitur. Ad hanc vsq; regionem scri-
 bit Paulus se Euangelion propagasse Rom. 15. cūm
 adhuc Corinthi doceret, anno 22. suae conuersio-
 nis.


Ingenuus, martyr Alexandrinus.

Innocentius, Dux militum in legione Thebana
 sub Mauricio, martyr sub Maximiano.

INDIA, amplissima regio Asia, cuius descri-
 ptio apud Ptolemæum lib. 7. Geographiæ, & Stra-
 bonem lib. 15. legatur. Fit Indiæ mentio obiter in li-
 bre

bro Hester. & 1. Macc. 8. Romani scribuntur regionem Indorum & Medos & Lydos, qui sub Antiochi magni ditione antea fuerant, tradidisse Eumeni regi Asiae. Ibi librariorum incuria, Iones & Maeones, qui in minore Asia habitauerunt, vertit in Indos & Medos.

IOAB, summus Imperator exercitus David, 2. Reg. 8. 1. Paral. 11. natus ex Saruia sorore David, 1. Paral. 2. יואב pater.



IOACHAZ, filius Iosie, rex Iudae tribus mensibus, 4. Reg. 23. Hunc Nechao rex Aegypti cepit, & in Aegyptum abduxit, 2. Par. 36.

IOACHAZ, filius Hicu, vndecimus rex Israel 17. annis, 4. Reg. 13. יואחז IoaHax. Domini hereditas, vel Dominum apprehendens. Ioachaz est inuersum nomen Ochozias.

IOACHIM, vicesimus Rex populi Iudaici, filius Iosie, frater Sedechiae, 4. Reg. 23. 24. 2. Par. 36. Ierem. 1. 22. 25. 26. 36. 45. 46. Huius anno tertio completo, (qui fuit primus Nabuchodonosoris magni) Daniel vna cum socijs & ipso rege in Babyloniam

nem abductus est, Dan. 1. 4. Reg. 24. 2. Paral. 36. Deinde Rex Ioachim prestito iuramento fidelitatis & imposito tributo in Iudam remissus est, & tribus annis Nabuchodonosori seruiuit, 4. Reg. 24. Po- stea spe auxiliorum Aegyptiorum defecit ab eo, do- nec tandem undecimo anno regni rursus victus, & sepultura asini sepultus est, Jerem. 22. Hec communis Ebraeorum sententia est. Sed Iosephus lib. 10. cap. 8. scribit Ioachim anno regni octauo tributarium re- gi Nabuchodon. factum esse, & tertio anno, qui fuit regni illius undecimus & ultimus, rebellasse, & in Babylonem vna cum Daniele abductum esse.

יהויקים Iehoiakim vel Ioakim, Domini resurrectio,
 אלקים אריות Eliakim, Dei resurrectio, 4. Reg. 23.

Ioachim, maritus Susannae, Dan. 13.

IOACHIM pater Mariae virginis, maritus An- ne fuisse, ab Epiphanio & Damasceno lib. 4. Cap. 15. & alijs scribitur. Inde Valli Ioachimica nomen indi- tum est, quae vrbs anno 1516. primum effossis ibi mo- tallis, condi coepit.

IOACHIN, filius Ioachim, nepos Iosiae, rex Iudae, cum tres menses regnasset, abductus est in Ba- bylonem, 4. Reg. 24. 25. 2. Paral. 36. Ezech. 1. Ebra- ice יהויכין Iehoiachin, vel Ioachin, Domini sedes: alibi vocatur Iechonias, vide supra Iechonias.

IOSIAS rex Iude

13. annis.

Ioachaz	Ioachim	Sedechias
3. menses.	11. annis.	11. annis.

IOACHIN, qui & Iechonias
3. mensibus.

Ioahē, Secretarius regis Ezechie, Esai. 36. 4. Regum 18. יואח, Domini frater.

IOAS, Decimus rex Iudæ, filius Ochozias, 4. Regum 11. 12. 2. Par. 23. 24.

יְהוֹאָשׁ Iehoas, fundamentum Domini.

Ioas, Duodecimus rex Israel, 16. annis, pater Ieroboam, 4. Reg. 13. 14. Osee 1. Amos 1. 2. Par. 25.

Ioas, pater Gedeon, Iud. 6.

Alius, filius Achab, regis Israel, 3. Reg. 22.

IOATHAN, Tredecimus rex Iudæ, filius Azarias seu Ozie, avus Ezechie, Rex pius & felix, 2. Paral. 27. 4. Reg. 15. Esai. 1. 7. Ose. 1. Mich, 1. Matth. 1.

יִּוְתָם Iotham, Domini perfectio.

Ioathan, filius Gedeonis, Iud. 9.

IOB, Terram Hus, in qua S. Iob habitavit, certum est in finibus Idumæe, quæ pars est Arabie Petrae, sitam fuisse. Nam Thren. 4. dicitur: Gaude filia Edom, quæ habitas in terra Hus. Et Iob 1. scribitur Sabæos, ex vicina Arabia Felice, armenta eius abegisse. Ideo propter similitudinem nominis, S. Iob existima-

rar fuisse rex Idumæa, qui Gen. 36. nominatur Iobab
 filius Zare, & temporibus patriarchæ Iacob vixisse,
 annis fere 230. ante exitum ex Aegypto.

Proponitur autem in Iob illustre exemplum Pa-
 tientia in cruce, & maxima pars disputationis in li-
 bro Iob, hoc syllogismo continetur.

Deus iustus Iudex, pios ornat præmijs, iniustos
 autem & sceleratos cruce & ærumnis premit. Iob &
 ipsius liberi horrenda mole calamitatum obruuntur
 a Deo. Ergo Iob suis peccatis pœnam meruit. Agat igitur
 penitentiam & sua peccata agnoscat & deploret.

Iob respondet ad Maiorem. Non tantum iniustos,
 sed etiam pios & innocentes, qui humano iudicio ar-
 gui non possunt, premi a Deo cruce & ærumnis, ut
 eorum fides, patientia, & cetera virtutes proben-
 tur, & Dei gloria in mirandis eorum liberationibus
 fiat conspectior. Fit eius mentio Ezech. 14. De libro
 Iob vide Ieronimum Tom. 4. lib. 10.

Iob Ebraice scribitur per Aleph, Iod, Vau, Beth,
 יׁוֹב Ieronimus vertit dolens.

Iobab, filius Iectan, nepos Heber, Gen. 10.

Iobab filius Isaschar, Gen. 46.

Iobab, Rex Idumæa, Gen. 36. 1. Par. 1.

יׁוֹבב & יׁוֹבב Iibeb, eiulavit.

Iochabed, vxor Amram, mater Moysis & AA-
 ronis, Exod. 6. Num. 2. 26.

יׁוֹכֶבֶד Iochabed, Domini gloria vel grauitas.

IODOCVS, regia progenies, veterū stirps clara
 Britan-

Britannum, peregrinationem religionis ergo Romam
 & inde in Pontum suscepit, vbi eremite more in cella
 mari vicina, cum discipulo habitans, vnum panem in
 cella reliquum, quatuor pauperibus diuisit. Murmu-
 rante autem discipulo quatuor naues sine remige pa-
 ribus onustae appulerunt. Scribitur & puella caeca vi-
 sum restituisse, & placide decessisse Idibus Decembris
 A. C. 653. celebratur carmine Rodolphi Agricola.

IOHANNA, vxor Chuzae, Oeconomi Hero-
 dis, quae ministrat Christo, ἀνὸ τῶν ἰσραηλιτῶν
 ἀδελφῶν, ex facultatibus suis, nach ihm vermügen,
 Luc. 8. Ioha, Leuites delectus ad instaurationem mi-
 nisterij à rege Ezechia, 2. Par. 29. יוהא Ioha, fra-
 ter. Alius, cancellarius regis Iosiae, & visitator ec-
 clesiarum sub Iosia, 2. Par. 34.

Iohannan, filius Matathia, frater Iudae Macca-
 bai, 1. Macc. 2.

Iohannan, filius Carce, Dux Iudaicus, captus Ie-
 rosolyma reliquias populi vna cum Ieremia propheta
 in Aegyptum ducit, Ier. 43. 40. 47.

Alius, capitaneus regis Iosaphat, 2. Par. 17.

Alius, pater Azariae, ducis Phacee regis Israel, 2.
 Par. 28. Ebraice יוהאן vel יוהאן.

IOHANNES, Ebraeum nomen est יוהאן Ioh-
 Hanan, idem significans, quod Deo gratus seu De-
 um propiciam habens, Huldreich, à verbo Hanan,
 propicius fuit, fauit. Graeci scribunt Ἰωάννης, quia
 literam I seu H non possunt in medio dictionis spi-
 ritu

ritu aspirato, signare. Significat autem Ioannes, sive
H. miserum, afflictum ab Anah.

IOHANNES BAPTISTA, filius Zacharie & Elisabeth, $\pi\epsilon\acute{\epsilon}\delta\omega\mu\epsilon\tau\omicron$ Christi, (Luc. 1.)
& primus Doctor noui testamenti, Christum exhibitum digito monstrans, Ioh. 1. Lucerna ardens ac lucens (Iohan. 5.) seu Doctor Euangelij maxime illustris, mentes hominum, luce vera agnitionis, Dei, veritatis & vitæ, a tenebris ignoracionis Dei, peccati & mortis liberata, illuminans, & de omnibus doctrinæ Christianæ articulis ecclesiam perspicuè erudiens & confirmans : De Deo & tribus personis illustri discrimine in baptismo Christi patefactis Matth. 3. Iohan. 1. De duabus naturis in Christo & discrimine inter Christum & ceteros sanctos Iohan. 1. 3. Matth. 3. De discrimine Legis & Euangelij Iohan. 1. Lex per Moysen data est, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. De iustificatione seu remissione peccatorum gratuita propter Christum donanda Ioh. 1. Ecce agnus Dei tollens peccatum mundi. Item ex plenitudine Christi omnes accepimus gratiam pro gratia. De Fide iustificante Iohan. 3. Qui credit in filium habet vitam æternam. De bonis operibus Luc. 3. De Sacrificijs Ioh. 1. De Poenitentia Matth. 3. Luc. 3. Marc. 1. De Ecclesia Matth. 3. De Baptismo Luc. 3. 7. Iohan. 13. Matth. 3. De vita politica Luc. 3. De coniugio Ioh. 3. De vita æterna & pœnis impiorum

eternis. Iohan. 3. Qui credit in filium, habet vitam eternam Matth. 3. Paleas comburet igne inextinguibili. Sic totum corpus Doctrinae Euangelij, ad veram agnitionem Dei & salutem nostram necessariae, Iohannem complexum esse apparet.

Fit praeterea Iohannis & discipulorum illius mentio Matth. 4. 9. 11. 14. Acto. 1. 13. 19. Historiam mortis Iohannis recitant Matth. 14. Mar. 6.

Iosephus lib. 18. cap. 7. Quibusdam Iudaeis, Herodis exercitus per iustam vindictam a Deo concisus esse visus est, vt poenas is penderet Ioanni, qui Baptista cognominatus est. Occidit enim hunc Herodes, virum bonum, qui Iudaeos virtute exercenda, iusticia colenda, pietateq; in Deum praestanda, ad baptismum conuenire iubebat. Tum demum enim gratum acceptumq; Deo docebat eorum fore baptismum, si non tantum peccata quaedam per confessionem deprecarentur, verum etiam mundiciei & puritati corporis, anima simul iusticiae cultu repurgata, alijsq; virtutibus omnibus studerent. Valde enim oratione eius permouebantur. Sed eloquentiam viri Herodes, quod hominibus persuadendis efficax esset, suspectam habens, & rem in defectionem euasuram timens (Omnia enim de consilio Iohannis Iudaei facturi esse videbantur) multo melius esse duxit, antequam quicquam ab eo nouatum esset, hominem praecipue, & e medio tollere, quam vt rerum mutatione facta, tum primum in ipso tumultu & periculo poenitentia duceretur.

tur. Itaq; ille propter huiusmodi Herodis suspicionem, in custodiam Macheruntem conijcitur, atq; ibi ceditur.

Ritus accendendi Ignem, & publica lætitiæ signa edendi, in festo Iohannis, ex verbis Ioh. 5. Erat Iohannes lucerna, ardens & lucens, & voluistis aliquantisper exultare in luce illius: & Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, Item, Multi in natiuitate eius gaudebunt, &c. ortos esse apparet.

IOHANNES Apostolus & EVANGELISTA, filius Zebedæi & Salomes fuit, Frater Iacobi maioris, initio piscator, deinde ad munus Apostoli vocatus à Christo, Matth. 4. 10. Marc. 1. 3. Lucæ 5. 6. Act. 1. 12. Complexus est autem Christus Iohannem singulari beneuolentia præ ceteris Apostolis, ut ipse Iohannes indicat, Iohan. 13. & 21 ubi in postrema cœna scribitur recubuisse in sinu Christi. Quo significatum est, eum diuinam sapientiam & sublimia illa mysteria $\omega\epsilon\iota\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ ex intimo pectore Christi hausisse. Hunc adhibet Christus cum socrum Petri febricitantem sanat Marc. 1. & postea cum filiam Iairi mortuam reuocaret in vitam, Luc. 8. Itaq; existimatur Iairi à Deo illuminati discipulus fuisse. Eundem vna cum fratre Iacobo & Petro ducit in montem, ad illud mirandum colloquium cum Moise & Helia, Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. Idem indicat Christo, multos docere & demonia eicere, qui ta-

men non vtantur assidua familiaritate Christi, Marc.
9. Luc. 9. Cumq³ Samaritani quidam Christo ho-
spitium negarent, interrogat Iohannes, an igni celi-
tus demisso, instar Helix, impios perdere debeat. Luc. 9.

Idem Iohannes, paulò ante passionem Christi, cir-
cumferens adhuc opinionem de regno Christi politi-
co, vnà cum fratre Iacobo, petit à Christo, vt alterum
à dextris, alterum à sinistris collocet in regno suo,
Marc. 10. Matth. 20. Interrogat Christum de tempo-
re excidij Ierosolymitani & extremi iudicij, Marc. 13.
Mittitur à Christo, vt Cœnam in die Pasche apparet,
Lucæ. 22. in Cœna accumbens in sinu CHRISTI,
interrogat, Quis sit futurus proditor Christi, Iohan.
13. 21. Hunc vnà cum Petro & Iacobo adiungit sibi
comitem Christus, iturus in hortum Gethsemane ad
agonem, Marc. 14. Matth. 26. ac Iohanni astanti
ad Crucem commendat matrem suam Mariam,
Ioh. 19.

Christo resuscitato, Iohannes vnà cum Petro cur-
rit ad monumentum, & credidit (ß: corpus esse ab-
latum) nondum enim nouerant scripturam, quòd
oporteret eum ex mortuis resurgere, Iohan. 20. Ei-
dem Iohanni & Petro, Nathanaeli, Thome & ce-
teris ostendit se Christus ad mare Tiberiadis, Ioh. 21.
Cumq³ Petrus sciscitaretur, quid de Iohanne posthac
futurum esset: respondit Christus, Si uolo eum manere
donec venero, quid ad te? Tu me sequere. Hic
est discipulus, qui testificatus est de his, & scripsit
hæc,

hæc, & scimus quod verum est testimonium ipsius Iohan. 21.

Post effusionem Spiritus sancti in Apostolos, Iohannes vn̄. cum Petro sanat claudum, Actorum 3. & postredie ad Synedrium vocatus liberè & constanter doctrinam de Iesu Christo solo autore salutis nostræ confessus est, Act. 4. Deinde Ecclesiam Samaritanam a Philippo Diacono antea colligi cœptam, vn̄. cum Petro visitauit, & Simonem magum ex Syria expulit, Act. 8. Idem Iohannes, cum Iacobo & Petro, qui videbantur Ecclesie columnæ esse, præfuit Concilio Apostolorum, & Paulo ac Barnabæ dextræ socias dedit, eisq; præcepit, vt inter Gentes, quemadmodum ipsi inter Iudeos circumcisos Euangelion prædicarent, Gal. 2. Postea Ephesi aliquandiu vixit, & vicinas Ecclesias in tota Asia rexit. Sub Domitiano scribitur Romæ ante portam Latinam in feruenti olei dolium immissus die 6. Maij, & cum non lederetur, in insulam Pathmon relegatus esse. Sed sub Nerua Ephesum redijt, & Drusiana, quæ efferebatur, vitam restituit. Ac omnium Apostolorum diutissimè vixit. Attingit enim 68. annum post resurrectionem Christi, & obiit anno Christi 101. Huius festum Latini 27. Decembris, Græci 8. Maij celebrant.

Opinio de Iohanne redituro ante extremum iudicium, vt cum Helia & Enoch Antichristum oppugnet, orta est ex Apocal, 10. 11. Vnde tamen hoc

solum colligi potest, doctrina Iohannis Apostoli Antichristum refutandum esse.

Vide Eusebium lib. 3. cap. 1. 18. 20. 23. vbi historiam de discipulo ex sodalitate latronum ad poenitentiam reuocato narrat. ca. 24. de Euangelio secundum Iohannem cap. 25. de Epistolis Iohannis. cap. 31. de morte Iohannis scribit. Iraneus lib. 3. ca. 3. recitat historiã de Cerintho & testatur, Iohannem vsq; ad Traiani Imp. tempora peruenisse. Idem lib. 3. ca. 11. narrat, Cerinthi blasphemias Iohanni occasionem scribendi Euangelij præbuisse.

Extant inter libros noui Testamenti, quinq; scripta quæ Iohannis nomen præ se ferunt, Euangelion, tres Epistolæ, & Apocalypsis. In EVANGELIO secundum Iohannem, conciones propria Euangelij, de persona, officio, & beneficijs Christi, eorumq; applicatione, seu Fide iustitiam & vitam æternam accipiente ca. 1. 3. 5. 6. 8. 10. 11. 17. & consolationes dulcissime ca. 14. 15. 16. & Miracula Christi insignia, ab alijs Euangelistis omissa, vt resuscitatio Lazari. sanatio cæci, paralytici &c. eruditissime & purissimo ac dulcissimo orationis genere exponuntur. Nam cæteri Euangelistæ sepe tantum postremi anni vitæ Christi historiam, post captum Ioannem Baptistam, complexi sunt. Iohannes vero Paralipomena scripsit, & tempora seu Paschata (cap. 2. 5. 6. 13.) accuratè distinxit, ex quib. intelligi potest, Christum tribus annis & paulo diutius prædicasse.

In EPISTOLA IOHANNIS Prima duo loci præcipui sunt. Adhortatur enim pios, ut veram filij Dei Domini nostri Iesu Christi, aduocati

& propiciatoris nostri, agnitionem & fidem conseruent, & corruptelas veræ doctrinæ vitent. Deinde vt vera & ardenti dilectione Dei & proximi fidem suam declarent. Estq; hic velut status & summa totius Epistola: Iustificati à Deo gratis propter Christum sine, necessario deinceps à peccatis abstinere, & in omni vita, iusticiam ac innocentiam, seu dilectionem Dei, & proximi colere debent, vel brevius. Fides per dilectionem operatur.

In Secunda Epistola, Iohanes Presbyter (quisquis est) gratulatur fidei ecclesiæ, quod veram de Christo doctrinam amplexa sit, & hortatur, vt eam retineat, & à falsis doctoribus sibi caueat, & dilectionem mutuam colat. In tertia, Gratulatur Gaio, quod veram de Deo doctrinam retineat, & sit beneficus erga fratres, perstringit Diotrophem ambitiosum, & commendat Demetrium.

DE APOCALYPSI, veteris Ecclesiæ iudicium legant studiosi apud Eusebium, lib. 3. cap. 25, & 39. (vbi Papiæ mentio fit, qui cum Polycarpo fuit discipulus Iohannis) lib. 4. cap. 19. lib. 5. cap. lib. 7. cap. 25. Est autem liber Apocalypsis Vaticinium, breui epitoma complectens Historiam Ecclesiæ Christi a temporibus Apostolorum vsq; ad finem mundi, quæ persecutionibus & arumnis, partim a Tyrannis, partim ab Hereticis instinctu Diaboli affligetur. Et passim insertæ sunt consolationes Ecclesiæ & piorum, quos Deo curæ esse, & a Deo mirabiliter defendi, &

tandem vita & gloria eterna donari affirmat. Hac ferè summa est totius libri à capite quarto vsq; ad finem. In secundo & tertio, Angelis seu doctoribus septem Ecclesiarum in Asia præcipit, vt in accepta fide Christi, vsq; ad finem vitæ constanter perseuerent, & peccata vitent, & de admissis penitentiam agant.

Iohannes, episcopus Alexandrinus propter beneficentiam erga pauperes eximiam ἐλεηµων dictus est obiit A.C. 605. die 5. Febr.

Iohannes Chrysostomus, Vide supra Chrysostomus.

Iohannes Damascenus, cuius quatuor libri de Orthodoxa fide extant, vixit tempore Leonis Isauri, circa annum Christi 720.

IOHANNES MARCVS, consobrinus Barnabæ, Colof. 4. Act. 15. filius Mariæ, in cuius domum Petrus ab Angelo eductus ex carcere diuertit, Act. 12. Hic aliquandiu comes fuit peregrinationum Pauli & Barnabæ. Sed in Pamphylia pertæsus itinerum redit Ierosolymam, Act. 13. Post aliquot annos cum Barnabæ eum rursus sibi & Paulo comitem adiuncturus esset, & Paulus aduersaretur, tanta inter eos dissensio fuit, vt à se mutuo disiungerentur Act. 15. Tandem vero Marcum rursus Paulo amicum fuisse, & Romæ ipsi seruisse, apparet ex Colof. 4. & ad Philemonem, & 2. Tim. 4. Hunc Marcum Euangelistam fuisse quidam existimant.

Iohan

Iohannes Hircanus, filius Simonis, fratris Iude Maccabei, profligat Cendebeum ducem Antiochi Regis, 1. Macc. 16.

Iohannes, Nicomediensis nobilis, discerpit editum Diocletiani publicè contra Christianos propositum, Euseb. lib. 8. cap. 5.

Iohannes Anachoretæ, quem Moscum fortasse à patria nominant PRATVM Spirituale 219. capitibus distinctum continet historias monachorum patrum antiquorum editas primùm ab Aloysio Lipomano, nunc Tom. II. Bibl. S. P. insertas, vixit post annum Christi 600.

Iohannes Duns, Scotus, doctor subtilis, obiit anno Christi 1308.

Iohannes Obediens, in Vitis Patrum celebratur.

Iohannes, episcopus Romanus, Arianos ex Italia eicere conabatur, ideo à Theodorico Veronense in carcere necatus est, eodem serè tempore, quo Boëtius, circa annum Christi 520.

IOHANNES & PAVLVS, Romani, Tribuni militum sub Constantino magno, postea martyres sub Iuliano, 26. Iunij.

IOHANNES, Aegyptius, Eremita Thebanus, circa annum Christi 400. anno ætatis suæ 90. obiit, cum claruisset dono sanandi & vaticinandi, Trip. lib. 8. cap. 1. & in Vitis Patrum, inter quas prima est huius Iohannis historia.

IOHEL, filius Samuelis, 1. Reg. 8. pater Her-
man sapientis & Musici, 1. Par. 6. 25.

IOHEL, Propheta, existimatur vixisse circa fi-
nem regni Ezechie, & initium Manassæ. Cap. I.
Concionem pœnitentiæ instituit, & adhortatur ciues
Iudææ, vt horrendam sterilitatem terræ, famem &
ceteras peccatorum pœnas agnoscant, peccata sua de-
plorent, frequentes in templo conueniant, & à Deo
veniam petant. Cap. II. prædicit vastationem regni
Iudaici per Babylonios, & grauis. exhortatur popu-
lum ad agendam pœnitentiam. In postrema parte se-
cundi capituli, incipit concionem de Regno & Benefi-
cijs Christi, & de donatione Spiritus sancti. Cap.
III. vaticinatur de vocatione Gentium ad societatem
Ecclesiæ Dei. Vocat autem Vallem Iosaphat
(quod appellatiuè verti debet vallem iudicij) non
iræ sed gratiæ, qua Deus per Euangelion absoluit cre-
dentes à peccato, eosq; iustos & heredes vitæ æternæ
iudicat. יוהל ה' אלהינו, incipiens à יוהל
vel Dominus Deus. Alius Ioel, Leuita, 2. Pa-
ral. 29.

IOIADA, filius Azaria, filij Achimaas, filij Sa-
doc, summus Sacerdos, qui Ioas filium Ochozia re-
gis Iuda contra Athaliam defendit, & ad regnum
euexit, 4. Reg. 11. 12. 2. Par. 23. יחזקאל
da, scientia Domini, seu doctus à Domino. Nam
labia Sacerdotis debent custodire scientiam Dei, Ma-
lach. 2.

Ioiacl.

Ioiaden, mater Amasia regis Iuda, 4. Reg. 14.
 יהוידן Iehoaden, Dominus vsq³ adhuc, seu perpetuus.

Ion, Atheniensis, scribitur in Gallia Euangelion docuisse, & prope Parisios interfectus esse.

IONADAB, amicus Hieu regis Israël, ortus ab Hobab, seu Iethro socero Mosi, autor ordinis Rechabitarum, 4. Reg. 10. Ier. 35.

יִנָּדָב Ionadab, Domini munificentia.

IONADAB, filius Semma fratris David, & amicus Ammon filij David, 2. Par. 13. Quod in titulo Psalmi 70. in vsitata versione scriptum est (Psalmus David, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum) id in Ebr²⁰ prorsus non extat. Nam Psalmus אֲנִי-מִצְדָּקֹת est.

IONAS, Prophet a missus ad conuertendos Niniuitas, vixit tempore Ieroboam regis Israel, & Ozia regis Iuda. Fuit igitur אֲנִי-מִצְדָּקֹת vel paulo superior Osea, Amos, & Esaias, vt perspicuum est, 4. Reg. 14. vbi scribitur: Ieroboam restituit terminos Israel ab Emath vsq³ ad mare, iuxta sermonem Domini, quem locutus est per seruum suum Ionam, filium Amithai Prophetam. Hec pars concionum Ione non extat. Sed reliquam historiam Ione, ipse Christus aliquoties citat, Matth. 12. 16. Luc. 11.

יִנָּה Ionah, Columbanus Columba.

Jonas, Aurelianensis episcopus, libros tres de cultu.

cultu imaginum ad Carolum Caluum Imp. edidit
contra Claudium Taurinensem.

Ionam, filius Eliakim, Luc. 3.

Jonathan, Præfectus carceris, de Prouose, tem-
poribus obsidionis Ierosolymæ, Ierem. 3. 38.

IONATHAS, filius Saulis, excellens virtute,
fortitudine bellica pietate, fide erga amicum, & præ-
cipue modestia seu ταπεινοφροσυνη, qua volens Da-
uid amico de regno cedit. Extat eius historia 1. Reg.
13. 14. 18. 19. 20. 23. 31. Ebraicè יונה יואנא-
than, à Deo datus, vel Domini donum.

Alius, patruus & consiliarius regis David sapi-
entia & eruditione doctrina excellens, 1. Par. 7.

Alius fuit Ionathas filius Matathie, frater Iudæ
Maccabæi, cui post mortem successit, 1. Macc. 9. 10.
Tandem fraude circumuentus à Tryphone interficitur,
1. Macc. 13.

Ionathas, BenVziel Ebræa Biblia in Chaldeam
linguam transtulit anno 40. ante Christum natum,
que translatio Targum nominatur.

Ioppe, oppidum Amorrhæorum, Num. 21.

יָוֵפֶת NophaH, flans, spirans.

IOPPE, vrbs Palestinæ, pertinens ad fines tri-
bus Dan, Ios. 19. prope quam celebris Iudææ portus
fuit, qui hodie adhuc vetus nomen, יָוֵפֶת Iaphe (quod
à pulchritudine factum est) retinet. Distat autem
Ioppe à Cesarea, vbi Cornelius centurio vixit (Act.
10.) sexè decem milliaria, à Ierosolymis verò quinq.
milliaria.

milliaria abest. In oppido Ioppe Petrus Tabitam mortuam reuocat in vitam Act. 9. Fit eiusdem oppidi mentio Act. 10. 11. 1. Macc. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 2. Macc. 12. 2. Paral. 2. Greci scribunt nomen Urbis inditum esse ab vxore conditoris, Cephei, Iope, filia Aeoli, quæ alias Cassiopea dicatur.

IORAM, filius Iosaphat, octauus Rex Iuda, gener Achab, regis Israel, parricida fratrum, & persecutor verae Ecclesiae Dei, 2. Paral. 21. 2. Regum 8. 3. Regum 22. יְהוֹרָם Iehoram, Dominus excelsus,

IORAM, nouus rex Israel, filius Achab, 4. Regum 1. 3. 8. 9. 2. Paral. 22. Alius, filius Thoi, regis Emath, 2. Reg. 8. Alius, filius Martha, in Genealogia Christi, Lucae 3. Alius sacerdos, tempore regis Iosaphat, 2. Par. 17.

IORDANIS, Fluius irrigans Palestinam, oritur propè Cesaream Philippi ad radices Libani, ex duobus fontibus (vt Rhenus in Libano seu alpihus Rheticis) quorum alteri Ior, יַרְדֵּן alteri Dan, דָּן nomen est. Ut autem riui ex duobus fontibus propagati, ita etiam nomina confluunt. יַרְדֵּן Iordan, riuius iudicij vel doctrina Iudicij à יָרַד, vel descensio à יָרַד Annis amœnus & quatenus locorum situs patitur ambitiosus est, vt Plinij verbis utar, accolisq; se præbens, velut inuitus Asphaltitem lacum dilatum natura petit, à quo postremò ebibitur, aquasq; laudatas perdit pestilentibus mixtas. Ergo ubi prima conuallium fuit occasio, in lacum se fundit, quem

quem plures Genesaram vocant XVI. M. pass. longitudinis, VI. M. latitudinis, amœnis circumseptum oppidis: ex quibus precipua sunt ab occidentali latere Cæpernaum, multis concionibus & miraculis à Christo ciue illius illustratum: Inde Bethsaida patria Petri, Andreae & Philippi Apostolorum: Magdalum patria Mariæ Magdalene: TIBERIAS, Taricheæ &c. ab orientali parte Chorazin, Julias, Gamala, Gadera, Amathus &c. Inde per amœnissimam & fertilissimam vallem delabens ad mare deserti tendit. ac paulo supra ostium, vbi latissimo & profundissimo alueo, fluebat, & messis tempore vtramq; ripam implebat & egrediebatur. (1. Paral. 12.) Israelita, Iosua Duce, per siccatum Iordanis aluicum in terram promissam, e regione Iericho transierunt, (Ios. 3.) Decima die mensis primi (Ios. 4.) anno mundi 2493. anno 1500. antè, quàm Christus eo ipso in loco Iordanis baptizaretur, Luc. 3. Matth. 3. Iohan. 1. Creberrima autem Iordanis fluuij mentio fit in historia Moysis & caterorum prophetarum Gen. 13. 32. Num. 22. 26. 34. 13. 31. 35. Deut. 2. 3. 4. 31. 11. &c. In Iosua & Iudicum vbiq; 4. Reg. 2. 5. 6. 7. 10. 2. Reg. 16. 17. 19. Esa. 9. Matth. 4. 19. Marc. 1. 3. 10. Luc. 4. Ioh. 10. Psal. 42. 114. &c.

Iosaba, vel Iosabeth, filia Ioram Regis Iuda
soror Ochozæ, 4 Reg. 11. 2. Paral. 22.

יְהוֹשֻׁבַע Iehosaba, Domini iuramentum.

Iosabad, Prim. eps. Leuitarum 2. Paral. 35.

יְהוָה Dominus dotauit.

Iofachar, filius Semat, interficit Dominum suum
Ioas Regem Iuda, 4 Reg. 12.

יִזְכָּר Iozachar, Domini memor.

שִׁמְעָת Simeath, fama.

IOSAPHAT, filius Afa, abnepos Salomonis,
1. Paral. 3. Matth. 1. Rex Iuda. 3. Reg. 15. 22. 4. Reg.
3. 8. singulari pietate, sapientia, iusticia & felicitate
excelluit. Tertio regni anno curauit omnes ecclesias
sui regni visitari, 2. Paral. 17. Constituit iudicia poli-
tica & ecclesiastica, 2. Paral. 19. Insignem Victori-
am aduersus Ammonitas consequitur, hac precatione:
Cum ignoramus quid agendum sit, oculi nostri ad te
Deus tolluntur. Credite in Dominum Deum vestrum,
& securi eritis, Credite Prophetis eius, & omnia
prosperè euenient. 2. Paral. 20. יהושפט Iehosaphat,
Domini iudicium. Alius Iosaphat, Rex India à S. Baro-
laam ad fidem Christi conuersus. Alius, filius AHi-
lud, Cancellarius seu Historiographus regis Dauidis
& Salomonis, 2. Reg. 8. 20. 3. Reg. 4. Alius parricida
sui domini Ioas regis Iuda, 4. Reg. 12. 2. Paral.
24. יהוזבב Iehozabad, Dominus dedit.

Alius, Diaconus Ecclesie sub Rege Ezechia, 2.
Par. 31.

IOSEPH filius Iacob, ex vxore Rachel, nasci-
tur Gen. 30. anno mundi 2199. Venditur à fratri-
bus, & ducitur in Aegyptum, Gen. 37. postea casti
pudoris

pudoris decus retinens, calumnijs suæ domine conjici-
 tur in carcerem, Gene. 39. Cum in seruitute & car-
 cere annos tredecim fuisset, euehitur in fastigium re-
 gni Aegyptiaci Gen. 41 vsq² ad finem, Syrac. 49. Act. 7.
 Psalm. 105. Exod. 13. Ios. 24. Habuit duos filios, quos
 pater Iacob adoptauit, Gen. 48. Ebr. 11. יוסף Ioseph,
 addat, augeat, adijciat. Nam Rachel edito Ioseph,
 dicit: Addet mihi Dominus filium alterum, Genes.
 30. Sæpe autem Dominus Ioseph, pro toto populo Israel
 usurpatur, vt Amos 6. Nihil patiebantur super con-
 tritione Ioseph, id est, propter vastationem tribuum,
 quæ à Ioseph propagatæ erant.

IOSEPH, filius Iacob, faber, sponsus Mariæ vir-
 ginis, Nutritius Christi, cuius mentio fit Matth. 1. 14.
 Luc. 1. 2. 3. 4. Ioh. 6. 7. Memoriam eius celebrat Ecclesia
 die 19. Martij.

Ioseph ab Arimathæa, sepelivit corpus Christi
 Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Iohan. 19. Postea scribi-
 tur ab Apostolis baptizatus esse, vide Petrum de Na-
 talibus lib. 4. die 27. Martij.

Ioseph iustus, (Act. 1.) putatur vnus fuisse ex 70.
 discipulis, qui Barnabæ cognomen accepit.

IOSEPHVS, sacerdos, tempore Vespasiani &
 Titi Imp. vixit, & viginti libros Antiquitatum Iudai-
 carum, & 7. libros de bello Iudaico scripsit, quos sæpe
 in hoc Onomastico citamus.

IOSES, frater Iacobi minoris, & Simeonis ac Iu-
 dæ Apostolorum, Matth. 13. Marc. 6.

IOSES

I O S E S, qui postea Barnabæ cognomen ab Apostolis accepit, (Act. 4.) existimatur vnus fuisse ex numero 70. discipulorum. **וַיְשִׁי**, antiquus, senex.

I O S I A S, filius Amon, nepos Manassæ, Rex Iudæ: Exemplum est p̄i & sancti Regis, qui veram de Deo doctrinam & ministerium publicum, abolitis cultibus Idolatricis instaurauit, & ministros Ecclesiæ clementer fouit, & Iudicia politica & Ecclesiastica sapienter constituit. 4. Reg. 22. 23. 2. Paral. 24. 35.

Anno 13. Iosia, qui fuit à condito mundo 3315. cœpit concionari Ieremias Propheta, Ierem. 1. 3. 22. 25. Anno 31. regni mouens bellum non necessarium aduersus Necho Aegypti regem, interficitur, 2. Par. 35. Fit eiusdem mentio Syrac. 49. Sophon. 1. Matth. 1 & 300. annis ante de ipso vaticinatur Deus per prophetam in Bethel. 3. Reg. 13. **יֹשִׁיָּאֵחַ** Iosiach, incensum seu Thymima Domini.

I O S V A filius Nun, minister & successor Moysis, & DVX populi Israel per siccatum Iordanis alueum in terram Canaan introeuntis: **יְהוֹשֻׁעַ** & Typus saluatoris nostri Iesu Christi, qui filios promissionis Abrahamæ, per Iordanem arumnarum huius vitæ eterne introducit, Ebr. 4. Natus est in Aegypto annis 52. ante exitum, ex tribu Ephraim 1. Paral. 7. patre Nun, qui & Naue dictus est, Syrac. 46. auo Elisama, Duce populi in deserto Num. 1. 2. 7. 10. ac decimo gradu in arbore familiae Iosephum sequitur.

IOSEPH.

EPHRAIM, Gen. 41. 48. 49. 1. Paral. 7.

Beria, 1. Paral. 7.

Reseph.

Thale.

Thaan.

Leadon.

Ammiud Num. 1. 2. 7. 1. Paral. 7.

ELISAMA Dux populi in deserto, Numerorum 1. 2. 7.

NVN, qui & Naue Syrac. 46.

I O S V A DVX populi.

Fuit Discipulus & fidus minister Moſis: cum quo ex AEGYPTO egreſſus anno mundi 2453. primo tyrocinio fortiter & feliciter Amalechitas proſtigauit, Exodi 17. Paucis diebus poſt aſcendit cum Domino & praeceptore ſuo Moſe in montem Sinai, Exodi 24. 32. Poſtea metuens ne de domini & praeceptoris ſui autoritate aliquid decederet, petit prohiberi, ne plures prophetent, Num. 11. Sequenti anno mundi 2454. mittitur vnà cum Caleb & alijs ad explorandam terram Canaan, Nume. 13. 14. Tandem anno 40. poſt exitum, Dei iuſſu ſucceſſor Moſi & Dux populi ritu ſolenni ordinatur, Nume. 27. Deut. 31. 34.

Mortuo igitur Moſe, prima die anni à mundo condito 2493. I O S V A populum Iſrael in terram Canaan patribus promiſſam introducit (Iof. 3. 4. 5.) & exiel-

excellentes ac mirandas victorias pro electis Dei obtinet (Syrac. 46. Ios. 6. 8. 10. 11.) & deuictis ac triumphatis regibus Cananeis, terram Israelitis sorte distribuit, anno mundi 2000. (Ios. 14. 15. & deinceps) & tandem anno etatis 110. moritur, Ios. 24. Iudic. 2.

Ebraicè יהושע IEHOSVA seu IOSVA, Saluator, opitulator, Heiland à radice יושע & Hiphil יושעו saluauit, opem tulit. Graeci addita terminatione Σ, Ἰησῆς seu IESVS scribunt, vt Ebr. 4. Act. 7. Syrac. 46. 2. Maccab. 1. & in LXX. versione Graeca ubiq; nominatur hic ipse Dux IOSVA, qui per siccatum Iordanis alueum in terram promissam Israelitas traduxit.

Iouianus, Imperator, pius & Ecclesiae nutritius, cepit regnare & obiit anno Christi 367.

Iouinianus, Diaconus Xysti episcopi Romani, missus ab eo ad praedicationem & martyrium Euangelij in Galliam, Adriano Imperatore.

Iouinianus, monachus, quem inter hereticos numerant, docuisse scribitur, Coniugium non esse postponendum virginitati, sed virgines, viduas, & maritatas in Christum credentes eiusdem esse meriti. 2. Disputauit verè baptizatos esse ἀναμαρτήτους. 3. Nihil interesse inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum. 4. Paria fore omnium piorum praemia in regno caelorum. Has sententias Ieronymus duobus libris oppugnat, qui tertio Tomo operum ipsius inserti sunt.

Iouinus, martyr, Romæ sub Valeriano Imp.
 Iozabad, Capitaneus regis Iosaphat, 2. Par. 17.
 יהוֹבָד Domini dos.

Iozaphat, Diaconus templi sub rege Ezechia,
 2. Paral. 31.

IRENE, filia Licinij Cesaris, collegæ Constanti-
 ni magni, quæ simulacra Larium & alia in adibus
 patris euertit. Festum eius celebratur die 4. Maij.

Alia, martyr sub Diocletiano.

IRENÆVS, episcopus Lugdonensis in Gallia,
 successit Pborino martyri: Floruit circa annum Chri-
 sti 180. adolescens audiuit Polycarpum, qui Iohannis
 Euangelistæ discipulus fuerat, ut ipse sese testatur lib.
 3. cap. 3. aduersus Valentin: & in libro ad Florinum,
 quem Eusebius citat libro 5. cap. 20. & 5. Tandem
 Sirmij in Pannonia dicitur martyrio vitam finiuisse.
 Titulos librorum Irenæi recitat Ieronimus in Catalogo
 Nunc vnum volumen superest, Nunc vnum vo-
 lumen superest, constans Quinq; libris aduersus
 hereses. In quorum PRIMO Valentini &
 antecessorum ipsius ac sectatorum monstrosas
 & inter se discrepantes opiniones & ritus in
 lucem protrahit & explicat. In SECVNDO,
 falsa esse Valentianorum dogmata non tam
 ex scripturæ testimonijs, quam ipsorum dogmatum
 absurditate & rationibus ostendit. In TERTIO
 primis XVI. capitibus, ex Scriptura sacra & A-
 postolicarum Ecclesiarum testimonijs demonstrat,
 vnicum

unicum esse verum Deum creatorem cœli & terræ, Patrem Domini nostri Iesu Christi, autorem Veteris & Noui Testamenti, à cap. 17. vsq; ad 22. probat vnum esse Iesum Christum λογος unicum suo plasma- ti. à cap. 23. vsq; ad 33. docet, Christum saluatorem ex substantia virginis natum esse, à cap. 24. vsq; ad 40. probat Adam protoplastum æternæ salutis heredem fuisse. In **QVARTO** libro pluribus Scripturæ testimonijs confirmat: Eundem esse Deum, qui Legem Iudæis tradidit, & Euangelion per Christum & Apostolus promulgauit. Eruditissime etiam explicat plurima scripturæ loca, quæ Valentiani eò detorse- rant, vt dicerent Dei opificis & Legis Mosaicæ latoris opera, ab alterius Dei filio, Domino nostro Iesu Chri- sto destructa esse. Ea occasione de violatione Sabbathi, & de Sacrificijs veteris ac noui Testamenti quædam inserit. A cap. 71. vsq; ad 80. de libertate voluntatis hu- manæ & causa peccati disputat. In **QVINTO** libro prolixè confirmat, non solum animam hominis, verum etiam corpus seu carnem & sanguinem salutis æternæ participem esse. Reliqua libri parte de Tentationibus Christi Seminis, quod caput serpentis conterit, De Im- perijs, quod non sint à malo Deo orta, & de Antichri- sto, ac numero 666. cuius Apocal. 13. mentio fit, piè & eruditè disputans, totum opus concludit.

In nostrarum Ecclesiarum Scholis sepè ex Ire- neo citari solet hæc forma loquendi, Christum pro nobis passum esse **REQUIESCENTE VERBO**

BO, vt crucifigi & mori posset, quæ extat lib. 3. cap. 21. Item dictum: Filius Dei semper adfuit humano generi, quod extat lib. 3. cap. 18. & cap. 20. Germanicarum Ecclesiarum testimonia allegat Irenæus lib. 1. cap. 3.

Multa ex hoc opere Irenæi aduersus hæreses descripta passim suæ historiæ inseruit Eusebius lib. 2. cap. 13. lib. 3. cap. 18. lib. 4. cap. 7. 8. 10. 11. 18. lib. 5. cap. 4. 5. 6. 7. 8. Et totum ferè primum Irenæi librum Epiphanius de verbo ad verbum transcripsit.

Irenæus, episcopus Smyrnensis, martyr sub Maximiano.

Irād, nepos Cain, Gen. 4.

יריע onager, vel aceruus descendens.

ISAAC, Filius Abrahæ ex Sara anu effeta & sterili, iuxta promissionem Gen. 17. 18. nascitur Genes. 21. anno mundi 2048. Vixit cum Sem filio Nohe 110. annis, cum patre Abraham 75. cum filio Iacob 120. Moritur Gen. 35 anno mundi 2228. vno anno ante liberationem Ioseph ex carcere sepultus in Hebron. Gen. 49.

רִישׁוֹ יִזְחָק, Risus, gaudium. Abraham enim audiens promissionem de filio Isaac, ex quo promissum Semen Christus nasciturus erat, risit in corde suo, & videns diem Christi, letatus est, Gen. 18. 21 Iob. 8. Syra. 44. Act. 7. 3. Ebr. e. 11. Matth. 1. 8. Luc. 3. 13. Amos 7. vbi nos habemus non stillabis super domum Iadoli.

Quod

Quòd autem Gen. 21. dicitur: In Isaac vocabitur tibi Semen, id est, filij, & nepotes Isaac vocabuntur semen Abraham, non filij Ismael: id Paulus Rom. 9. ad spirituale semen seu membra vera Ecclesie transfert. In Isaac vocabitur tibi semen, hoc est, non filij carnis (nati ex Abraham carnali generatione) sunt filij Dei, (membra vera Ecclesie & heredes vite eterne) sed filij promissionis computantur in Semine, hoc est, Credentes promissioni seu ex Deo nati per verbum promissionis & fidem, sunt vera ecclesia DEO placens.

Isaac, monachus, à Gregorio magno celebratur.

ISAI, filius Obed, pater David Regis, 1. Regum 16. וי munus.

ISASCHAR, filius Iacob, ex vxore Lia, quæ cum peperisset filium quintum, dixit: Mercedem dedit mihi Deus, appellauit quæ nomen eius יִשָּׁשׁכָר Isaschar, id est, merces. Gen. 30. 46. stirps tribus Isaschar, quæ Num. 1. 2. 7. 10. 13. 26. 34. Deut. 33. Genes. 49. 1. Paral. 7. Ios. 19. 21. Iudic. 10. Ezech. 48. Apoc. 7. & alibi celebratur, ex qua Thola Iudex Israelis Iud. 10. & Oseas propheta ortus esse putatur. Regio Isaschar ab occasu mari mediterraneo, à meridie tribu Manasse, ab ortu mari Galilee, à borea tribu Zebulon finiebatur, cuius oppida fuerunt: Sunem hospitium Elisei, 4. Reg. 4. Naim, vbi filium viduæ Christus resuscitauit, Luc. 7. Ietzrael, cuius in historia

Elie & Achab crebra mentio fit & cetera, quæ Ios.
19. enumerantur.

ISBOSETH filius Saul, aliquandiu tenuit ma-
ximam partem regni Israel, sed cum præcipuum suum
ducem Abner offendisset, deditus est ab eo Dauidi, 2.
Reg. 2.3. אישבושת IsboSeth, vir confusus, igno-
miniosus אבוש Bofch.

Isariotes, cognomen Iudæ proditoris Christi, à
mercede factum, ein Kremer.

ISFRIDVS, episcopus Raceburgensis ordine ter-
tius, scribitur aquam in vinum conuertisse, & cæco vi-
sum restituisse. Crantius lib. 6. cap. 40. Metrop
Ismael, vide supra Hismael.

Isidorus monachus sub Theodosio Imp. celebra-
tur ab Euagrio lib. 1. cap. 15. & Heraclide Alexan-
drino. Alius martyr sub Decio.

ISIDORVS, episcopus Hispalensis, scripsit mul-
ta in libros sacros, & XX. libros Etymologiarum &
alia, inter quæ, liber Decretorum Apostolicorum, Ro-
manorum Pontificum & Canonum in concilijs factor-
rum præcipuè celebratur. Ex quo Iuo Beluacensis &
Gratianus, Decreta sua decerpserunt. Vixit tempore
Heracly Imp. circa annum Christi 630. Obijt Hispali
pridie Nonas Aprilis.

ISRAEL, cognomen sanctissimi Patriarchæ Ia-
cob, attributum ei post luctam à filio Dei. ויש ראה
princeps seu victor Dei à שרר & אל vel אל
רא איש Vir videns Deum, sicut inquit: vidi
Domi-

Domium facie ad faciem. Vt autem Iacob in lucta cum filio Dei victor euadit, ideog³ Israel appellatur: Sic omnes p³ fide nitentes promissionibus Christi, iram Dei vincunt, & Deum sibi velut patrem beneuolum conciliant, sicuti mulier Cananea Christum oppugnantem eam tentationibus de indignitate & particularitate vincit.

Cum verò vsitatum sit in scriptura, Gentes appellare nominibus stirpium seu patrum, à quibus ortæ sunt. Sæpius in Prophetis Israel, pro toto populo Israel, ex duodecim ipsius filijs orto, crebrò etiam pro tota Ecclesia vsurpatur, Rom. 9. Non omnes qui sunt ex Israel (patriarcha Iacob nati carnali generatione) sunt Israel, id est, membra veræ Ecclesiæ Dei.

ISTIMON, vrbs Sacerdotalis in tribu Iuda, Ios. 21. 15. אשתמוע Esthemoa à שמע audiuit, obediuit.

ISVAR, filius Caath, nepos Leui, patruus Moysis & Aaronis, Exod. 6. Num. 3. 16. 26. יצור Izehar, oleum, fenestra. Num. 3. scribitur Iessaar.

ITALIA, regio Europe, à borea Alpibus, ab ortu, mari Adriatico & Ionio, ab occasu mari Tyrrenico, inclusa, cuius metropolis fuit vrbs Roma mundi domina. Fit Italiæ mentio Actorum 18. 27. Nomen scribitur ortum esse ab Italo rege, fratre Hesperii, ac idem nomen esse Italus, Atlas & Cithim. Alij voce יתאל bouem significari aiunt. Esa. 66. vbi nos habemus Italiam, in Ebreo est תובל Tubal. Num. 24.

me. 24. Venient cum trieribus de Italia: in Ebraeo est כתיים Cithim.

ITHAMAR, filius Aaronis, Exod. 6. 28. Sacerdos consecratur, Leuit. 10. praefectus familiae Gersonitarum & Meraritarum in deserto Num. 4. 7. 26. Ab hoc HELI sacerdos ortus est 1. Par. 24.

יתמר insula palmae.

ITVRAEA, regio in extremis finibus terrae Canaan, in montibus Libani, quae pars est Coele Syria, teste Plinio lib. 5. cap. 23. cui circa Christi tempora praesuit Philippus filius Herodis, Luc. 3. Fit Ituræorum mentio apud Iosephum lib. 13. Antiq. cap. 18. in historia Aristobuli regis Iudæorum. Eadem regio Graecè Ἰτουραία, id est, aspera, confragosa, scopulosa vocatur. טור castellum seu turrim seu angustas faustas in montibus significat.

Iucadan, Oppidum Iudææ, Ios. 15.

יקדעם Iokdeam, vertex populi.

Iuchal, Legatus Sedechia regis ad Ieremiam. Iere. 37. 38. יהובל Iebucal, dominus omnium.

Iucundus, episcopus orthodoxus, in Africa, ab Hunerico Ariano crematus est.

IVDAS Patriarcha quartus filius Iacob ex Lea, Gene. 29. 35. autor non interficiendi Ioseph, sed vendendi in Aegyptum Gen. 37. postea pro fratre Benjamin captiuo apud Iosephum deprecatur Gene. 44. 43. & a patre Iacob Aegyptum ingresso ad Ioseph praemittitur Gen. 46. Ex Thamar nuru sua procreat Pharez.

Pharez. Gen. 38. Stirps amplissima familiae & omnium celeberrime ac regie tribus Iuda, quae & in deserto caterarum tribuum princeps ac dux fuit. Num. 7. 10. & omnes ferè reges Dauidem, Salomonem & duces populi Iudaici procreauit, ex qua etiam promissus generi humano saluator Christus Iesus tandem natus est Gen. 49. Ebr. 7. 1. Paral. 2. 3. 4. Matth. 1. Lucæ 3. Ios. 15.

יהודה Iehudah, confessor. יהודי Iehudi seu Iudeus, confessor verae de Deo doctrinae. Ad hanc etymologiam alludit Paulus Rom. 2. Ecce tu Iudeus cognominaris.

IVDAS Maccabeus, filius Mathathiae sacerdotis, qui pio zelo se opposuit Antiochi edictis, quibus Iudei abijcere Legem Dei, & Ethnicam Idolatriam amplecti iuebantur. Hic profligatis aliquot Antiochi exercitibus, tandem urbem Ierosolymam & Templum recipit, & repurgat die 25. noni mensis, Anno mundi 3800. ante natum Christum 162. 1. Macca. 4. Postea facto foedere cum Romanis, interficitur in proelio cum Demetrio rege, 1. Macca. 9.

IVDAS, Apostolus, non ille Iscariotes, sed frater Iacobi minoris & Simonis Apostolorum, ut ex epigrapha epistolae Iudae, Matth. 13. Marci 6. Lucæ 6. Act. 1. apparet. Dicitur esse Lebbæus, cognomine Thaddæus, Matth. 10. Marci 3. Huic Iudae sciscitanti ex Christo, cur discipulis se velit manifestare & non mundo, respondet Christus: Si quis diligit me, sermonem meum conseruabit, & Pater meus diliget eum,

& veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus, Iohan. 14. Post resurrectionem Christi scribitur, primum in Mesopotamia, & Ponto Euangelion docuisse, & postea cum Simone fratre in Persiam profectus, ibiq; ab Ethnicis sacerdotibus interfectus esse. Memoriam martyrii illius recolunt Latini 28. Octobris Greci 19. Iunij & 21. Augusti.

Superstites autem fuerunt Domitiani Caesaris temporibus adhuc Iudae nepotes, apud Eusebium lib. 3. cap. 20.

Lebbæus, cordatus, sapiens, à לב Cor.

Taddæus, confessor, à ירה.

EPISTOLA IVDÆ, velut epitome est secunda Epistolæ Petri. Adhortatur enim sanctos, ut in vera fide Christi persistant, & sibi caueant a falsis doctoribus, quorum descriptionem graphicam subiungit, usq; pœnam minatur. Inserit etiam insigne testimonium de extremo Iudicio ex concionibus patriarchæ Enoch descriptum.

IVDAS ISCARIOTES, filius Simeonis Iohan. 13. 6. nominatur Iscariotes vel à tribu Isaschat vel à יששכר mercede, qua Christum vendidit, ein Kremer, Rentmeister, vel ab איש vir, & כרת Carath, excisus. Fit eius mentio Matth. 10. 26. 27. Marc. 3. 14. Luc. 6. 22. Ioh. 6. 12. 13. Act. 1.

Iudas, hospes S. Pauli in vrbe Damasco, Acto. 9.

IVDAS, cognomine Barsabas, mittitur vntum Paulo & Barnaba legatus à Concilio Ierosolymitano.

nitano, perferens ad Ecclesias decreta de abrogatione Legis Mosaicæ, Act. 15.

IVDAS GALILAEVS, de quo Gamaliel Act. 5. loquitur, post natum Christum anno 11. cum Cyrenius secundum censum in Syria & Iudæa ageret, ad libertatem armis tuendam, populum Iudaicum excitavit, clamitans censum nihil aliud quam integram servitutem esse. Cum autem semini Abrahæ promissa sit libertas & regnum perpetuum, vociferabatur impium esse, servire Romanis, & libertatem armis vindicandam esse. Nec Deum auxiliatorem fore ignavis, sed strenuè dimicantibus &c. vide Iosephum lib. 18. cap. 1. 2.

IVDI, Legatus consiliariorum regis Ioachim ad Baruch scribam Ieremiæ Prophetæ, Ierem. 36.
יהודי Iehudi, confessor,

IVDAEA, proprie ea pars terræ sanctæ, quam tribus Iuda tenuit. Sed ut a principali & regia tribu Iuda, Iudæi dicuntur omnes etiam ex ceteris tribubus orti: sic Iudæa dicitur tota Regio Israelitis promissa, quæ prius terra Canaan nominabatur, & Palæstina.

IVDITH, vxor Esau, Gen. 26. 36.

IVDITH, vxor Manassæ, ex tribu Ruben, Iudith. 8. 11. sua pietate, inuocatione & industria liberat Bethuliam, interfecto Holoferne. Iudith. 13.

Hanc historiam Philo ad tempora Darij Hystaspis refert, ut ex cap. 5. coniectura sumi potest, eam captiuitate Babylonica posteriorem esse. Sed ex cap. 1.
& 2,

& 2. apparet, tempore regis Nabuchodofor, ante excidium Ierosolymæ, rem gestam esse. Alij autem eruditi existimant, librum Iudith, Tragœdiam esse, ab aliquo pio & ingenioso homine propositam, quæ doceret duriter quidem adfligi ecclesiam Dei, & in extremas angustias redigi, sed tamen mirabiliter contra Tyrannorum furores defendi & seruari. יהודית Iudith, Iudæa, confessa.

Librum Iudith Chaldaico sermone scriptum, & à Synodo Nicena in numero sacrarum literarum computatum, & a se versum esse, testatur Ieronimus Tom. IIII. fol. 9. D.

Iulius, ab ἰούλα, id est, lanugo. Cæsar à Cæsarie idem nomen est.

IVLIVS, episcopus Romanus, tempore Constantij Imperatoris, apud quem S. Athanasius & Paulus Constantinopolitanus exules receptum habuerunt. Scripsit de Incarnatione Christi ad Dionysium epistolam, quæ contra Nestorium ablegata est. Deinde cum Eutychianis patrocinari videretur improbata est. Obijt anno Christi 352. die 12. Aprilis.

Alius, miles & martyr sub Aureliano.

Iulia, martyr Cæsar augustana.

Iuliana, virgo Nicomediensis, martyr sub Diocletiano, die 16. Februarij.

IVLIANVS Antiochenus, cum Basilissa coniuge nobilissima, exemplo Ioseph & Mariæ perpetuam virginitatis decus seruasse scribitur, martyr sub Diocletiano

Diocletiano 7. Ianuarij. Alius, martyr Casarau-
gustanus, apud Prudentium. Alius Viennensis, Gal-
lus, miles & martyr Christi sub Dioclet. die 27. Fe-
bruarij. Alius, Hospitator, qui cum vtrunq; paren-
tem ignorans interfecisset, in Hospitali ad Fluvij cu-
iusdam vadum peccatum expiauit, sed nec vbi, nec
quando vixerit, constat.

Iulianus, qui Pelagij haresin contra D. Augusti-
num defendit, episcopus Capuanus fuit, ingenio &
doctrina & beneficentia in pauperes celebris, obiit
436.

Iulianus Pomerius archiepiscopus Toletanus,
qui tribus libris contra Iudæos scriptis, Messiam exhi-
bitum esse ostendit, circa annum C. 686. floruit.

IVLITTA, martyr, cuius historiam recitat D.
Basilius in Homilia Ἐὐχαριστίας , pag. 260.

Iulius, Centurio, cui Paulus captivus Romam
ducendus traditur, Act. 26. Ἰούλιος , lanugo, seu
prima barba.

IVNIAS, cuius nomen apud ipsos etiam Aposto-
los illustre fuit, seu qui inter ministros Christi insignis
fuit: ante Paulum ad Christi fidem conuersus, exi-
stimatur vnus fuisse ex 70. discipulis. Hunc Romæ
versantem salutat Paulus, Rom. 17. Ebræis signi-
ficat columbam Dei, à דולב columba, & יה .

Iunilius, episcopus Africanus, Regulas seu Isago-
gen in sacra scripturæ enarrationem, Dialogi forma
tradidit,

tradidit, qui Tom. 6. Bibliothecæ extat. Floruit circa A. C. 450.

IVO, Anglus, Parrisijs & Aureliæ iuri magna cum laude operam dedit, & in iudicijs summa fide & integritate causas egit, ac præcipuè pauperum patrocinium suscepit. Ideo à Clemente VI. inter Divos re-latus est, circa annum Christi 1320. **IVO**, Rex Angliæ, ex singulis ædibus in tota Anglia singulos denarios Papæ Romano attribuit, anno Christi 727.

Iupiter Olympius 2. Macc. 6. **IOVEM** ab Ebreo nomine **DEI** proprio **IEHOVA** dictum esse apparet. Latina Etymologia est **Iupiter**, Iuuanus pater. ἰούμην, cælestis, quasi dicas, ὀλολαμπής à luce & splendore cæli.

IVSTVS, hospes S. Pauli in vrbe Corintho, Actor. 18. Al. us, martyr Complutensis sub Diocletiano. Prud. 5. 4. In monasterio huic martyri dicato obiit Carolus V. anno 1558. die 20. Septemb.

IVSTA, Hispalensis matrona, Idolatricam statuam, quæ in solenni pompa ab Ethnicis circumferre-batur, creptam gestanti in humum abiicit, ideoque crematur.

Iustina, martyr Patavina sub Maximiano.

IUSTINVS PHILOSOPHVS & martyr, Neapoli Palestinæ oriundus, floruit circa annum Christi 150. sub Antonino Pio Imp. & filijs eius M. Antonino Philosopho & L. Vero Caesaribus: ad quos etiam pro Christianis **APOLOGIAM** scripsit.

scripsit in cuius exordio petit, vt Impp. Pij & Philoſo-
phi, veritatem inquirent, nec de Chriſtianorum do-
ctrina & vita ex veteribus præiudicijs aut calumnijs
iudicent, nec Chriſtianorum nomen, quod à bonitate
originem ducat, ſed malefacta, ſi de ijs legitime conui-
cti fuerint, puniant. Deinde ſummam doctrinæ Chri-
ſti legalem, de vno vero DEO creatore non colendo
ſtatuis de Iuſtitia Chriſtiana, qua ſit DEO virtu-
tum cultu ſimilem eſſe, de libero arbitrio, de Regno
Chriſtianorum poſt hanc vitam: de veris in hac vita
cultibus Dei, continentia, dilectione mutua, patienti-
entia, obedientia erga Deum & Magiſtratus, de im-
mortalitate animæ, & corporum Reſurrectione, &
pœnis impiorum poſt hanc vitam, exponit: & hanc
cum Philoſophorum & Poetarum Ethnicorum do-
gmatibus & ſcriptis vulgò receptis magna ex parte
congruere: ideoq; iniuſtè propter eam Chriſtianos
trucidari narrat. Poſtea CHRISTI ad-
uentum, doctrinam, miracula, paſſionem mortem
& reſurrectionem multo ante per Prophetas prædictæ
ideoq; nec magica nec commentitia eſſe demonſtrat.
Poſtremo modum Initiationis Chriſtianorum per
Baptiſmum & RITVM COENAE DO-
MINI & publicorum congreſſuum ad concionem
preces, communionem cœnæ & eleëmoſynarum col-
lectam, deſcribit, & recitato Adriani edicto, quod ac-
cuſatos propter religionem Chriſtianam, non aliter
puniri mandat, quàm ſi contra leges aliquid perpe-
traſſe

trasse conuincantur, concludit. Hæc Apologia longioris ad Imp. scriptæ præcipua capita sunt. Altera breuior ad Senatum Romanum causas exponit, cur Christiani se propter confessionem interfici, sinant; quia videlicet eternam vitam & præmia pijs, supplicia vero impijs proposita esse, credant. Quod autem religionis causa interficiantur Christiani, id ipsis cum Socrate commune esse, qui etiam Christi noticiam aliquam habuerit, & doctrinam consentientem cum Christiana tradiderit.

In Parænetico ad Græcos confert inter se Doctores Ethnicæ & Christianæ Religionis, & MOSEN omnium antiquissimum fuisse ostendit, ex quo Orpheus Homerus, Plato & cæteri multa sumserint. In Dialogo ad Tryphonem Articulos Religionis Christianæ, veterum Prophetarum testimonijs confirmat. Vtilissimum autem scriptum est, in Ierosolymis de DEO & tribus personis diuinitatis & unitate duarum in Christo naturarum, quod diligenter studiosi legant, tametsi posterius Iustini etate illud esse quidam existimant.

Sub M. Antonino martyrij coronam Pergami in Asia accepit. Euseb. lib. 4. cap. 16. 17. 18. 8. 10. 12. lib. 2. cap. 13. citatur ab Irenæo lib. 4. cap. 14. & lib. 5. Item à Tertulliano aduersus Valentinum.

Alius, presbyter Romanus, martyr sub Decio.

Alius, Antisiodorensis Gallus, martyr.

Iuuenalis, episcopus Narniensis in Italia.

IVVEN.

IUVENCVS, presbyter Hispanus, versibus Hexametris historiam Evangelicam descripsit, tempore Constantini magni: Hic hominis, pariterque aquile, bouis atque leonis, Hispanum nostra modulantem lingua Iuencum, Audis &c. Fortunatus. Primus enim docili distinguens ordine carmen Maiestatis opus metri canit, arte iuencus.

Iuuentius, episcopus Papiensis, tempore Vespasiani Imp. Alius, ἀσπίδι ποσὶ Ἰουλιανὸν Imp. cum Ethnicas Idolomanias ab imp. restitutas, improbaret, interfectus est, Trip. lib. 5. cap. 34.

K.

KILIANVS, Scotus, peragratu Anglia, Gallia, & Germanie parte, in Franconiam venit, ibique euangelion predicauit, ac primus episcopus VVurceburgensis a Papa Conone constitutus fuit. Tandem a scarijs, iussu Geilane coniugis Gosberti Principis, quem paulo ante baptizauerat, noctu trucidatus est, anno Christi 688. die 8. Iulij

Χιλκιανός, tribunus, qui præest mille militibus.

KVNEGVNDIS, filia Bela Regis Vngarie vxor Boleslai pudici regis Polonia, circa annum Christi 1250.

L.

L A A B I M, filius Misraim, nepos Cham, Gen. 10. Ab hoc Libiæ nomen extitit. להבים Lehabim, flamma, ardore, quibus Libya torretur.

Hb 2

L A B A N

LABAN, filius Bathuel, frater Rebecca vxoris
Isaac, pater Rachel & Lia vxorum Iacob, homo auarus,
perfidus, אֶסּוֹפִי, Gen. 29. 30. 31. 24. 25.
27. 28.

לָבָן Laban, later, lapis, vel albus, candidus.

Laban, locus Arabie Petrae, Deut. 1. Quidam
sentiunt eundem esse Lebna, Num. 33.

Labana ciuitas Sacerdotum in tribu Iuda, Ios. 19.
21. 15, vide Lobna.

Labanath, in tribu Aser, Ios. 19.

Lacedaemon alio nomine Sparta, hodie Mizithra
dicitur, vrbs nota, in Peloponneso. In hac moritur
Iason exul, 2. Macca. 5.

LACHIS, vrbs in tribu Iuda, Ios. 15. inter Eleutheropolin
& Hebron, cuius regem vincit Iosua cap. 10. munitur
a Roboam 2. Paral. 11. obsidetur a Sennaberibege
Assyriorum, Esa. 36. 2. Paral. 32. 4. Reg. 18. Mich. 1.
לְכִישׁ ad Aethiopem, vel nigro similis, vel vt
Ieronimus in commentarijs Mich. ea vertit, מְגָעָה
עֲרִי, est ambulatio.

LACTANTIVS, quo nullus ex latinis scriptoribus
ecclesiasticis, Ciceroneae orationis puritatem &
elegantiam feliciter emulatus est, tempore Diocletiani
& Constantini Imp. floruit, ac initio in Bithyniae
vrbe Nicomedia, literas oratorias docuit, vt ipse
de se testatur lib. 5. Inst. cap. 3. Extant illius septem
Diuinarum institutionum libri, in quibus prior pars
operis, quae Ethnicas, Idolatricas & Philosophicas
opinio-


opiniones de Deo & summo bono taxat, utilis & erudita est. Sed lib. 5. & 6. vbi de Iusticia Christiana ex professo dicere instituit: tantum de philosophica & legali iusticia differit, & Doctrinam Euangelij propriam de Iusticia Fidei & beneficijs Christi, plane preterit aut obscurat. lib. 4. cap. 24. Christum ideo missum esse ait, vt esset Doctor non verbis tantum sed exemplo etiam perfecto nos ad virtutem inuitans, ideo passum esse, vt patientie exemplum nobis preberet. In eodem libro cap. 6. 14. Filium a patre creatum esse, nec vnquam se DEVM dicere ait. cap. 5. Oportet spiritum hominis iusticia operibus emereri vt fiat eternus, &c.

Lais, focer filie Saul 1. Reg. 25.

L A I S, ciuitas in tribu Aser, non procul a Ptolemaide, ad grad. long. 67. 2. lat. 33. occupata a Danitis. Iud. 18. Ios. 19. לַיִשׁ Lais, Leo vel Trigis.

Laisa, oppidum in tribu Benjamin, vicinum Anathot. Esa. 10.

L A M B E R T V S, episcopus Traiectensis, pulsus episcopatu ab Eberuino Theodorici Francorum regis pretorij prefecto, Leodium fugit, vbi tranquille in cœnobio vixit, tandem a Pipino Caroli Martelli patre rursus in gubernationem ecclesie restitutus, crudeliter trucidatus est a Dedone fratre pellicis Pipini, quem ob adulterium reprehenderat, anno Christi 698. 17. Septembris.



Lamech, abnepos Cain, primus autor polygamie, Gen. 4. לֹמֶךְ oppressor אֶמְכָר.

Alius, filius Mathusalem, pater Noe, Gen. 5.

Lamma, Ebraea vox est, in dicto Psalmi 22. quod Christus in cruce recitat: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti. לַמָּה לֵימָרָה quare, ut quid.

LAMVEL, Prouerbiorum 31. Verba Lamuelis regis, hoc est, Verba regis, cum quo est Deus, habentis Prophetica[m] vocationem.

לַמּוֹאֵל Lamoël, cum quo est Deus.

LANFRANCVS, natus Papiæ in Italia, ludimagister Rhotomagi in Gallia, & postea abbas Cadomensis Benedictinus, tamen archiepiscopus Cantuariensis circa annum Christi 1060. factus à rege Angliæ Guilelmo Normanno, scripsit in omnes epistolas Pauli, & de eucharistiæ sacramento aduersus Berengarium. Obijt 1090:

LAODICAEA, vrbs Phrygiæ Pacatiæ, non procul à confluente Lyci & Meandri, propè Colof-
sas.

fas, in quam urbem consentaneum est venisse Paulum, cum Galatiam & Phrygiam pertransiret, confirmans omnes discipulos, Act. 18. & inde scripsisse priorem Epistolam ad Timotheum, 1. Timoth. 6. Fit preterea Laodicæ mentio Colos. 4. Apocal. 1. 3. Hæc urbs & vicina Colossæ, paulo post Pauli mortem, debiscate terra absorptæ sunt, vt narrat Eutropius, & Strabo in postrema pagina libri 12. Alia est Laodicæa Syriæ urbs, in qua Concilium Laodicense celebratum est.

Laomim, filius Dadan, pronepos Abrahæ, Genes. 25. לאמִים populi.

Lapates in historia Iudith. 10. sunt carica seu masse ficuum à λαπίδιον.

Lapidoth, cognomen Barak, vxores Deboræ, Iud. 4. לפִּידוֹת lampades, faces.

LASÆA, oppidum in meridionali littore Crete, ad quod appellat Paulus Act. 27. Fortassis illud est quod Ptolomæus Lissum nominat. λάσσηα, densa hirsuta.

Lasthenes, præfectus Demetrii iunioris, 1. Maccab. 11. λαθηνος, robur populi.

Latusim, frater Laomin, Gen. 25.

לְטוּשִׁים Lethusim, id est, politi.

Laurentius, martyr Aretinus sub Decio.

LAVRENTIVS, natione Hispanus, Diaconus & Questor ecclesiæ Romanæ, de quo S. Ambrosius

lib. 1. offic. cap. 41. scribit, cum videret Sixtum episcopum suum ad martyrium duci, flere eum coepisse non passionem illius, sed suam remansionem: itaq; his verbis episcopum appellasse: Quo progredere sine filio pater &c. Cum autem Sixtus iuberet Laurentium diligenter thesauros ecclesie adseruare: statim iussu praefecti vrbis Valeriani Laurentius quoq; comprehenditur. Cumq; ab eo peterent satellites, vt thesauros Imperatori traderet, petit spatium tridui ad colligendos thesauros sibi concedi. Interea conuocauit omnes mendicos, pauperes egrotos. Hos, constituta hora post triduum ostendit satellitibus, addens, hos ecclesie thesauros esse, quibus, si quid detur, non perire, sed cum amplissimo faenore in caelo reddi. Hac oratione corui hiantes delusi & exacerbati, tradunt Laurentium carnificibus, qui eum ferreae craticulae, cui prunae substratae erant, imposuerunt. Iacens autem in craticula, summa cum alacritate animi gloriatur se non torreri, sed suauiter refrigerari carbonibus. Praefecto astanti dicit, vnum latus iam satis assatum est, appone igitur & comede, & assaturam verte, &c. Tandem commendans animam suam filio Dei, ex hac vita decessit, Anno Christi 254. die 10 Augusti. Historia tota prolixè & splendide recitatur à Prudentio, qui eum Sixti Diaconum fuisse narrat, qui non sub Decio, sed circa annum Christi 257. esse coepit, sicut Augustinus quoq; in sine tractat. 27. in Iohannem reficit Sixtum martyrem quinto die ante, ad supplicium eun-

um euntem, dixisse Laurentio: Noli mœrere fili: post triduum me sequeris. Quare non sub Decio, sed sub Valeriano, Laurentium martyrii coronam accepisse, si Sixti PP. diaconus fuit, consentaneum est. Quod si sub Decio passus est, Fabiani diaconum fuisse, non Sixti, fuisse necesse est, sicut Eusebius & Eutropius confirmant.

L A Z A R V S, frater Martha & Maria Magdalene, ex vico Bethania, amicus Christi, & resuscitatus à Christo, Iohan. 11. 12. scribitur post Christi resurrectionem vnâ cum Maria Magdalena, Martha, Maximiano & Chelidonio Massilia in Gallia Euangelion prædicasse, & anno 30. postquam resuscitatus fuerat placide obiisse 17. Decembris Epiphan. contra Manicheos. Alius pauper, vlcerosus, spretus à diuite, & postea translatus in sinum Abrahae, Lucae 16. Lazarus idem nomen est quod Eleazar, אֵלְעָזָר Deus adiutor, Gott helff, Gott berate dich.

LEANDER, episcopus Hispalensis, Gotthos in Hispania, & imprimis Hermogileum regem ab Arii furoribus abduxit, circa annum Christi 600. celebratur à Gregorio magno, qui commentarium in Iob Leandro dedicat. Festum Leandri quidam celebrant 27. Februarij.

Lebaoth, vrbs in tribu Iuda. Ios. 17.

לְבוֹת Leane.

Lebna, 17. mansio Israelitarum, Num. 33.

לְבָנָה Libnach, lateres.

Lebna, *Ios. 10. vide Lobna.*

Lebbæus, *Nomen Apostoli Iude, fratris Simonis Matth. 10. Lebbæus, cordatus, sapiens.*

Lechi, *locus in tribu Iuda, ubi Samson mandibula Asini mille Philistinos trucidavit, Iud. 15.*

לחי LeHi, *mandibula.*

Lecum, *oppidum tribus Nephtholim, Ios. 19. in littore lacus Samachonitidos.*

לקים Lakum, *donum eorum.*

Leemas, *oppidum tribus Iuda, Ios. 15.*

לחמס LaHemas, *prælians iniquè egit.*

LEO *Episcopus Romanus, eius nominis primus, refutavit Eutybianos, flexit Attylam Hunnum, ut ex Italia discederet, circa annum Christi 456.*

Leo III. *Carolus magnum Imp. creavit.*

Leocadia, *virgo Toletana, martyr sub Diocletiano, die 9. Decembris.*

LEODEGARIVS, *episcopus Augustoduni urbis Heduarum in Burgundia, tempore Theodorici III. regis Gallie (qui ex Clodoveo filio Dagoberti magni natus erat) ab Ebroino magistro equitum, primò carcere inclusus, deinde effossis oculis & corpore miserè dilacerato interfectus est, anno Christi 686. die 2. Octobris Germani nominant eum S. Leikhauff, fuit consobrinus S. Otilie.*

LEONHARDVS, *Gallus, circa annum Christi 500. vixit, natus ex parentibus nobilibus, qui apud regem*

regem Ludouicum in magna autoritate erant, adolefcens apud Remigium episcopum Remensem vixit, Vocatus in aulas ad magnas dignitates, maluit apud Remigium in studio pietatis & doctrine cœlestis viuere. A rege impetrauit, vt quotiescunq; vel ipse, vel successores regis, Romam, vel loca vicina præterirent, omnes captiui ex carceribus liberi dimitterentur. Postea in Aquitania prope Bituriges, cœnobium ædificauit, in quo vsq; ad mortem cum discipulis versatus est. Vox Leonhard Germanica est, respondens Græcæ Leosthenes, vel Timoleon.

LEONIDES, pater Origenis, martyr sub Sennero, Euseb. lib. 6. cap. 2.

Leontia, martyr Aphricana sub Hunerico.

Leontius, martyr Apolloniensis sub Decio.

Alius, comes Cosinæ Damiani sub Dioclet.

Alius episcopus Burdegalensis à Fortunato laudatus.

Alius Phryx leuis, episcopus Antiochenus, sub Constantio fouit Arianos & Aetium, Trip. lib. 4. cap. 25. 35. lib. 5. cap. 13. 32.

S. LEOPOLDVS, eius nominis IIII. Marchio Austria, beneficus erga pauperes, & conditor monasterij ad Danubium, Closter Neuburg prope Vienne. Obijt anno Christi 1136. 15. Nouembris.

Ernestus

Henricus IIII.

Imp.

Leopoldus III.

S. LEOPOLDUS — AGNES — Fridericus,
DVS IIII. | Dux Suciæ.

Leopoldus V. OTTO Fridericus
Dux Bavarie singensis. prius Dux
Austriæ Conradus III. Fridericus
Frid. Barb.

Leo Tuscus, qui Ioh. Chrysostomi Missam vertit tempore Emanuelis Imp. Caliohanus filij, circa annum Christi 1140. Constantinopoli vixit.

Lefem, vrbs Danitarum in tribu Aser Ios. 19.

לֵוִי Lefem, Lyncurius lapis.

L E V I, filius Patriarchæ Iacob ex Lia, Gene. 29. Exod. 6. Stirps Leuitarum. Quibus Ministerium ecclesiasticum in populo Israel commendatū fuit. Quod erat mandatum docendæ legis diuinæ & promissionis de venturo semine Christo, & offerendi sacrificia diuinitus instituta, vt typi essent personæ officij & beneficiorum Christi: & administrandi ceteras ceremonias Leuiticas: dijudicandi munda & immunda: annunciandi remissionem peccatorum multis & singulis: excommunicandi contumaces & immundos, & eosdem si egerint pœnitentiam, & ritè mundati fuerint, recipiendi.

Ex hac


Ex hac definitione, octo principalia ministrorum sacerdotum Leuiticorum officia comparent: Quae et si Sacerdotibus praecipue congruunt, quibus inferiores ministri, Leuitae fuerunt: tamen nec Leuitae tantummodo lanij, & baiuli fuisse existimentur: sed studia doctrinae de Deo, & alias artes ecclesiae & Reipublicae necessarias simul coluerunt: & Sacerdotibus in propagatione caelestis doctrinae, literarum, doctrinae de Anno, artis medicae, musicae, in dijudicandis dogmatum controuersijs, in erudiendis & confirmandis ambigentibus conscientijs praesto fuerunt, Exod. 6. 28. 29. Num. 3. 4. 26. 1. Paral. 6. 23. 34. 25. 26. Iosua 21. וְלֵוִי אֶת הַכֹּהֲנִים.

וְלֵוִי אֶת הַכֹּהֲנִים adhaesit, sociauit, Gene. 29.

Plutarchus pag. 703. moralium, Graecam etymologiam fingit, Δευίτας ὀνομάζουσι, εἴτε παρὰ τὸν λυσιον, εἴτε μάλιστα παρὰ τὸν Ἐνιον τῆς Πικλησέως γρηγομένης.

Vt autem in conspectu sit series familiae Leuitarum & Sacerdotum, de quibus crebra in sacris literis fit mentio, partem Genealogiae adscribam.

L E V I.



AARON Moses. CHO-

┌──────────┐		RE
Eleazar	Ithamar	

		Abiasaph
Phinces	Ac hoc	Ab hoc ortus
	ortus	SAMVEL

Abisue	HELI	Propheta
	sacerdos	& Heman
Bocci.		sapiens.

Vide in principio Onomastici seriem Pontificum Iudaicorum. 3. Reg. 4. & Chorita.

LEVI, cognomen Matthæi Apostoli, Marci 2. Leui, proauus Mariæ virginis, pater Matthæi, Lucæ 3. LEVITA, minister Pontificis, idem qui Diaconus Græcè dicitur. Prudentius. Hic primus est septem viris, qui stant ad aram proximi Leuita sublimis. Arator. Iura ministerij sacris altaribus apti In septem secuere, viros quos vndiq; lectos Leuitas vocitare placet.

LEVIATHAN, Esaias cap. 27. vaticinatur, Deum circa aduentum Christi per Romanos, oppressis alijs pacem facturum esse, vt spargi tuto Euangelion possit. Ac vtitur hac figura: Visitabit Dominus in gladio suo duro & forti Leuiathan serpentem rektum & tortuosum, hoc est, Deus per Romanos debellabit omnia imperia bellicosa & inquieta. Solet enim

Moosi

Somer

Et.

Hinc

ortus

ETHAN

autor

Psalms

28.

enim scriptura Principes & Reges, magnorum piscium nomine vocare, sicut ipsum mundum allegoricè nominat mare. Quòd autem לִיָּוִיָּתָן significet Balaenam aut similem piscem magnum apparet ex Iob 40. An extrahere poteris Leuiathan hamo.

LEVIVS, Scotus natione, circa annum Christi 630. Gandavi in Flandria docuit, & in vicina Brabantia Euangelion spargens, crudeliter à VValberto, quodam trucidatus est. Nomen habet ab amore, amabilis.

LIA, filia Laban, fratris Rebeccæ, vxor Iacob, Gene. 29. 46. Obijt ante descensum in Aegyptum, & sepulta est in Hebron, Gene. 49.

לֵאָה Leah, laboriosa.

LIBANVS, Alpes seu montes altissimi à mari mediterraneo iuxta Tripolim & Sidonem ultra Damascus porrecti (quorum medium vallis quinq; miliarium latitudine diuidit, quam hodie Maronitæ Christiani incolunt & tuentur) proceris arboribus, cedris, abietibus, Thure & alijs insignis eminent. Limes est Palestine versus Boream & Eurum, & alijs in locis alia nomina habet. Nam & mons Hermon & Gilead & Trachonitis, Libani propagines sunt. Sæpè autem vrbs Ierosolyma, & tota politia nomine Libani notantur, Zach. 11. & alibi. Ebraicè לְבָנוֹן Lebanon, Alpes à candore niuium, quibus cacumina montium media etiam aestate teguntur. Nam לְבָן candidum significat. Iosue 12. vbi nos habemus: vsq; ad mon-

ad montem Libani, in Ebræo est, vsq³ ad montem leuem, **חלח** Halak seu glabrum, carentem arboribus.

LIBER, Bacchi cognomen, cuius festum Ierosolymis, iussu Antiochi celebrabatur tempore Maccabæorum, 2. Maccab. 2. 14. Dicitur autem Liber, vel à liberatis Græcis, vel quia vinum liberat curis & tristitia.

Liberalis, episcopus Cannensis in Apulia, martyr sub Adriano, Die 30. Decemb.

Liberatus, medicus Apher, tempore persecutionis Vandalicæ, cum vxore propter orthodoxam fidem decollatus est.

LIBERTINORVM Synagoga, Act. 6. constabat ex Iudæis habitantibus in Libya, vicina Cyrenaica.

LIBORIVS, episcopus Cenomanensis in Gallia familiaris fuit S. Martino cuius reliquie Paderbornam translatae circa annum 808.

LIBYA vsitatissime pro tota Aphyrica ponitur, vt Act. 2. vocatur pars Libyæ circa Cyrenen. Alia est Libya interior amplissima, cuius medium habet circiter 15. grad. lat. Nomen accepit à Labaim filio Mizraim Gene. 10. In Prophetis, vbi latina versio habet Libya in Ebræo est Phut, Jerem. 46. Ezech. 27. 30. 38. & Lubim, Nahum. 3.

LINVS, auditor & comes S. Pauli, 2. Tim. 4. Ecclesie Romanae scribitur post S. Petrum præfuisse, ab Irenæo

Iren. eo lib. 3. cap. 3. Euseb. lib. 3. cap. 4. extat eius
nomine libellus de passione Petri & Pauli Tom. II.
Bibl. S. P.

LINTPVGA, virgo Thuringica, pietatis,
beneficentiæ & castitatis laude celebris, vixit circa
annum Christi 800.

LOBNI, filius Gerson, nepos Levi, Exod. 6.
Num. 3. 26. לבני Libni, candidus, sincerus, vel
cor amicum א לב & ניה.

LOBNA, vrbs Sacerdotalis, in tribu Iuda.
inter Eglon & Maceda, Iosua 21. rapitur à Iosua,
cap. 10. obsidetur à Sennaherib rege Assyriorum,
Esai. 37. 4. Regum 19. cum aliquot annis ante dese-
cisset à regibus Iuda, 4. Regum 8. Fit eiusdem men-
tio, 4. Reg. 23. לבנה Libnah, candida, vel late-
res.

Loche, Ios. 15. in Ebraeo est יוטה Iutah.

LODABAR, oppidum in regione Galaad,
vbi Miphiboseth, filius Ionathæ aliquandiu vixit,
2. Reg. 9. 17. לוֹדָבָר, à dabar, verbum.

LOIS, auia sancti Timothei, 2. Tim. 1.

Λῳίς, bona, melior, ΕΥΣΕΒΕΩΝ ΠΑΥΔΕΩΣ ΤΩΣ
Λῳία - εὐσεβέων δ ε.

LONGINVS, sic nominatur in Euangelio se-
cundum Nicodemum, Centurio, cuius ministrum
paralyticum Christus curauit. Scribunt eum postea in
Cappadocia aliquos ad agnitionem Christi conuertisse,
ac Casarea capite truncatum esse, Idibus Martij.

Idem nomen centurioni latus Christi in cruce fo-
dienti tribuit Augustinus in Manuali. Longinus a-
peruit mihi latus, Christi lancea, & ego intraui &
ibi requiesco securus.

LOTH, filius Aram fratris Abraham, euersis
Sodomis solus seruatur, pater Moabitarum & Am-
monitarum. Genes. 11. 12. 13. 14. 19. Lucae. 17. 2. Pe-
tri 2. &c. D Lot, obconditus.

LOTHAN, Horreus, ad sinis Esau, Gene. 36.

LVCAS, Euangelista, professione medicus
fuit, Coloss. 4. & indiuiduus comes peregrinatio-
num & carceris Pauli à capite 16. vsq; ad finem actor-
um, 2. Timoth. 4. ad Philemonem, & 2. Corint. 8.
Paulus de Luca inquit: Misimus cum Tito fratrem
eum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias,
nec id solum, verumetiam delectus est ab ecclesijs co-
mes peregrinationis nostrae.

Scrispsit duos libros Historiæ Euangelicæ, quo-
rum priore, (cui titulus est, Euangelion secundum
Lucam) Historiam vitæ, conceptionis, natiuitatis,
pueritiæ, & res gestas seu doctrinam & miracula
Christi, vsq; ad ipsius resurrectionem & Ascensionem
in caelos complexus est. Præcipuè autem postremi an-
ni prædicationis Christi res gestas paulò ante passio-
nem copiosius quàm ceteri persequitur, à fine cap. 9.
10. 11. 12. 13. vsq; ad 19. & multa peculiaria habet:
Historiam conuersi latronis, Filij prodigi, Zachari
Publicani, dicta de pœnitentiâ cap. 13. 15. 24. de inuo-
catione

entione cap. 11. 18. Cantica Mariæ, Zachariæ, Simeonis, Angelorum &c. Posterior verò, cui titulus est ACTA APOSTOLORVM, ea quæ Ascensionem Christi secuta sunt, persequitur, & duorum præcipuè Apostolorum S. Petri & Pauli conciones & res gestas pertexit, vsq; ad annum 4. Neronis, qui est à nato Christo 60. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem ait, Euangelion a Lucæ digestum, Paulo adscribè solere: & capita magistrorum videri quæ discipulū promulgarint. plura vide apud Irenæum lib. 4. cap. 14. Niceph. lib. 2. cap. 43. Eusebius lib. 3. cap. 4. refert, Lucam natione Syrum & Antiochia natum esse. Ieronymus addit, eum 84. annos vixisse cælibem, & Constantinopoli sepultum esse, in quam urbem ossa eius, anno 20. Constantini vnà cum corpore S. Andreae translata sint ex Achaia. Epiphanius pag. 26. prodidit Lucam ex numero LXX. discipulorum fuisse.

Nomen LVCAS significat assumtum à לקח Latina etymologia est vel mutilatum Lucius vel à luce. Nam singulari perspicuitate historiam Christi descripsit, seruato ordine accurato, & annotatis temporibus, & puro ac perspicuo genere orationis vsus est.

Lucius, episcopus in Africa, martyr sub Valeriano, celebratur à Cypriano Epistolarum libro 4.

LVCIA, Sicula, vidua à proprio filio Christianissimi accusata, in martyrio Christi ex hac vita discessit

discessit sub Diocletiano, Alia Virgo Sicula, Siracusana, cum bona à parentibus relicta, pauperibus distribueret, a proprio sponso accusata, martyrij coronam accepit. 32. q. 5. Beata Lucia fertur dixisse præside Paschasio: Si inuitam me violabis, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Non enim inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Corpus S. Lucia à Manetiace Constantinopolin missum, & inde Venetias delatum est, Anno Christi 1040.

LUCIANVS, nobilis Nicomediensis eruditione & pietate præstans, Presbyter Antiochenus, martyr sub Diocletiano die 7. Ianuarij. Scholam celeberrimam Antiochie habuit & libros propheticos in Græcam linguam magna fide & dexteritate vertit, quæ versio sæpè à D. Hieronymo honorificè laudatur.

LUCIFER, episcopus Caralensis in Sardinia, tempore Constantij Imp. Trip. lib. 5. cap. 16. lib. 6. cap. 23. Ab hoc Luciferiani orti sunt, quos Augustinus scribit docere, quòd Anima ex traduce propagetur.

LUCIVS, Cyrenæus, Doctor in Ecclesia Antiochena, Acto. 13. Scribunt filium fuisse Simonis Cyrenæi, qui Christum in cruce gestanda adiuuit, & post resurrectionem Christi docuisse Euangelion in Augusta Tiberina, quæ nunc Ratisbona dicitur, & Auentinus in Annalibus Boiorum testatur. Idem Lucius esse putatur, cuius mentio fit Rom. 16. Ebræis significat

gnificat acceptum à לקח Lakah, Latinis à lucendo. Alius, martyr Alexandrinus sub Antonino. Alius, episcopus Romanus, martyr sub Valeriano. Alius, Anglus, Curia Rhetorum docuit.

LVCIA, virgo Romana, in Aphricam abducta ab Eugenio, postea Romam rediens, propter confessionem Christi decollata est.

LVCINA, Romana, pietatem suam in martyrum corporibus humanis posteritatis memorie commendauit.

LVD, filius Sem, Gene. 10. fortasse stirps Lydorum in minore Asia.

LVDIM, filius Mizraim, nepos Cham, Genes. 10. à quo Africanam gentem propagatam esse apparet, cuius Ierem. 46. & Ezech. 30. meminerunt.

לודים Ludim, nati, Lude.

LVDIMILLA, Bohema, vxor Borsinoij Ducis Bobemie, primi Christiani, circa annum Christi 900. auia S. Venceslai, à fratre Boleslao interfecti.

LVDGERVS, Frisius, primus episcopus Monasteriensis in VVestphalia factus à Carolo magno, A. C. 787.

S. LVDOVICVS, eius nominis IX. Rex Gallie, tempore Friderici II. Imp. cum Roberto & Carolo fratribus in Palestinam profectus, ibidem paulo post captus, & reddita Saracenis vrbe Damiatia seu Pelusio, iterum redemptus est. Postea alte-

ram expeditionem aduersus Saracenos in Africam suscepit, vbi tandem in defensione nominis Christiani vna cum filio Iohanne, Tunisi Catholicus decessit rex Ludouicus, anno Christi 1270. die 25. Augusti. Excelluit pietate erga Deum, liberaliter fouit Ecclesias, condidit nosodochia, & erga pauperes beneficus fuit. Ideo in Sanctorum numerum relatus est.

PHILIPPVS Augustus Rex Gallie septimus ab Hugone Capeto.

Ludouicus VIII.

LVDOVICVS Carolus rex
IX. Sanctus. Neapolit.

Philippus

Robertus comes clara
monti stirps ducum.

Philippus
pulcher.

Carolus Vale-
suis, a quo presen-
tes Gallici reges pro-
pagati sunt.

Alius fuit Ludouicus episcopus Tolosanus, Caroli II, Siciliae regis filius, Caroli Martelli & Roberti fratris. Alius Ludouicus Franciscanus, qui cereuisiam corruptam semel restituisse scribitur. Ideo coctorum cereuisiae patronus postea factus est.

LVIIGF.

LVITGERVS, Frisius, Euangelion in Frisia & Saxonia propagauit tempore Pipini & Caroli magni. Obijt anno Christi 809.

LVITH, cliuus itineris, quod ex Moabotide ducit ad Assyrios, Esai. 15. Iere. 48.

לוח LuHith. tabula,

LVLLVS, Anglus, discipulus S. Bonifacii, & eiusdem successor in episcopatu Moguntinensi.

LVPVS, episcopus Treuirensis, vixit tempore Martiani Imp. circa annum Christi 458. Attilam e prelio redeuntem placauit, vt vrbi parceret. Aueninus. Clementiorem Attilam sensit Treueris ob Pontificis Lupi facetiam, qui ante mania vrbis Attilam excipiens saluum aduenisse, inquit, gaudeo flagellum & iram Dei mei.

LVZA, vetustum nomen vrbis, quae postea Bethel dicta est a patriarcha Iacob, cui in Mesopotamiam proficiscenti Deus scala innixus se patefecerat, Gen. 28. 35. 48. Iud. 1. Ios. 18. Est & nomen vrbis vicine Bethel versus occasum, Ios. 16. Alia est LUZA, condita in regione Ethaeorum prope Sichem, Iud. 1.

לוז Luz, amygdala.

LICAONIA, regio Asiae minoris, quae fines Galaciae, Cappadociae, Ciliciae & Pamphiliae attingit, & Pisidiam & Isauriam includit, vt Plinius lib. 5. cap. 27. & Strabo lib. 12. testatur. Nomen accepit a Lycaone seu a lupis. Est enim (vt Iustinianus Imp. in Nouellis Constit. 24. & 25. scribit) preda-

predatrix seu sanguinaria regio, quæ voracitatem et insacietatem luporum æquat. In hac regione Deo ecclesiam colligit Paulus, Actorum 14. & adiungit sibi Timotheum, Act. 16.

LYCIA, regio Asiæ minoris, ab ortu finitima Pamphylia, ab occasu Caria, à meridie mari Lycio, à borea Phrygia & Lydia. Celebres in ea vrbes fuerunt, Patara, patria S. Nicolai. Item Myra, cuius mentio fit Act. 27. in qua episcopus fuit S. Nicolaus. Item Xanthus & alia. In Lycia olim regnavit Rhodamantus, cuius hic versus celebris est: Εἰς ἔγεγε, δὴν ἰδεῖα Ἰώνται. Iusta malis hæc admissio pro crimine pœna est. Si quæ fecerant, eadem patientur & ipsi. Fit Lyciæ mentio 1. Macc. 15. Act. 27. Λυκίη, pellis lupina.

LYDDA, vrbs Palestine maritima, prope Ioppen, alio nomine Diospolis dicta, vbi Petrus sanavit Aeneam paralyticum, Actorum 9. distat à Ierosolymis circiter sex miliaria.

LYDIA, regio minoris Asiæ, quæ vel à Ludim nepote Cham, vel à Lydo Thyrrheni fratre (qui cum parte gentis in Italiam migravit, fame coactus) Lydia dicta est. A veteribus etiam Meonia nominatur. Metropolis Lydia sunt Sardes, Cræsi regia. Ezech. 27. 30. Esai. 66. vbi nos Lydiam habemus Ebræi habent לוד. Item, Ier. 46. Sed apparet Africæ gentem ibi significari.

LYDIA, purpurarum venditrix, omnium prima in

ma in vrbe Philippis, euangelion de Christo ample-
ctitur, & Paulum ac Silam hospitio excipit, Acto. 16.
¶ *Nata seu filia.*

LYRA, Nicolaus de Lyra Franciscanus ex Iudæo
ad fidem Christi conuersus, circa annum Christi
1326. tota Biblia vtilissimis commentarijs illu-
strauit.

LYSANIAS, Tetrarcha Abilenes, Luca 3. exi-
stimatur fuisse filius Herodis magni, frater Herodis
Antipæ & Philippi. Facit eius mentionem Iosephus
lib. 20. cap. 9. Aristophanes: λυσίωνες πατρῶων
μεγάλων κακῶν.

LYSIAS, summus Dux & vice rex Antiochi Epi-
phanis, quo profligato, Iudas Maccabæus Templum
recuperauit, 1. Macc. 3. 4. 6. 2. Macc. 10. 11. 12. 13.
14. Alius Tribunus militum, qui Ierosolymæ S. Pau-
lum cepit, & Felici præfidi misit, Act. 23. 24. 21. 22.
λύσιος, liberator.

Lysimachus, frater Menelai, summus sacerdos
& spoliator Templi Ierosolymitani, 2. Macc. 4.

LYSTRA, vrbs Lycæoniæ, in qua Paulus clau-
dum sanat, Quo miraculo motum vulgus, Paulum &
Barnabam velut numina adorant, postea subitò mu-
tata voluntate eijciunt eos ex ciuitate, Actorum 14.
Eadem vrbs fuit patria S. Timothei, Actor. 16. Et
eiusdem loci mentio fit 2. Timoth. 3. Λύστρα, prædo-
num ciuitas, ein Mördergrub, vel à λύζω ploro.

M.

MAACHA, nascitur ex Nachor fratre Abrahæ, Gen. 22. מעכה Maacha, conterens.

Alia filia regis Gessur, vxor Dauidis regis, mater Absolonis, 2. Reg. 3. Alia, filia Absolonis, vxor Roboam, mater Abie regis Iuda, 3. Reg. 15. 2. Paral. 11.

Machati, pater Iechonie Ducis Iudaici, Jerem. 40. מעין א מעכתי contriisit.

MAALA, filia Salphaat, de tribu Manasse, Num. 26. 27. 36. מחלה MaHalah, infirmitas vel hereditas.

Maalon, filius Elimelech Bethlebemite, Ruth 14. מחלון MaHelon, infirmus.

Maalath, soror patruelis & vxor Roboami filii Salomonis, 2. Paral. 11.

מחלת MaHalath, infirma.

Maara, vrbs Sidoniorum, Ios. 13.

כערה nuda.

Maasias, pater Sophonie sacerdotis, Jerem. 21. מעשיה opus Domini. Alius, pater Sedechia Pseudoprophete, Jerem. 29. Alius pater Neria, Iere. 51.

מחסייה confidens Domino.

Alius Dux militum, 2. Paral. 23. 26.

Alius, prefectus vrbs Ierosolymæ, delectus ad visitationem ecclesiarum in Iudea, 2. Par. 34.

Maath, Leuita delectus ad instaurationem publici

ſlici miniſterij in templo Ieroſolymitano, tempore Eze-
chiæ regis Iuda, 2. Par. 29. 31.

מחב MaHath, emundator templi.

Mabdiel, Dux Idumææ, Gen. 36.

מגדיאל Magdiel, dulcis Deus.

Mabſam, filius Hiſmael, Gen. 25.

מבשם Miſſam, aroma, odor fragrans.

Mabſar, Dux Idumææ, Gen. 36.

מבצר MibZar, vindemitor.

Macarius, Libs, Alexandriae propter nomen
Chriſti crematus ſub Decio Imperatore. die 8. De-
cembris, Euseb. lib. 6. cap. 33. Alius epiſcopus Ie-
roſolym: qui in Concilio Niceno ſententiam dixit, &
Helena inuenienti crucem Chriſti adfuit. Trip. lib.
2. cap. 1. 18. Alius eremita Aegyptius Antonij disci-
pulus, qui autorem homicidij ex interfecto & ſepulto
inquiſiuit, & fascinosos parentes, quibus filia in vac-
eam conuerſa videbatur, ſanauit. In Vitis Patrum.
Alij duo Macarij eremite, ab Arianis pulſi ſub Valen-
te, Trip. 7. cap. 39.

MACE DA, oppidum in tribu Iuda, inter E-
leutheropolin & Bethlehem ſitum, in cuius ſpelunca
quing. reges Amorrhæorum capti & ſtrangulati
ſunt, Joſ. 10. 15. 12. מקדה Makedah, fœtor ver-
ticis.

MACE DO, Græcè Μακέδης, q. d. ortus de Ce-
thim, filio Iauan, vide Chetim. Alexander, Mace-
dō nominatur 1. Macc. 1. & Aman Heſt. 16.

MACE.

M A C E D O N I A, regio Europa, inclusa mari Aegeo, Thracia, Illyrico, Epiro & Thessalia, celebris Alexandro rege Macedone. In hac regione primum praedicanit Euangelion Paulus, Acto. 16. In eam secundo rediens (Acto. 19. 20. 2. Corinth. 2.) scribit secundam Epistolam ad Corinthios. Ecclesiarum Macedonicarum liberalitatem praedicat, 2. Corinth. 8. 9. Fit praeterea Macedoniae mentio, 1. Corinth. 6. 1. 2. Corinth. 1. 2. 7. Philip. 4. 1. Thess. 1. 1. Timoth. 1. Actor. 18.

M A C E D O N I U S, post mortem Alexandri episcopi Constantinopolitani, cum orthodoxi Paulum eligerent, ipse ab Arianis per vim tandem ad episcopi fastigium euectus est, Trip. lib. 4. cap. 8. 12. 13. 18. 22. 39. autor fuit haeresis πνευματωμαχων, asserens Spiritum sanctum esse creaturam, lib. 5. cap. 41. In Synodo Constantinopolitana abdicatus est, lib. 5. cap. 36. 37. Et eodem tempore, hoc est, anno Christi 385. Damasus Romae Concilium contra πνευματωμαχων celebrauit. Cuius decreta recitantur Tripart. lib. 9. cap. 16. 5. 12. 13. 14. Theodor. lib. 5. cap. 9. 10.

Macedonius, Phryx, martyr sub Iuliano, Trip. lib. 6. cap. 13.

Maceloth, 22. mansio Israelitarum, Num. 33. מקהלות, ecclesiae, coetus.

M A C C A B A E I, sic dicti sunt Asmonaei, filij Mattathiae, nepotes Simonis sacerdotis ex vice Ioarib. à notis

à notis seu literis, quas in vexillo gesserunt, מַכַּבֵּי
 Quis sicut DEVS in Israel. מי מי Quis Cemo
 כמו sicut El אלהים Deus Be ב In Israel אשר אל.

Q. D. Confessores & milites vnius veri Dei, qui se
 patefecit populo Israel, tradita certa doctrina, lege
 & promissione de Christo.

Reuchlinus lib. 3. Artis Cabalisticæ, dictiones
 quarum literæ initiales in vexillo scriptæ fuerunt ex
 cantico Moſis Exod. 15. sumptas esse significat. מי
 הוא id est, Quis sicut tu in forti-
 bus Iehoua. Et quia hæ literæ מַכַּבֵּי valent 72.

מ 40

כ 20

ב 2

י 10.

72.

indicat, Schemhamphoras seu Nomen Dei expositum
 LXXII. literarum vnâ significatum esse.

In Græca Bibliorum editione QUATVOR
 MACCABAEORVM LIBRI non tamen
 Canonici extant. Quorum PRIMVS ab Antio-
 cho Epiphane exorsus, continuam quadraginta an-
 norum historiam vsq; ad Simonis Maccabei obitum,
 & Iohannis Hircani initia grauitè & prudenter
 contexit. SECVNDVS paulò altius primam
 originem & occasiones attrahendi in Iudeam Antio-
 chi repetens: 14. annorum narrationes ab initio
 Antiochi,

Antiochi, vsq₃ ad Nicanorem à Iuda Maccabæo tradidatum, continet, nec vterius, quam ad 1. Maccab. 7. peruenit: ac 1. Macc. primi capituli historia, totis quinque capitibus 2. Macc. 3. 4. 5. 6. 7. repetitur, & multis narrationibus quarum nec primus liber nec Iosephus meminerunt, augetur. Fabulas etiam de occultatione sacri ignis & Arce & similes, & expositionem mortis Antiochi prorsus contrariam narrationi 1. Macc. 6. & numeros annorum & interfectionum in prælijs prorsus discrepantes à primo libro misceat. Itaq₃ prorsus alium illius quam primi libri auctorem esse apparet: qui se ex Iasonis cuiusdam excerptissimè voluminibus quinque, hoc velut compendium excerptissimè narrat, & veniam sibi dari, sicubi errarit, in fine petit. Merito igitur inter Apocryphos etiam à Gelasio Papa reiectus, & ex Canone exclusus est.

TERTIVS Liber unicam historiam recitat, quæ 50. annis Iudæ Maccabæi tempora antecessit, de Ptolemæo Philopatre, Evergetis filio, qui Antiochi magni exercitum ad Raphiam vicit, & Ierosolymis à Simone Iusto Pontifice (nepote Simonis à Syracide celebrati) honorificè exceptus, & vsitata regibus curiositate in adytum templi ingressurus, precante sacerdote, diuinitus ita repressus est, vt semianimis ex templo exportaretur. Quare Iudæis iratus, cum Alexandriam rediisset, publicis edictis omnes Iudæos in vin-

in vincula rapi, & elephantis obijci iubet. Sed angelorum instinctu elephantis à Iudæis captiuus auersi in Aegyptios milites & proceres grassati sunt. Quartus liber Iosephi de Maccabæis, tantum laudatio est Eleazari, & martyrii septem fratrum Maccabæorum quod 2. Macc. 6. & 7. descriptum est.

In Germanicis autem Biblijs, duo primi tantum Maccabæorum libri, ex Græca in Teutonicam linguam conuersi sunt à Philippo Melanthe, quem purissima Germanica autorem, etiam oratio propria & multo simplicior & facilior, quam in cæteris Bibliorum libris demonstrat.

MACHATI, oppidum in extremis finibus terre Basan, prope Cæsaream Philippi, Deut. 3. Ios. 12, 13. 2. Reg. 19. מַעְכָּתוֹ Maachati, à contundendo.

MACHIR, filius Manasse, pater Galaad, Num. 26, 32. Deut. 3. Alius hospes Miphiboseth, filij Ionathæ, 2. Regum 9. 17. מַכִּיר Mercator, vel colonus.

MACHMAS, oppidum in finibus tribus Benjamin & Manasse, non procul ab Iericho, iuxta quod Ionathas solus cum armigero, Philistinos profligat, 1. Reg. 14. Esd. 2. Esa. 10. long. 66. 6 lat. 32. 4. מַכְמָס Michmas, educens humiles.

Machmethan, oppidum in tribu Manasse, à Sathmaria

maria versus meridiem duobus milliaribus distat,
Ios. 16. 17.

Madaba, oppidum Arabiae, 1. Macca. 9. existimo
esse oppidum Medaba prope Efebon.

MADAI, filius Iaphet, Genes. 10. à quo Medos
in Asia ortos esse perspicuum est ex Daniel 5. 6. 7. 9.
Jerem. 25. 51. Esai. 13. מדין mensura, modius.

Madan, frater Madian, Gen. 25.

MADIAN, filius Abraham ex Cethura, Gen.
25. pater gentis Madian, quae tenuit Arabiae partem
vicinam & mixtam Moabitibus versus ortum, Num. 31.
22. 25. Ios. 13. Gen. 37. Metropoli Madian tribuunt
gradus long. 66. 30. lat. 31. 55. Tenuit etiam par-
tem Arabiae prope montem Sinai Exod. 2. 3. & in de-
serto Saracenorum, versus ortum maris rubri, Esai.
60. Hanc gentem memorabili clade vicit Gedeon,
Iud. 6. 7. 8. Quam victoriam allegat Esaias cap. 9.
ubi vaticinatur, Christum confringere iugum oneris
& sceptrum exactoris, (legem) sicut in die Madian
hoc est, sola voce Euangelij & fide, quae per spiritum
sanctum accenditur, sicut Gedeon solo sonitu tubae &
igne Madianitas prostravit. Eiusdem victorie
mentio sit Esai. 10. Psal. 72. מדין Midian, modius
mensura.

Madon, oppidum, cuius regem Iobabum Iosua
trucidavit, Ios. 11. 12. existimo in tribu Isaschar situm
fuisse מדין, modius, mensura.

Magdala, 1. Reg. 17. significat vallum seu locum castrorum.

Maria MAGDALENA, vel à vico Magdalo, vel à מגדל turris, castellana Domina arcis seu turris ein schloßstraw/vt adhuc turris Londinensis pro arce dicitur, & antiquæ arces pleræq; sunt Turres in sublimi extructæ facilioris defensionis & valetudinis causa. nunc in locis humidis & palustribus munitiones, ædificant Troglodytarum; more ad infernum propius ad repentes, vt præceptorem meum olim loqui memini.

Existimatur autem Maria Magdalena fuisse mulier illa peccatrix seu vulgo nota & famosa meretrix ad Christum conuersa Luc. 7. vide Maria.

Magdalgad, oppidum in tribu Iuda, Ios. 15.

מגדלגד Migdalgad, Turris exercitus.
MAGDALVS, oppidum ad ripam maris Galilææ situm, in tribu Nephtalim, in quod venit CHRISTVS, Matth. 15.

Magdalus in littore maris rubri, fuit quarta mansio, vbi castrametati sunt Israelitæ ex ARGYPHO egressi, Exod. 14. Num. 33. Ibidem habitauerunt aliquot Iudei, qui post euersum Ierosolymam in Aegyptum fugerant. Ierem. 44. 46. מגדל Migdol turris, alitudo.

MAGDIHEL, oppidum in tribu Nehptalim, Ios. 19. מגדל Migdal, turris.

MAGEDDO, vrbs in sinibus tribuum Manasse

& Isafchar, prope Iezreel, Ios. 17. 12. Iud. 1. 5. 3. Reg. 4.
 9. vbi Iofias mouens non necessarium bellum aduersus
 Pharaon Neco, regem Aegypti, interfectus est, 4. Reg.
 23. 2. Paral. 35. Huius belli meminit Herodotus lib. 2.
 sed locum nominat Magdolum, καὶ Συροῖσι (sic nomi-
 nat Iudeos, quos partem Syrorum esse existimat)
 περὶ τῆς ὀνεως συμβάλων, ἐν μαγδόλω ἐπίκησι
 Plauctus Mageddo, ob interfectum Iofiam memi-
 nit Zacharias, cap. 12. In eadem vrbe mortuus est
 Ochozias rex Iudae, 4. Reg. 9. מֶגִּידוֹ Megiddo, turma-
 cuneus, אֲמִיגִיד.

Mageh, oppidum in regione Galaad. 1. Mac-
 cab. 5.

MAGI, fuerunt Sacerdotes & Theologi
 Persarum, dediti studijs doctrinae de Deo, &
 motibus corporum caelestium, & natura rerum,
 ab אגא Haga, meditari, cogitare, exquirere, vt
 apud Gracos Musici & poetae, Herodotus inquit:
 Ἄνευ μάγῳ δὲ σφὶ νόμῳ ἐστὶ θυσίας πειθεσθαι.
 ἑαυτῶν, δὲ τῶν θυόντων ἰδίῃ μύθῳ, ἃ οἱ ἐπι-
 νεπη δὲ αὐτῶν ἀγαθῶν. Οὐδὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσησι
 κατέυχεται εἰς γίνεσθαι καὶ τῶν βασιλέων.
 Sine Mago non licet Persis sacrificium facere, nec
 sibi ipsi priuatim soli licet bona a Deo precari.
 Verum omnibus Persis simul, & imprimis regi bona
 presatur. Sed cum luce caelestis doctrinae, & vera
 Philosophiae relicta, Magi nouas religiones instituis-
 sent, &

sent, & superstitiosas ac Diabolicas artes colerent: translata est honestissima olim & amplissima Magorum appellatio ad eos, qui foedera cum Diabolo faciunt, hac conditione, vt homines se ipsis dedant, & Diaboli vicissim certis ritibus ac verbis euocati, vel ipsi assumpta speciei asscituria compareant, & ad quæ sita respondeant, vt 1. Regum 28. Pythonissa Diabolus asscituria imagine anime Samuelis se ostendit: vel in crystallis aut speculis seu annulis, picturas rerum, quæ requiruntur monstrant: vel herbis consecratis aut simulacris aut characteribus insculptis, aut alijs ritibus & verbis sacris aut barbaricis recitatis alios ledant, aut efficiant ea, quæ confederati incantatores flagitant.

Consentaneum est autem, Magos, qui ad Christum in Berthelem, præeunte stella seu Angelo, venerunt, tenuisse doctrinam de Christo, & de tempore aduentus Christi ex cap. 9. Danielis, qui in Persia vixit. Hi aurum, thus, myrrham, Regiis, hominibus, Deoq; dona ferunt, Matth. 2. 1. Reg. 4.

An fuerint reges, & an tres Magi vel plures fuerint, incertum est. Nomina quære supra in dictione Balthasar.

MAGNVS, episcopus in Apulia, martyr sub Decio. Alius martyr Romanus. Alius, S. Galli discipulus, primus fundator & Abbas cœnobij in faucibus Alpium Sueuicæ, Zu Feussen, Anno Christi 120.

MAGOG, filius Iaphet, Gene. 10. stirps Magogitarum Syria populorum, qui metropolin habuerunt Hierapolin, à Syris Magog vocatam, teste Plinio, lib. 5. cap. 23. Hæc Israelitis versus septentrionem sita fuit, unde Ezechiel cap. 38. 39. Gogum & gentes ipsi militantes educit. Vide supra Gog, & in Apocal. 20. Vulgò Scythas hac voce significari existimant, qui supra bosphorum Cimmerium, vicini Gomerijs, versus ortum habitauerunt, ubi Turcos Plinius lib. 6. cap. 7. collocat, & Ptolemæus Tuscios nominat, pro qua voce Turcos legendum esse putant.


מגרון de tecto, Νόμος δὲ ἀναξοβίου.

MAGRON, oppidum vicinum Machmas in tribu Beniamin, per quod regem Assyriacum proficiscentem ad obsidionem Ierosolymæ, iter facturum esse prædixit Esaias cap. 10. מגרון Migron, horrenum
מגרון.

MAHANAIM, ciuitas Leuitarum in tribu Gad, Ios. 21. 13. 3. Reg. 4. ad confluentem Iordanis & Iaboch, sic appellata à Iacob, vidente ibi castris Angelorum se munitum esse, Gene. 32. Eodem in loco castra metatur, Dauid, 2. Reg. 17. מהנאים Mahanaim, castra, à חנה. Hinc sumtus est versus Psalmi 33. Castrametabitur Angelus Domini in circuitu iumentum eum, & eripiet eos.

MAHOMED, Saracenorum & Turcorum Propheta, in Arabia patre Abdalla, matre Einna, anno Christi 560. die 23. Aprilis, natus est, adolescens seruiuit

seruiuit apud Abdimoneplem mercatorem, ex posteritate Hismael, filij Agar, & Abrahæ.



Cumq; singulari industria, calliditate, & vafricie ingenij præditus esset Mahomed, non modo opes sui domini auxit, verum etiam multorum noticiam & familiaritatem sibi conciliauit, & imprimis Sergij monachi Ariani, quem Abdimoneples plurimi faciebat. Mortuo domino sine liberis, vxor quinquagenaria, Sergij monachi suasu, Mahomed seruum iuuenem in matrimonium ducit, & moritura, omnes suas opes marito relinquit. Tantas igitur opes nactus Mahomed, breui tempore manum latronum satis amplam colligit. Et quia Heraclius Imperator Arabibus Scenitis, qui apud ipsum militauerant, stipendia diutius soluere recusabat, facile hos quoq; adiunxit. Hisce copijs instructus, primum Arabiam occupauit, deinde succedens ipsi Amiras Omar, in vicinas regiones progressus, paulatim Syriam & Damascum cepit, in qua Regni sedem habuit, quod Principum Christia-

norum desidia & ignauia breui valde auctum & confirmatum est.

Vt autem facilius in officio subditos contineret Mahomed, cum animaduerneret ex disputatione de religione maximas dissensiones in Imperystoriri, Alcoranum condidit, adiutus opera Sergij monachi Arianiani, quem tamen post eius mortem primum rylimus comprehensum alij ediderunt. Extat autem Alcoranus Basileæ editus, adiunctis refutationibus pijs & eruditis.

Mahomed מַחְמַד indignatio, ein grim / ein rechte Furia Diabolica. Mahometista deriuant אַמְרַת Desideratus cunctis gentibus.

Maioricus, martyr Africanus, sub Hunerico Vandalo. Maiorius, fortassis idem, martyr sub Hunerico.

MALACHIAS, Propheta vltimus, concludens vetus Testamentum. Initio accusat peccata populi, & precipue Sacerdotum, hortatur eos ad poenitentiam, vaticinatur de fine politie Iudaicæ, de vocatione Gentium, & de tempore aduentus Christi. Ieronymus in Epistola ad Paulum & Eustochium, scribit Ebreos quosdam existimare, hunc Malachiam fuisse Esdram scribam.

Malaleel, auus Enoch, Gen. 5. Luc. 3.

מַהֲלַלֵּל, Mahalaleel, laudans Deum.

Malassar, Pædagogus Danielis Prophete & socium, Dan. 1. מֶלֶצַר Melezar, plenus angustia.

Malchus,

Malchus, seruus Caiphæ Pontificis, cuius aurem Petrus in horto amputat, Iohan. 18. Fuit & Porphyrij Philosophi nomen patria lingua Malchus, vt ipse indicat in vita Plotini. Alius fuit martyr Casaræ in Palestina sub Valeriano.

Malchion, presbyter Ecclesie Antiochene, Paulum Samosatenum dissimulantem conuincit & refutat, in Synodo Antiochena. Eusebius lib. 7. cap. 25.

MALECH, filia Hismael, vxor Esau. Genes. 28. מַחֲלַת MaHalath, infirmitas.

Mallus, vrbs Cilicia, cuius mentio fit, 2. Mac. cap. 4.

MAMBRE, nomen viri Amorrhæi, cuius Hebron, sacerdoti Abrahe, Gene. 14. 13. Hinc vrbs Hebron sepe appellatur Mambre, Gene. 23. 35. 18. 25. 49. 50. מַמְרֵ Mamre, rebellis, אַמְרֵ.

MAMERTVS, Claudianus episcopus VVienen- sis in Gallia circa annum Christi 400. primus litaniam diebus Rogationum recitare instituit, vide supra Claudianus Mamertus.

MAMMEA, mater Alexandri Seueri Imp. ab Origene veram de filio Dei doctrinam didicit, Euseb. lib. 6. cap. 16.

MAMMON, Ebraea vox מַמְוֹן, Hamon, multitudinem diuitias copiam significat.

Syris Mammona fuit, plutus Græcorum. Dis Romanorum satietatis luxus & diuitiarum Deus, Matth.

Matth. 6. Luc. 16. Gen. 37. *Quæ nobis utilitas seu lucrum, si occidamus fratrem nostrum. Hic in Chaldaico extat vox Mammon, quæ à מַמְוֹן numeravit aliqui deriuant.*

MANNA, cibus, quo filij Israel in deserto aluntur, Exod. 16. Num. 11. Ios. 5. figura similis fuit grano coriandri, colore albo. Psal. 88. Panem Angelorum vocat, quia ministerio Angelorum delatus est. Fuit autem typus Christi, qui est panis ille viuus, qui de cælo descendit, (Iohan. 6.) quo aluntur animi credentium, & vita æterna in eis incoatur & fouetur sicut tritico pane hæc corporalis hominum vita sustentatur.

מַן Man, donum, munus, מַנָּה Manah. Chaldaice מַן significat, *Quis, Quæ, Quid*, מַן מַן Math. 23. *Quid est hoc?* Exod. 16.

MAHANEM, Doctor in Ecclesia Antiochena, Acto. 13. Herodis Tetrarchæ σωτήροφου. Cùm autem πῶς τὸ σωτήροφον γλῶσσῃ sit: inter memorabilia vera pietatis exempla recensetur hic aulicus apud regem Epicuræum & impium familiariter versans, qui tamen postea maiores diuitias iudicauit probrum Christi, quam thesauros Aegypti, vt Ebrae. 11. dicitur.

MANAHEM, filius Gaddi, sedecimus rex Israel 10. annis 5. Reg. 15. מַנַּחֵם Mana Hem consolator.

MANAIM, sic nominatur ciuitas Mabanaim Ios. 13. 21. 3. Regum 4.

MANAS-

MANASSE, filius Patriarchæ Ioseph primogenitus, Gene. 41. Nume. 26. Jos. 16. 1. Paral. 7. adoptatus ab auo Iacob, Gene. 48. stirps amplissima & latissimè sparsa tribus, ex qua præstantissimi Duces populi Israel, Gedeon, Iephthè, Iair, &c. orti sunt. Diuisa fuit in duas partes, quarum altera à Machir primogenito Manasse propagata, regionem Galaad, & Basan, in orientali Iordanis ripa tenuit. Nume. 32. Deut. 3. Iosue 13. 22. Reliquia familia, à cæteris filiis, Aiezer, Heleth, Afriel, Sichem, Ephèr, & Semida deriuata, regionem cis Iordanem, cuius limites in capite Iosue 17. accurratè describuntur, cum filiis Ephraim acceperunt. Iosue 16. Iud. 1. Recensentur autem filij, & nepotes Manasse, Iosue 17. 1. Paral. 7. Num. 29.

MANASSES, Ezechie, pij & sancti regis, filius impius & Idolatra deterrimus, impleuit Ierosolymam peccatis vsq; ad summum. Cùm autem à Deo puniretur, & captiuus in Babylonem abductus esset, egit penitentiam, & precatione sua flexit Deum, vt in regnum reduceretur. 2. Paral. 33. 4. Regum 21. Matth. 1. Ierem. 15. מנשה Menasch, obliuiscens, obliuisci faciens.

MANEETH, filius Sobal, nepos Seir, Genes. 36. מנחח ManaHath, sacrificium, oblatio.

MANSVETVS, episcopus Aphricanus, martyr sub Hunerico Vandalo.

MANSER, Ebraicè מנזר Mamzer, spurius,

de scorto natus, quasi extraneus à $\Gamma\Gamma\Gamma$ Zarab, alienus. Prohibet autem Deus, Deut. 23. ne Manzer ingrediatur ecclesiam, hoc est, ne ad publicam functionem in ecclesia admittatur, ne prabeat occasionem impijs deridendi ecclesiam.

MANES, à quo Manichæi heretici orti sunt, natione Persa fuit, seruus cuiusdam viduæ Persicæ, quæ moriens Manem heredem instituit, eiq; non solum opes magnas, sed etiam libros fanaticorum hominum, Scythiani & Therebinthi, quorum integram historiam Epiphanius recitat, reliquit. Ex his libris hausit fanaticas opiniones, quas postea sparsit. Fortè eò tempore agrotabat filius regis Persarum. Itaq; se in aulam confert Manes medendi artem proficens, sed cum necasset puerum, aufugit inde in Mesopotamiam, vbi discipulos sibi adiunxit, quibus dogmata sua tradidit. Inde rursus à pijs Episcopis pulsus aufugit, & iussu regis Persarum captus, & excoxiatus est circa annum Christi 280. Sed secta ipsius latè postea in Arabia, Aegypto & Africa annis serè ducentis propagata est, ac ipse D. Augustinus nouem annos in secta Manichæa versatus est, & postea erroribus agnitis refutauit Manichæos, ac nominatim Faustum, Felicem, Fortunatum, Adimantum, & alios. Libri exstant in sexto Tomo operum Augustini.

Erant autem hæc Manichæorum opiniones precipuè: Fingebant duos esse Deos, alterum bonum, autorem rerum bonarum, quem $\Phi\omega\varsigma$, id est, lucem nominat

nominabant. Alterum malum, pari potentia, quem
 Hylen vocabant, à quo coniugium, imperia & omnia
 mala orta essent, ideo abstinebant à coniugio & po-
 litica gubernatione. Iactitabant se suis ritibus conse-
 qui ad statum diuinum. Contenderunt filium Dei non
 assumpsisse humanam naturam verè, sed tantum si-
 mulatè seu putatiuè. Prorsus suffulerunt liberum ar-
 bitrium, Legem Moysi finxerunt à malo Deo tradi-
 tam, ideoq; abrogatam esse, abstinebant à carnibus &
 maclationibus pecudum, deniq; magna confusio erat
 fanaticarum opinionum, Quas qui vult, legat apud
 Ep. phanium l. b. 2. Tom. 2. Et apud Augustinum To-
 mo. 6. qui Manicheorum secte compendium breue
 Epist. 74. complexus est narrans Victorinum, audito-
 rem se Manicheorum, non electum esse confessum,
 Auditores autem qui appellantur apud eos, & car-
 nibus vescuntur, & agros colunt, & si voluerint vxor-
 res habent, quorum nihil faciunt qui vocantur ele-
 cti. Sed ipsi, auditores, ante electos genua figunt, vt eis
 manus supplicibus imponatur, non à solis episcopis vel
 presbyteris aut Diaconis (eorum) sed à quibus libet ele-
 ctis. Solem etiam & lunam, cum eis adorant. Die quoq;
 dominico cum illis ieiunant: & omnes blasphemias cum
 illis credunt, quibus Manichaorum hæresis detestanda
 est, negantes scilicet Christum natum esse de virgine,
 nec eius carnem veram consistentes fuisse, sed falsam:
 ac per hoc & falsam eius passionem, & nullam
 resurre-

MAOZIM, Dan. 11. מְעִיִּים vertunt muniti-
onem, arcem, & Missam, quæ est præcipua musitio &
neruus regni Antichristi.

MARANATHA formula Anathematis seu
condemnationis, quæ iudex pœnas seu diras impreca-
tus est. 1. Cor. 18, Dominus noster venit, scilicet ad iu-
dicandum & puniendum, à מָרוֹן quod Syraice Do-
minum significat, fortè à מִרְאָה terribilis, & נֶמֶן no-
ster מֵתָהָם venit, vel à מִתָּהָם Metterem
motha id est Anathema morti destinatum.

MARATH, quinta mansio Israelitarum ex
Aegypto egredientium, Num. 33. Exod. 15. vbi Mo-
ses aquas amaras reddit dulces comecto in eas ligno.
Est autem imago Legis, quæ ligno patibuli dulcora-
tur, vt Ieronymus scribit, vel est imago ærumnarum,
quæ dulcescunt p̄ys, qui à spiritu sancto confirman-
tur מַרְאָה Marah, amaritudo.

MARCELLINVS, Romanus, scribitur le-
ffione carminis Virgiliani (Iam noua progenies cœlo
dimittitur alto) ad inquirendam doctrinam de filio
Dei adductus esse, in cuius confessione tandem capite
truncatus sit sub Decio Imperatore. Marcellinus, epi-
scopus Romanus, tempore Diocletiani Imp. primum
apostata, deinde martyr.

Marcellini cuiusdam comitis chronicon rerum
orientalium, à sine Eusebij vsq; ad Iustimiani Imp.
atatem extat.

MAR-

MARCELLVS, episcopus Romanus, successor
Marcellini, martyr sub Dioclet. 16. Ianuarij.

Marcellus, episcopus Anyræ in Galatia, tempo-
re Constantini Imp. pulsus cum Athanasio in exilium
contra Arianos scripsit, Trip. 3. cap. 9. lib. 4. cap. 24.
30. Marcellus, quidam docuit, Christum nascentem
ex virgine etiam diuinitatù initium accepisse, et
antequam ex virgine nasceretur, Deum non fuisse,
teste Augustino, cap. 32. de Eccles. dogm. Al. us, martyr
Romanus sub Nerone.

MARCION, natus patre episcopo in vrbe Ponti
Sinope (quæ patria fuit Diogenis Cynici) Romæ Cerdo-
næ senis sectam amplexus, sparsit suum virum tempore
Antonini Pij, circa annum Christi 150. Duos Deos
finxit, alterum conditorem mundi, autorem Legis
& Prophetarum, ἡγεμον ἁγίων, causam mali,
sanguinariū, inconstantem; alterum superiorem
& potentiorē ὁληγοῦσα πάντων, patrem Domini
nostri Iesu Christi, qui Legem & Prophetas, & om-
nia opera alterius Dei dissoluerit. Animas tantum
saluari, corpora non resurgere docuit. Improbauit
coniugia &c. Vide Irenæum lib. 1. cap. 29. lib. 2. cap. 1.
lib. 3. cap. 3. 4. & alibi: & imprimis Tertullianum in
quinq. libris aduersus Marcionem. Euseb. lib. 4. cap.
11. 14. 12. lib. 5. cap. 12.

MARCVS, Discipulus & nepos, ex sorore D.
Petri Act. 12. 1. Pet. 5, Romæ rogatus ab aud. coribus
Petri, Euangelion seu Historiam vitæ & doctrine
Christi

Christi scripsit, quod tantum est epitome Euan-
 gelij, secundum Matthæum. Peculiare tamen &
 proprias habet has insignes sententias cap. 9. Credo
 Domine, sed opem fer diffidentie mee. Omnis victi-
 ma sale condietur. Habete Salem in vobis ipsis & pa-
 cem inter vos mutuo. Item, qui crediderit & bap-
 tizatus fuerit, saluus erit. Euseb. lib. 2. cap. 15. lib. 3.
 cap. 4. 39. & lib. 6 cap. 11. Postea Alexandria in Æ-
 gypto, primus predicatione euangelij Ecclesiam Deo
 colligit, vbi tandem ab altari in carcerem abreptus,
 spiritum Deo reddidit, anno Christi 67. Euseb. lib. 2.
 cap. 16. Πῶς politus, mundus, vel à mare mas, maris
 vel à Marte.

MARCVS, Consobrinus Barnabe, de quo Col.
 4. ad Philemonem, & 2. Tim. 4. existimatur idem
 esse cum Marco Euangelista. Vide supra, Iohannes
 Marcus.

Marci eremita, qui D. Macario familiaris fue-
 rit: de Paradiso & lege spirituali, seu omnium virtus
 rum. officijs sententia 210. de poenitentia, baptismo &
 alij libelli extant. inserti Tom. 3. Bibl. S. P.

Marcus primus episcopus Pælia seu Ierosolymæ,
 ab Adriano instaurata, Eusebius lib. 4. cap. 7.

Marcus, episcopus Arethuse in Syria, ne obulio qui-
 cæ ad templi idolatrici instauracione conferre voluit:

martyr

martyr sub Iuliano, Tripar. lib. 6. cap. 12. Nazianzenus Oratione prima contra Iulianum pag. 292.

Marcus & Colarbasus, discipuli Valentini heretici, omnia fidei sue mysteria ex literis alphabeti Græci probare conati sunt. Hic est Marcus, qui Diocetiani coniugem in Asia abduxit, quæ reuersa ad martirum, turpitudinem eius sectæ patefecit, Iræneus lib. 1. cap. 9. 10. Alius Scythæ scriptor Anachoretarum, scribitur corpus Domini in solitudine ex manu Angeli accepisse, Tripar. lib. 8. cap. 1.

MARDOCHAEVS, filius Iair, patrus regine Hester, cuius historia extat in libro Hester 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 2. Macc. 15.

Marcas, martyr in Persia, Trip. lib. 3.

MARE RVBRVM, Sinus Arabicus à Prolemaeo, hodie Bobur curson, id est, mare clausum nominatur, & à finibus Aegypti & Arabiae Petrae, ac vrbe Herod, triginta gradus latitudinis incipiens, longissimo tractu, inter Arabiam felicem & Aegyptum & Aethiopiæ, ferè per 260. miliaria Germanica versus meridiem porrigitur, vbi angustis faucibus, propè urbem Arabiae Felicis Adenam, quæ Ptolemei temporibus Ocelis fuisse existimatur, nec plus 12. gradibus ab æquinoctiali distat, in sinum Aualiten & Oceanum meridionalem effunditur. Estq; simili fere figura & magnitudine cum sinu Adriatico: seu vicino nobis mari Balthico, quod ab Helleponto Danico, seu ab vrbe Lubeca Heroopolitani

initium sumens, per 250. milliaria inter Germaniam Borussiam, Liuoniam, Russiam, & opposita Danie, Gothie & Finlandie littora, VViburgum vsq, versus Eurum extenditur. Latitudo autem rubri maris, vt nostri etiam Aathici sinus, alibi amplior, alibi angustior fuit. Sed supra Arsinoen portum, quem hodie Sueziam Aegyptij nominant, ad minimum duodecim quindecimue mill. Germanica patuit. Quare tres aut quatuor dies, Sexcenta millia Israelitarum in transitu maris rubri consumsisse apparet. Exod. 14.

Appellationem maris rubri, vel ab arena rubea, vel quod maxime consentaneum est, a rege Erythro Persei filio extitisse crediderim. Id enim Dioni etiam in vita Traiani videtur. Nam quae de fonte, aquam rubicundam & minio plenam in mare emittente, aut de colore per reflexionem expresso vel a Sole verticali, vel a montibus ex adustione rubentibus, aliqui comminiscuntur, alieniora sunt. Et ipse cum Vngaro nobile Viennense collocutus sum, qui expeditioni maritimae, Solymani auspicijs anno 1538. in mari rubro, contra Lusitanos, Indiae negociationem in Hispaniam auertere suscepta interfuit, qui mare rubrum nihil colore a caeteris maribus differre testabatur.

Ebr ei מִיָּם mare Iunci, seu mare caricis aut papyri nominant, quod ad eius littora copiosissimum sint carecta & Papyriones. De Papyro, Plin. lib. 13. cap. 13. 11. De iuncorum seu *Χοίρων* speciebus varijs lib. 21. cap. 18. Lutherus vertit das Schilffmeer.

MARE MORTVVM vel SALSVM,
 vel lacus ἀσφαλίτης dictus ab ἀσφαλτῶν,
 quod Bitumen significat, amplius ducentorum stadio-
 rum, seu sex miliarium Germanicorum longitudine,
 ab ostio Iordanis infra Iericho & Macheruntā, ver-
 sus meridiem extenditur: profunda & grauissima
 aqua, in quam vmbilico tenus progressi, nec innare,
 nec immergi possunt, sed attolluntur, plenus est bitu-
 mine, quod e medio fundo cum bullis quasi feruentis
 aquae efflatur. Ideo Plutarchus in vita Antonis
 τοῦ Φαῶντος ἐκπνοαῖς nominatum ab Aegyptijs refert.
 In eo tractu fuit olim vallis Siddim (agrorum) ferti-
 lissima & cultissima, quae ob summam amoenitatem
 paradiso DEI conferebatur, Gen. 13. 14. (vbi nos ha-
 bemus vallem syluestrem) cuius specimen mansit ad
 oppida Iericho & Engaddi, vbi Palmeta & Balsami
 viridaria supersunt. Postea propter peccata Sodoma
 & vicinarum ciuitatum, tota illa regio igne & sul-
 phure coelitus demisso infecta est, & manet illustre
 hoc testimonium irae DEI, & poenae vestigium ad o-
 uens posteritatem, in pomis illic nascentibus, quae licet
 ad speciem maturitatis perueniant, mandi tamen
 non possunt. Nam vt Solinus refert, fuliginem intrin-
 secus fauillaceam ambitio tantum eximia cutis
 cohibet, quae vel leni tactu pressa fumum exhalat
 & fatiscit in vagum puluerem. Et Egesippus lib. 4.
 Quinq; vrbes iucensa, quarum vmbra quaedam &
 species

species in fauillis videtur, Artere terre, ardent aque, in quibus cœlestis ignis reliquæ cognoscuntur, atq; adhuc manent. Spectes illic specie poma viridantia, formatos vuarum racemos, vt edendi generent spectantibus cupiditatem. Si capias, fatiscunt ac resoluntur in cinerem, fumumq; excitant, quasi adhuc ardeant. Hic adflatus bituminis & sterilitas, ab vtriusq; lacus illius ripa, per duo serè milliaria sentitur, ac vt Burghardus monachus & alij recentes scriptores memorant, manent lacui illi tetra illa facies, nostra etiam etate, sed accessus ad eum difficilis est peregrinis, cum propter feras & serpentes, tum Beduinos pastores, gentem feram, quæ hæc loca & totam Trachonitidem vagis domicilijs & latrocinijs infestat.

In sacris literis mare Salis seu salissimum appellatur, Gene. 14. Num. 34. Iosue 3. 12. 15. 16. 18. mare Deserti seu solitudinis, Iosue 3. 12. & mare MORTVVM hoc ipso in loco, vt apud Pausaniam in Eliacis quoq; *Ἰελαόση*, quod nullis ventorum flatibus, vt, cætera, agitetur, nec quidquam vitium in eo gignatur. Ideo apud Senecam, Demetrius, vitam securam, & sine vllis fortune incursionibus mare mortuum appellat, nihil habere ad quod excites, ad quod te concites, cuius denunciatione & incursu firmitatem animi tui tentes. Congruit cum Attali Stoiici dicto: Malo me fortuna in castris suis, quam in delicijs habeat. Crebram huius maris

mortui Galenus mentionem facit lib. 5. de Symptomatis, de atra bile, ubi nullum animal in eo vivere posse propter nimiam salcedinem adfirmat.

MARE GALILAEAE seu TIBERIAS, lacus est inter tribum Isaschar, seu Galileam inferiorem, & dimidiam tribum Manasse seu terram Galaad interiectus, longus milliaria quatuor, latus circiter duo: per quem Iordanis fluvius labitur, in cuius occidentali ripa vrbes celebres sunt Capernaum & regione Chorazin: Bethsaida patria Petri, Andreae, Philippi Apostolorum: Magdalum, Tarichea, TIBERIAS in honorem Tiberij Imperatoris ab Herode instaurata, cum antea Cinereth à figura citharæ appellaretur, in orientali ripa trans Iordanem Mahanaim, à castris Angelorum, quibus Iacob septus fuit, Gene. 32. appellatum. deinde Gadara, prope quam ulterius versus orientem parvus lacus Gadarenus fuit, in quem porci Gerasenorum à demonijs acti sunt, Matth. 8. Luc. 8. Inde Gamala, Iulias. Fit maris Galilæe mentio in Biblijs, Matth. 4. 8. 14. Iohan. 6. 21. Nume. 34. Marc. 23. 4. 1. 6. Deuter. 3. Iosua 12. 13.

MARESA, oppidum in sinibus tribuum Iudæ & Dan, patria Michæ & Eliezer prophetarum, Iosua 15. Mich. 1. 2. Paral. 11. 14. 20. 1. Paral. 4. In hanc urbem fugit Gorgias profligatus à Iuda Maccabæo, 2. Maccab. 12. מרשה Hereditas. Ad hanc
Etymo-

Etymologiam alludit Micheas cap. 1. Heredem adducam tibi ciuitas Maresa, quasi dicat, Tu Maresa habes nomen ab hereditate, Ecce faciam, vt fias hereditas potentis hostis, qui te expugnabit & spoliabit.

MARETH, oppidum Iudææ, Iosua 15. מרת Maarath verenda. Quod consentaneum est Micheam cap. 1. mutasse in מרת, id est, amara.

MARGARITA virgo, nata Antiochia, patre ethnico, a nutrice Christiana ad veram Christi agnitionem educata. Cum præfectus Syria Olybrius, amore illius accensus, potiri ea recusante non posset: sub religionis prætextu in carcerem tetrum eam coniecit, vbi a Dracone diabolo tentata est. Sed serena luce illustrato carcere & columba ac crucis Christi imagine diuinitus monstrata, consolatione diuina & efficaci sic confirmata est, vt nullis terroribus aut dolis se ab eua-
 angely confessione auelli pateretur. Itaq; martyrii coronam tandem gladio cæsa sub Diocletiano Imp. accipit die 13. Iulij. Existimatur autem à quibusdam eru-
 ditis, hæc narratio, Apollinarij pœma esse, in quo imaginem Christianæ Ecclesiæ, mirabiliter contra draconem diabolum, sed Iuliano ὄλυβριος defensa; ad exemplum typi mulieris amictæ Sole, contra draconem à Michaelæ conseruata Apoc. 12. exprimere voluit.
 Hæc enim verè Margarita seu preciosa & pulcherrima gemma est, quæ Antiochiæ primum Christianæ Ecclesiæ nomen accepit, Act. 11. quam Olybrius princeps mundi huius, partim blanditijs & insidijs,

partim terroribus & supplicijs auellere à Christo conatur, Sed confirmata luce verbi diuini & columbe seu spiritus sancti consolatione, & fide in Christum crucifixum, inuicta caput Draconis conterit, & usque ad finem constans perseuerat.

Nomen MARGARITA, græcis gemmam candidam, ex rore in conchis marinis natam significat, quam latini Vnionem, Germani voce Chaldaica, cin Perle nominant. Vocem Margaritæ Græci ab indiis accepisse existimantur, qui מרגרית, amaram crustam, vel ברברית puram, sinceram crustam seu potius baccam appellant. Nam בר Bar purum, germanum, γράνα: ברברית grana vel baccas significat. Vnde & nomen Barbara factum est.

Generationem Margaritarum, ex conchis marinis & allegoriam illius, ad quam Christus, Matth. 13. alludit, insigni elegia Iohannes Langerus descripsit, quam adiungo.

Corpora ceu passim cœlestis in nomina sparsa
Conditur æternus, benè conuenientia rebus
Signa: redemptoris sic quæ cum dogmate Christi
Conueniant, conchis insunt non pauca marinis,
De quibus hoc pacto Theophrasti dextera scripsit,

Principio veris cincti florente corona,
Aequoreas vrit (mirum) sitis arida conchas,
Repere quas curuum videas ad litus hiantes,
Cœlestem pleno sumpturas gutture rorem.

Ergo sitim stillans sedauit vt vnda molestanti,
 Nascitur ex illo pellucida gemma liquore,
 Et simul ex concha gratum qua prabet odorem
 Carne, nitens auri claro quandoq; colore,
 Argenti niueo splendore aliquando refulgens,
 Est in pellendis cuius miranda venenis,
 Nec minor humani vis in medicamine cordis,
 Gemma tamen fieri solet hac generosior, haustum
 Si modo post rorem tempestas crebra sequatur,
 Horreat vt rabidus nymbofo turbine pontus,
 Donec erit grauidus concharum pondere venter.

Scilicet hac nobis depingit imagine dogma
 Ipse suum, sapiens immensi conditor orbis.
 Possumus hoc recte caelestem dicere rorem,
 Quem simul attraxit sitiens Ecclesia Christi,
 Nascitur humano noua mox in pectore gemma.
 Gnatus vt aeterni genitoris & vnicus ardor
 Reddidit aeternam vero de numine vitam,
 Corda renascuntur, tunc fit conspecta parentis
 Aeterni bonitas, inter certamina tandem
 Hac lux atq; fides, vera hac sapientia crescit
 Cum petit auxilio se mens humana iuuari
 Christe tuo. Concha sic (quod mirabile dictu)
 Congruit hac Euangelio natura salubri.

Congrua sunt etiam peregrina nomina lingua
 Margarith vt nigri dicunt, seu Bargarith Indi,
 Altera Romanis crustam designat amaram.
 Significat puram proprie vox altera crustam.

Margaritæ est verè purissima crustula Christus,
 Quodq; dedit nobis æterni voce parentis
 Dagma salutiferum, quo non est purius vllum.
 Purpurea solet fieri tandem quoq; crustula cœtus
 Maxime Christe tuo didicit qui fidere verbo.
 Hoc tamen ærumnas quoniam docet esse ferendas,
 Crustula non falso nobis dicetur amara.

Præterea conchæ regem dicuntur habere,
 Sicut apes Sicula bene quæ pascuntur in Hybla.
 Id quoq; ceu docti perhibent, qui talia secum
 Dexterius repetunt, ad cœtum congruit istum,
 Te duce qui medios victor solet ire per hostes,
 Gnate Dei, generis nostri pie Christe redemptor.

Hanc tua cum gemmam pietas ostendit emendam,
 Doctrinæ studijs nos inuigilare frequentes
 Constantiq; fide iubet hoc cognoscere dogma,
 In quo traduntur veræ præcepta salutis?
 Non indoctorum nos absterrebit iniquum
 Iudicium, seui non vlla pericla ferri,
 Quo minus amplecti diuina oracula velimus.
 Sicut enim tumidis sit purior acta procellis,
 Ut magis hæc proferat cordis data gemma dolori,
 Tempore sic fiet doctrina salubrior isto,
 Cum nimis in toto seuit Mars impius vrbe,
 Sanguineaq; manu furialia concutit arma.
 Quis neget in medijs etiam nunc fluctibus orbis
 Seruari cœtum qui te pie Christe fatetur?
 Nos teget horribiles inter tua dextra tumulus,

Vndiq³ cum patriam bellis ardere videmus
 Cum fera pugnaces committunt praelia Belga,
 Ausoniasq³ furit tristis Bellona per oras,
 In sua quim etiam conuertens viscera dextram,
 Nunc habet armipotens rapidos Germania Turcas,
 Agmina crudorum post hac visura Scytharum.
 Nos vero adiuncti patris o tibi gnate voluptas,
 Crustula qui verè purissima solus in orbe es,
 Te petimus, nostros animos tu Christe gubernas,
 Nosq³ tua porro clementer protege dextra.

Margarita Anglica, professoribus sacrarum literarum Oxonijs & Cantabrigie stipendia & Collegia fundauit mater Henrici VII. Angliæ regis obiit 1509. Die 29. Iunij.

Edmundus comes ——— Margarita.

Richemundie.

HENRICVS VII. ex Elisabetha

Eduardi III. Regis

filia.

HENRICVS VIII. Angliæ rex.

MARIA, soror Aaron, & Moysis, Exod. 6. Name. 26. Mich. 6. עֲרֻכָּה est gratiarum actionis pro liberatione facta in mari rubro. Exod. 15. accenditur flammis emulationis aduersus fratrem, & punitur lepra. Num. 12. moritur Num. 20.

מֵרִים Miriam, stilla, gutta maris, vel amaritudo dic-

do dierum, & mœstitia temporum : vel doctrix populû
 à ירה & עם vel illuminata ab אור. Hierony-
 mus refert Mariam sermone Syro dominam nuncu-
 pari, vnde sit illud 1. Cor. 16. Maran atha, Dominus
 venit.

In historia euangelica aliquot Maria celebra-
 tur.

M A R I A, mater Domini nostri Iesu Chri-
 sti, cuius effigies his verbis à Nicephoro expressa est,
 lib. 2. cap. 23. Species Maria & mores pleni grauitati
 erant. Pauca & necessaria loquebatur, placidè au-
 diebat alios. Statura corporis media erat. Si-
 ne risu, sine iracundia, & sine incomposito gestu,
 homines intrepidè alloquebatur. Facies erat sub-
 fusca, tritico similis : capilli flauï : oculi fului, qui
 charopi nominantur : non lusciosi, nulla deformitate
 insignes, non vagabundi : supercilijs nigris, interuallo
 distinctis : recto naso, labris rubentibus, & ad dulce-
 dinem sermonis motu aptissimo, facies erat non ro-
 tunda, sed longiuscula, manus & digiti longiusculi :
 accessus erat sine fastu, & gestu nativo non arte ficto
 nec ad humilitatem simulato, nec leuitatem vllam
 significans.

Patrem Mariae virginis fuisse Eli, qui alio nomi-
 ne. Ioachim dictus est : matrem Annam fuisse :
 scribit Epiphanius pag. 448. & Iohannes Damasc-
 nus lib. 4. de Orthodoxa fide cap. 15. Aliqui etiam
 addunt, S. Annam fuisse sororem Elisabethæ matris
 Baptistæ.

M A R I A.

Baptista. Niceph. lib. 2. cap. 3. vbi prolixius Genealogia describitur.

SOROR MARIAE VIRGINIS fuit MARIA CLEOPHAE (Iohan. 19.) mater Iacobi minoris & Iosis (Mar. 15.) fuisse autem Cleopham fratrem Iosephi sponsi Mariae, annotat Euf. lib. 3. ca. 11.

Tertia Maria MAGDALENA, quam a seipsum demonijs, hoc est, multis & varijs peccatis Christus liberauit Luc. 8. existimatur soror Marthae & Lazari resuscitati fuisse Ioh. 11. 12. Quae ad pedes Christi quiescens & doctrinam ipsius discens Luc. 10. audit à Christo, Vnum est necessarium ab ea. Maria Magdalene primum ostendit se Christus post resurrectionem Ioh. 20. Marc. 16. Eadem astat spectatrix crucis Christi, Matth. 27. 28. Marc. 15. Luc. 24.

Cultus autem MARIAE Virginis, matris Christi intra annos 450. mirabiliter auctus est. Nam Urbanus II. paulò ante annum Christi 1100. Horas beatae Mariae instituit. Deinde Gregorius IX. circa annum 1240. Salve regina quotidie cani iussit. Postea Iohannes XXII. circa annum 1330. sanxit, vt singulis diebus mane & vesperi tria signa pulsu campanae dentur & tum vnusquisq; Aue Maria ter recitet.

Festum VISITATIONIS Mariae in consilio Basiliensi anno 1441. confirmatum est.

Festum PURIFICATIONIS seu m̃s

lra-

ὑποπνευῆς multò vetustius est, in concilio Constantinopolitano V. sub Iustiniano Imp. sancitum anno Christi 552. Niceph. lib. 17. cap. 28.

Ibidem Festum ASSUMPTIONIS seu *καταλήψεως* Mariæ, quod etiam Ἐζόδον *χρόνης* nominarunt, à Mauritio, postea institutum, Nicephorus refert, quæ duodecimo post Filij resurrectionem anno placidè decesserat. Niceph. lib. 2. cap. 3. & 21. 22. 23. lib. 15. cap. 14.

Festum conceptionis Mariæ à S. Anshelmo, cum adhuc Prior monasterij Becensis esset, celebrari cœptum: cum in periculo maris apparente specie Mariæ virginis seruatam se esse crederet: postea Basilea confirmatur, sessione 36. Cùm autem Bernardi auctoritate ecclesia Lugdunensis in Gallia festum hoc institueret vellet, Bernardus gravissima Epistola 174. illud dissuasit.

De Natiuitate S. Mariæ narratio inter opera Ieronymi supposititia extat Tom. 2. fol. 208.

Festum Præsentationis Mariæ Paulus II. pp. ante annos 100. instituit.

M A R I A, Aegyptia natione Veneta multos annos quæstum meretricium Alexandria fecit, tandem ex Aegypto in Palestinam veniens penitentiam egit, ac multos annos in eremo vagata, & mortua est die 3. Aprilis. Alia ancilla Nicomediensis, martyr sub Diocletiano.

M A R I A N V S, Scotus, Ratisbonæ cum suo sodalitia

alatio confedit, & scholas habuit anno Christi 1070.
tempore Henrici IIII. Alius Marianus, martyr sub
Decio die 30. April.

Marinus, ciuis Ierosolymitanus, martyr Cesa-
reæ sub Valeriano die 3. Martij. Alius Marinus,
Dalmata latomus fuit, postea Diaconus Ecclesie Ari-
minensis tempore Constantini Imperatoris.

MARONITAE secta Christianorum in Orien-
te, Monothelitarum dogma, de vna Christi voluntate
& operatione amplectens. Nomen habet à Marone
auctore. Marsus, Docuit Euangelion in Gallia, Ideoq;
capitali supplicio adfectus est sub Adriano Imperatore.

MARTHA, sollicita circa plurima, soror Lazari,
& Mariæ, Bethaniensis, Luca. 10. Iohan. 11. vbi illustre
testimonium de Resurrectione mortuorum posteritati
tradidit, Scio, inquit, quod resurget in resurrectione
in extremo die. Alia, Persica, religionis gratia Ro-
mam profecta, martyr sub Claudio Imp. Anno Chri-
sti 272. die 19. Ianuarij.

Martia, martyr Nicomediensis, sub Maximiano.
Martialis, Cephas scribitur à S. Petro in Galliam
ad prædicandum Euangelium missus, ibiq; mortuus
esse, tempore Vespasiani Imp. Huius Epistola quædam
suppolititæ proximis annis editæ sunt, ad Burdega-
lenses, Tolosanos. Alius, martyr Cesar Augustanus, sub
Diocletiano, celebratur à Prudentio. Alius, filius S.
Felicitatis martyr sub Antonino.

MARTINVS, Pannonius natione, Ticini in Italia educatus est, adolescens militauit in Gallia sub Iuliano. In Ambianorum vrbe ad Somam fluuium media hyeme in platea ei obuiam venit mendicus nudus, quem pleriq³ surdis auribus prateribant. Huic partem sagi militaris quo forte amictus erat, gladio abscissam attribuit. Sequenti nocte Christus sagi illius specie indutus ipsi apparet, & Angelis narrat, se hac veste a Martino donatum esse.

Fortunatus lib. 10.

Ambianus tremulum cernens Martinus egenum
Dimisit e chlamydis mox ope membra tegit.

Sed coram Angelicis turmis, se hanc nocte silente
Pauperis in specie Christus habere refert.

Et alibi: Dum chlamydem Martinus inops diuisit e-
gend, Christus ea memorat se bene veste regi Diues
paupertas Dominum que textit amictu, Cui Deus
occurrit &c.

Post eam visionem Martinus relictis castris contu-
lit se ad Hilarium Pictauiensem episcopum, a quo
Presbyter ordinatus est. Tandem Turonensi ecclesia
episcopus proficitur circa annum Christi 374. quam
predicatione verbi Dei, administratione sacramen-
torum, & crebra visitatione rexit. 26. annos vir cui
Christus amor Christus timor, omnia Christus. Obijt
placide sub Arcadij & Honorij Imp. anno secundo
qui fuit annus Christi 400. teste Gregorio Turonensi,
lib. 1. cap. 43. Vitam S. Martini ex professo scri-
pserunt

psunt soluta oratione Sulpitius Seuerus : carmine Paulinus & Fortunatus.

MARTINVS, Papa, praesuit Romanae Ecclesiae circa annum Christi 650. natione Thuscus. Alius episcopus Dumiensis circa A. C. 540.

Martinianus, miles, custos carceris Pauli, et ab eo ad veram agnitionem Dei conuersus, martyr sub Nerone.

Martirius, a rusticis Ethnicis, quibus Euangelion praedicabat, interfectus est tempore Theodosij Imp.

MASSA filius Hismael, Gen. 25. נַשְׁמָא onus.

Masepha, Iosua 15. Vide Maspha.

Maserecha, oppidum Idumaeae, Gene. 36.

מִשְׁרֵק Vineae Sorek.

Masal, Iosua 21. vide Messal.

MASMA, filius Hismael, Gene. 25. אֲשַׁמָּא audiuit.

Masaloth, vrbs vicina Cedes in Galilea, 1. Maccab. 9.

MAPHA, Iosua 21. inter vrbes Leuitarum in tribu Ruben recensetur, Sed eius loco in Ebraeo fonte scriptum est, מֵיפֶּתַר Mephaath, id est, aquae clamoris, vel illustrator. Vide Mephat.

Marsilius de Padua, qui Defensorem pacis scripsit, damnatus a Iohanne XXII. Extrauag. incepta.

MASPHA, oppidum in regione Galaad, non procul à mari Tiberiadis, prope Ramoth, Iud. 10. 11. Iosue, 13. 1. Maccab. 5. vbi Iephre aliquandiu habitavit, Iud. 1. 1. Est etiam oppidum hoc nomine in tribu Benjamin, Iosue, 13. 3. Regum 15. 2. Paral. 16. Nebem. 3. 1. Maccab. 3. non procul à Rama & Gabaa prope Silo, vbi Samuel iudicauit populum. 1. Regum. 7. 10. Ierem. 40. 41. Aliud in regione Sidoniorum versus orientem, Iosue 11. מצפה Mizpah specula.

MASSA, Locus in deserto, vbi populus tentauit Dominum petens aquam, quam postea, Petra siliice percussa, largiter fudit. Exod. 17. Psalm. 94.

מסה Massah, tentatio.

Masserephor, thermæ in regione Sidoniorum, Iosue 11. 13. משרפות Misrephoth, calida aqua, Thermæ, aut salina.

MATATHIAS, filius Iosie, rex Iuda, alio nomine dictus Sedechias, 4. Reg. 24. Alius Sacerdos, filius Iohannis, filij Simeonis, filij Asmonei, pater Iuda Maccabei, pio zelo adductus, opposuit se impijs & dictis Antiochi Epiphani, 1. Maccab. 2. Iosephus lib. 12. cap. 7. Alius filius Simonis, nepos Matthie, frater Iohannis Hircani, 1. Maccab. 16. Alius, filius Amos, in Genealogia CHRISTI, Luca 3. מתניה Mathaniah, donum Dei.

MATER

MATERNVS, S. Petri discipulus, primò Eu-
angelion Christi apud Treuiros docuit.

Mathan, sacerdos Baal, interfectus à Ioiada,
2. Paral. 23. 4. Regum. 11. Alius, auus Ioseph sponsi
Mariæ, Matth. 1. Alius, pater Saphaciæ, Iere. 38. מתן
donum.

Mathana, locus in regione Moab, Num. 21.

Mathanias, Leuita, ex familia Gersonitarum,
1. Paral. 29.

מתנה donum Dei.

MATHAT, auus Mariæ virginis, Luc. 3.

מתח, munus, donum, à radice Nathan.

MATHATHAN, filius Nathan, nepos Davi-
dis, Lucæ 3. Significat donum vel virgam eorum.

מתח Matthot, virga.

MATRED, socrus Adad regis Idumæe, Genes.
36. מטרר asidua.

MATTHÆVS, id est, donum Dei, à מתת,
vel explanator scripturæ, à מתח, APOSTO-
LVS & Euangelista, Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6.

Acto. 1. alio nomine Leui dictus est, Luc. 5. Marc. 2.

patrem habuit Alphæum, Marc. 2. Cùm autem Pu-
blicanus seu exactor publicorum vectigalium esset.

vocatur à Christo ad ministerium Apostolicum,
Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5. vbi etiam insignis concio

Christi habita in conuiuio apud Mattheum conuer-
sum extat. Non opus habent, qui sani sunt, medico,

sed qui malè valent. Misericordiam volo, & non sa-

crificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Post resurrectionem Christi primum Hebræis Euangelion prædicauit, à quibus discedens historiam vitæ & doctrinæ Christi, Hebræo sermone scripsisse dicitur ab Eusebio lib. 3. cap. 24. 39. lib. 5. cap. 10. & D. Ieronymo in catalogo scriptorum, qui extare librum Ebraum in Bibliotheca Cæsariensi, & à se descriptum esse affirmat. Sed Erasmus in annotationibus in cap. 8. & 19. Matthæi, ostendit sibi probabilius videri, Euangelion Matthæi eadem scriptum esse lingua, qua ceteri scripserunt. Annotat autem Eusebius in Chronicis, Matthæum, octauo anno post ascensionem Christi in Iudæa Euangelion edidisse, in quo peculiare & proprias habet has insignes sententias: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Item, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Re- Pontio in Aethiopiâ venisse, vbi 20. annos docuerit & ecclesias rexerit, conuersis ad agnitionem Christi, rege Aegypti, regina Euphrosyne, filio regis à se vitam reuocato, Euphrone, & filia Iphigenia, quam cum mortuo patre Hirtacus quidam ducturus esset, & Matthæus coniugium dissuaderet, ad aram ab eo obruncatus est, anno Christi 76. in oppido Naddauer

dauer, vt Fortunatus canit, Matthæum eximium
Naddauer alta dabit. Græci memoriam Matthæi
die 16. Nouembris celebrant.

Florent autem hodierno die in AETHIOPIA Eccle-
siae Christianae sub imperio potentissimi regis Presti-
annis vel Belulgiannis, cui circiter 40. Africa re-
gna parere, & doctrinam ac ritus Religionis Chri-
stianae maxima ex parte cum nostris congruere scri-
bunt, qui se cum legatis AETHIOPICIS ad Clementem
VII. Pontificem missis, Romæ per interpretem col-
locutos esse affirmant. Extat & Damiani à Goes li-
bellus, de Religione, fide & moribus AETHIOPUM, le-
ctu dignissimus.

MATTHIAS, Apostolus in locum Iudæ Isca-
rioris electus est, Actor. 1. Quem ex numero LXX.
discipulorum fuisse refert Eusebius lib. cap. 14. ex
Clemente. lib. 3. cap. 29. refert, Matthiam do-
cuisse aduersus carnem pugnandum, nec voluptati
eius & libidini indulgendum. Animam verò alen-
dam sapientiæ pastibus, & scientiæ cibis in manus
semper augendam. Pauca de historia vitæ Matthiæ
extant. Quidam ferunt eum 33. annos in Iudæa &
Galilea docuisse. Recentiores addunt eum in Mace-
donia lapidibus obrutum, vitam finisse. In latino
Calendario Bissextilis dies proximo ante Matthiæ fe-
stum mense Februario inseritur, sed Græci in 9. Au-
gusti Matthiam transtulerunt.

MATHVS ALEM, filius Enoch, auus No-
ha,

be, omnium hominum diutissime vixit, videlicet annos 969. Gene. 5. מְתוּשָׁלַח Methusalah, id est, mortis missio, vel mortis gladius. שֶׁלַח Selah, ensis, gladius.

MATHVS AEL, Pater Lamech, primi bigani Gen. 4. מְתוּשָׁאֵל Methusael, mortem postulans, seu vindicans, vel mortis sepulcrum, & שְׂאוּר Scol.

MAVIAEL, pater Mathusaelis, Gene. 4. מְחַיֵּאֵל MeHuiael, delere incipiens, מְחַיֵּאֵל יִתְרֵל.

MAVRITIVS, summus Dux legionis Thebanæ, cum Imperatorem Maximianum in Gallias secutus esset, ibiq; edicto Imperatoris, quo ad sacrificia Ethnica compellabatur, non obediret, à crudeli persecutore Christiani nominis, primum ipsius milites decimati sunt, deinde cum constanter in vera confessione perseverarent, toto legio una cum signiferis, Candido, Innocentio, Euxenio, Victore, & Duce Mauritio, trucidata est, Circa annum Christi 300. ad Agaunum, non procul à Rhodano fluuio, vnde Andegauenses martyres à Fortunato lib. 2. & 8. nominantur.

MAVRA, ancilla Fusca, virginis Rauennatis, cum Domina, propter confessionem Christi, capite truncata est, die 13. Februarij.

Maurilius, discipulus S. Martini, episcopus Andegauensis in Gallia.

MAVRVS, discipulus S. Benedicti, Episcopus Lugduni in Gallia, multa Benedictinorum monasteria passim in Gallia erexit circa annum Christi 540. Obyit anno 565. die 15. Ianuarij. Alius, fuit S. Pirminij discipulus, qui Scholam in Mauri monasterio prope Tabernas Alsaticas rexit, circa annum Christi 724.

MAXENTIVS IOHANNES, monachus Constantinopolitanus, doctrinam de Trinitate & duabus in Christo naturis, contra Arianos, Nestorianos, & Acephalos, vtilibus libellis asseruit, qui cum Euigentij operibus coniuncti extant, cuius etiam *Ὁμολογία* tempore Iustini Imp. & Hormisdæ Pontificis fuit.

Maximianus, episcopus Syracusarum in Sicilia, celebratur à Gregorio magno. Alius, Carthagine edictum contra Christianos publicè propositum auulsit. Ideoq; crudeliter interfectus est.

MAXIMILIANVS, Cilie in Stiria natus, successit S. Quirino in Episcopatu Laureacensi, martyr sub initium Imperij Diocletiani, anno Christi 289. die 12. Octobris.

MAXIMIANISTAE factio Donatistarum, orti à Maximiano, qui diaconus Primiani episcopi Donatistarum Carthagine, secedens ab episcopo, in eius locum ordinatus est. Postea concilio Bagaitano 310. episcoporum Donatistarum anno Christi 398. coacto, cum suis asseclis iterum damnatus, & Primianus,

mianus restitutus est, Tomo VII. Augustini fol. 137.
lib. 1. contra epistolam Parmeniani lib. 3. & 4. toto
contra Cresconium.

Maximinus, cum Lazaro resuscitato scribitur
Masilia in Gallia docuisse, & primus Episcopus eccle-
siae Aquensis fuisse.

Maximus, episcopus Alexandrinus, successor
Dionysij Euseb. lib. 7. cap. 10. Alius episcopus Ie-
rosolymorum, successor Macarij, cuius precipua fuit
autoritas in Concilio Niceno, Tripart. lib. 1. cap. 10.
non accedit ad synodum Antiochenam Arianam, lib.
4. cap. 9. 34. Alius martyr Antiochenus sub Iuli-
ano. Alius episcopus Taurinensis, cuius scripta Gen-
nadius celebrat.

MEDABA, vrbs vicina Esebon, in finibus
tribuum Ruben & Gad, quae prius Regi Amorrhoeo-
rum paruit, Num. 21. Ios. 13. Esai. 15. à Ptolem. eo.
Medaua vocatur. מרבא Medba, fortasse à מרבא
senectus, vetusta, vel signum introitus.

Medad, Prophetas, Num. 21.

מדרה & מירא aquae leniter fluentes, à מירא.

Medalaa, oppidum tribus Zebulon, in litore ma-
ris mediterranei, Ios. 19.

מרעלה Maralah, amara ascensio.

MEDARDVS, Gallus, Episcopus Torna-
censis, fures, qui in sua vinea & horto noctu grassari
erant, mirando modo absens sensit & cohibuit, ne dis-
cedere possent, donec ipse coram eos deprehenderet, &
obiit.

oburgatos, dimitteret. Vixit circa annum Christi
330. Celebratur à Fortunato lib. 2.

Inter Christicolos quos actio vexit in astra,
Pars tibi pro meritis magna Medarde patet.

Qui sic vixisti terrenis hospes in oris,
Ut cælos patriam feceris esse tuam.

Durum iter ad laudes grauior via ducit in altum
Quo labor est potior, gloria maior erit &c.

Qui noluit furto casas penetrare latentes,
Te religante sedet, te reserante fugit.

Obijt sub rege Clotario filio Clodouei, & Suef-
one sepultus est.

Meddin, oppidum tribus Iuda, Ios. 15. sedes
Maccabæorum, 1. Macc. 2. 9. 13. 16.

MEDEMENA, oppidum in tribu Benjamin,
in quo Assyrii proficiscentes ad obsidionem Ierosolymæ
castrametati sunt, Esai. 10. Aliud in tribu Iuda,
Ios. 15. מדרמנה Madmenah, mensura numeri.

MEDIA, regio Asiæ maioris, quæ cingitur ab
occasu, Armenia: à meridie, Perside: ab ortu, Par-
thia: à septentrione, mari Hircano. Nomen accepit
à Madai filio Iapheth nepote Nohe, Genes. 10. Hu-
ius regionis metropolis fuerunt Egbathana à Deioce
condita, apud Herod. lib. 1. Fit Medorum mentio
Act. 2. Esai. 13. 21. Ierem. 25. 51. Dan. 5. 6. 7. 2.
De Dario Medo, vide supra.

Medi, mensores à מדי mensus est.

Meezabel, vxor Adad regis Idumæa, Gen. 36.
 מהיטבאל Mehetabel, Quam bonus est Deus.
 Meinulfus archidiaconus Padebornensis, cuius
 memoria die 5. Octobris celebratur.

Melanus, episcopus Rhotomagi in Gallia.
 Melanthius, episcopus Rhinocolura, quæ est ex-
 tremâ vrbs AEGYPTI versus Palestinam, in exilium
 pulsus est ab Arianis, sub Valente Imp. Trip. lib. 8.
 cap. 1. in fine.

MELCHA, filia Aram, vxor Nachor, fratris
 Abrahamæ, Gen. 11. 22. 24. Alia, filia Salphat, Num.
 26. 27. מילכה Milchah, regina.

MELCHI, abauus Mariæ virginis, Luc. 3.
 MELCHIAS, pater Phasur, legati Sedechiæ,
 Iere. 21. 38. מלכיה Malchiak, regnat Dominus.

MELHIEL, filius Beria, nepos Aser Patriar-
 chæ, Gen. 46. Num. 26. מלכיאל Rex meus De-
 us.

MELCHISEDECH, מלכצדק Malchi-
 Zedeck, Rex iusticiæ. Nomen appellatiuum, epithe-
 thon Sem filij Nohe, vt Ieronymus Tomo Quarto,
 pag. 17. ad Euagrium, refert. Habitauit autem in
 vrbe Salem, quæ postea Ierusalem dicta est, & preci-
 pius fuit Sacerdos & Doctor ac gubernator Ecclesiæ
 eius temporis. Nam ante Diluuium annos 90. auum
 Lamech & proauum Mathusalem, & Noham patrem
 annis 450. audiuerat: & deinde superstes fuit omni-
 bus suis filijs, nepotibus & posteris, & ipsi Abrahamæ
 annis

annis 35. Interea vidit magnas dissipationes & calamitates in diluuiis, & postea lingue mutationes, novum imperium & Idola Babylonis, horrendas libidines & interitum Sodomæ. Interea tamen Ecclesiam habuit, quæ ipsum testem & custodem doctrinæ a patribus accepta audiebat. Cumq; in vicinis locis habitarent Abraham in Hebron, & Loth in Sodomis &c. sæpe convenire ad explicationem doctrinæ & mutuam consolationem potuerunt.

Cum autem sacerdos DEI altissimi esset BENEDICENS Abrahæ: Typus fuit Christi Sacerdotis, qui cœlestem benedictionem Abrahæ promissam adfert, & Homines à maledictione Legis liberat. Gen. 14. Psalm. 110. Ebræos 7.

Melchiseda, filius Saulis, 1. Reg. 14. 31.

מלכישוע Malchisua, Rex orans.

MELCHON, Idololum Ammonitarum, 4. Reg. 23. Iere. 49. Amos 1. Soph. 1. 1. Paral. 20.

כלם Malcham, rex eorum. vide Moloch.

MELEA, filius Menam, pronepos Nathani, Lu 3.

מלא plenus, collectus, Volradt.

MELETIVS, episcopus Thebaidos in Aegypto, Novati heresim de neganda lapsis absolutione propagavit, circa annum Christi 300. vide Epiphani. lib. 2. Tomo. 2.

MELETIVS, episcopus, primum Sebaste in Armenia, deinde Antiochiam vocatus, Oorthodoxam sententiam de Diuinitate FILII DEI constanter

mine de Transitu virginis Mariæ libellus extat Tom.
II. Biblia S. Patrum. Melito, quidam docuit
Deum corporeum esse, Augustinus cap. 3. de Eccles.
dog.

MELLO, platea vrbis Ierosolymæ, infra ar-
cem Sion, imposita voragini profunde, montem Sion
à monte Moria dirimenti, quam fornicibus & carne-
ris relictam, ædificijs David compleuit, vbi etiam cu-
ria fuit, in qua populus conuenire & comitia cele-
brare solebat. 3. Reg. 9.

Iudic. 9. vbi nos habemus? Vniuersæ familiæ
vrbis Mello, in Ebreo est, Et tota domus Mello, id est,
tota curia, totus Senatus, alij sentiunt esse urbem vi-
cinam Sichem. מלוא Millo à מלא Male, plenus
fuit, congregatus est.

Meloda, vrbs in tribu Iuda, Iosua 15.

מולדה Moladah, natiuitas.

Memmius, S. Petri discipulus, scribitur Euan-
gelion Christi in Catalonia docuisse.

MEMPHIS, Vrbs Aegypti sita ad Nilum, in
vertice Δ, quod efficit Nilus, scindens sese in plures
alueos, Prophetæ nominant נופח Noph, id est, fauus
mellis, seu eleuata, seu regio. Nam Memphis, quæ
nunc Alcair dicitur, amplissima instar regionis patet.
Esai. 19. Iere. 2. 44. 46. Ose. 9. Ezech. 30.

MEMNITH, oppidum tribus Gad, distans
duo milliari ab Efebon, versus Philadelphiam metro-
polin Ammonitarū, cuius in historia Iephthe mentio fit.

Iud. 11. long. 66. 36. lat. 32. מִנִּיתָה Minnithzamilium
seu manus.

Menander, Samarita, discipulus & successor Simonis magi, tempore Domitiani & Traiani, Eusebius lib. 3. cap. 26. Ireneus lib. 1. cap. 21. Iustinus &c.

MENELAVS, filius Simonis iusti, frater Onia & Iasonis, missus à fratre Iasone ad Antiochum, suam causam agit, & sacerdotium fratri ereptum sibi procurat: Postea, cum pecuniam promissam soluere non posset, iterum sacerdotio deiectus est, postea restitutus Antiochum Epiphanem accersit, qui horrendam vastationem in Iudea efficit & Idolum Iouis Olympi in Templo collocat, 2. Macc. 4. 5. 13. מֵנֵלָא

Mennas, miles, martyr sub Diocletiano.

Alius, eremita, celebratur à Gregorio magno.

MENI, Deus metallicorum & mercatorum, Mercurius, Esa. 65. Qui ponitis Fortuna mensam & impletis Meni libamen. Hinc Iere. 51. Menni fossore metallicos seu Minerales: & Armeniam, montem Mineræ seu metalli significare quidam existimant, אֲמֵנִי numeravit.

MENRADVS, Bertholdi comitis à Saugon ad Danubium filius, preceptor Scholæ Augiensis prope Constantiam, postea in eremum Helueticam, non procul à Tiguro secessit, & monasterio zum Einsiedeln initium præbuit, anno Christi 860.

MEPHAT, oppidum Moabitidos, Ierem. 48. quod postea in tribum Ruben incidit, Ios. 13. iuxta montem Abarim. מִפְעַת Illustrator.

MERARI, filius Leui, Gen. 46. Exod. 6. à quo familia Meraritarum, tabulis & columnis tabernaculi in deserto gestandis destinata, Num. 3. 4. 26. 7. Ex huius posteritate ETHAN, author Psalm. 89. 1. Paral. 6. מֵרָר, amarus, vel stilla.

Mercurius, Græcè ἑρμῆς, nuncius & interpret Deorum Poeticorum. sic nominant Paulum Lystraei Act. 14. Mercurius, Scythia, militauit aliquandiu sub Decio Imp. postea Casarea in Cappadocia μαρτυρῆν coronam adeptus est.

Merob, filia Saulis, 1. Reg. 14. 18. מֵרֹב.

MERODACHBALADAN, praefectus Babyloniae, post cladem Sennacherib regis Assyriorum, ab Assyrijs defecit, & regnum Babyloniae occupauit. Hic edoctus de regressu Solis mirifico mittit literas & nuntia ad regem Ezechiam, Esa. 39. 4. Reg. 20. Iere. 50. Hunc Ptolemaeus lib. 4. cap. 7. Almagesti Mardocem-padam nominat, à quo vsq; ad Adrianum numerat annos 854. מֵרֹדַךְ amarus oppressis pauperibus.

מֵרֹדַךְ iniquus Iudex.

MERON, aqua seu lacus distans duobus milliaribus à Tiberiade versus occasum, Ios. 11.

מֵרוֹם Merom, amara.

Merotz, Iud. 5. מֵרוֹז à רוֹזָה macilentus.

MES, filius Aram, nepos Sem, Gen. 10. Ab hoc Meonas in Asia minori ortos esse scribit Ieronymus. Et ex similitudine nominis quidam conijciunt, Masagetarum quoque gentem ab eo originem traxisse.

מש Mas, contrectans, tangens.

MESOPOTAMIA, pars Syriae media inter duo flumina, Tigrum & Euphraten, à Plinio Interamnia dicta. In cuius vrbe Charran aliquandiu habitauerunt, Thare, Abraham, & Iacob, Gene. 11. 24. 25. 28. 31. &c. Psal. 59. Iud. 3. Plinius Babylonem etiam Euphrati impositam & Chaldaeam Mesopotamiae attribuit lib. 6. cap. 27. Ideo Stephanus Act. 7. Abrahamo, priusquam in Charan habitaret, in Mesopotamia Dominum apparuisse dicit. Hodie nominatur Diarbecha. Ebraice vocatur נהרים Aram Nabaraim, Syria fluuiorum.

MESPAT, fons in deserto Cades, Gene. 14. Num. 20. משפט iudicium.

Mesphe, vrbs in tribu Benjamin, Ios. 18. vide Maspha. מצפה Mizpha, specula.

MESRAIM filius Cham, nepos Noe, Gen. 10. Aegyptum occupauit. Ideoque, vbiq; in veteri Testamento Aegyptus nominatur terra Mizraim. Et hunc esse Osirim, qui à Poetis celebratur, consentaneum est. Vide Aegyptus. מצרים Mizraim, affligentes, angustijs prementes.

MESSA, Rex Moab, qui à regibus Israel, Iuda, & Edom, obsessus in vrbe Haraseth, in summis angustijis

fijs constitutus, primogenitum filium supra murum obtulit: qua abominatione offensi reges soluerunt obsidionem, ne Deus ipsos quoque propter illud parricidium deleteret. 4. Reg. 3. מישע Mescha, Saluator,

Gen. 10. מנח Mescha, per Aleph, ab Eusebio scribitur esse Indorum regio.

MESSA, 4. Reg. 11. custodiens excubias domus Messa, מסה Massah euerfionis Athalie.

Messal, seu Mital, ciuitas Leuitarum in tribu Afer, Ios. 19. 21. משאל MiSael, petitio.

Messelemeth, filia Arus, vxor Manasse regis Iuda, 4. Reg. 21. משלמה MeSulemeth, dominae mortis.

מרוץ Haruz, discretus, probus.

MESSIAS, Ebraicè משיח Masiah, Græcè Χριστός, latine Vnctus. Proprie significat filium Dei,

dominum nostrum Iesum Christum, vnctum plenitudine spiritus sancti, & totius diuinitatis, vt sit summus Sacerdos & Rex Ecclesie sue, Dan. 9. Iohan. 14.

Metangismonitæ, scribuntur docuisse, Filium in patre esse, sicut vas in vase.

Mercha, 25. mansio Israelitarum, Num. 33. מתקה Mithkah, dulcedo.

Merengismonitæ trium personarum diuinitatis confusionem seu implicationem & comprehensionem mutuam (tanquam vasorum intra se implicatorum & contentorum) finxerunt.

Methaal, rex Sidoniorum, pater Iezabel, 3. Regum 16. מֶתְאֵל.

METHODIVS, episcopus primum Olympi Lyciæ, deinde Tyri. Scripsit ante Synodum Nicenam, quæ Ieronimus in catalogo recenset, & Epiphanius ex eo hanc definitionem mortis citat: Μὲθόδιος ἑστὶν ἁγίος καὶ ἰσχυρὸς ἄνθρωπος. Tandem sub Valeriano Imp. interfectus est, circa annum Christi 260.

METHODIVS frater Cyrilli episcopus Maurorum, in gente Polonica & Boemica multos ad fidem Christi conuertit, & lingua Hænetæ sacrum celebravit, non latina. Idem contra Pontificios defendit citato dicto Psalmi, Omnis spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei. Floruit circa annum Christi 960.

Methri, familia tribus Benjamin, ex qua Saul ortus est, 1. Reg. 10. מֶתְרֵי Methri, pluvia.

Metreta, mensuræ nomen, continens fere sextarios.

Metrodorus, Marcionita, crematus sub M. Antonino, Euseb. lib. 4. cap. 15.

Meza, filius Rahuel, nepos Esau, Gen. 36.

מִיזָּה Mizza, a מִיזָּה succendit.

Mezol, Ezech. 27. מֵעֶזְל Meuzal, Aquila vertit de Vzal, ut sit regionis nomen. Symmachus appellatine transtulit deferens.

Micha, filius Mephiboseth, 2. Reg. 9.

MICHA

MICHAEL, Archangelus. Dan. 10. 12. Apoc. 12. & in Epistola Iudae. מיכאל Michael, Quis sicut Deus. De apparitione S. Michaelis in monte Gargano vide Petrum Natalem lib. 4. die 7. Maij. Graeci festum Michaelis & S. Angelorum celebrant 8. Nouembris.

MICHAS, Ephraeus, à matre instituitur sacerdos Idoli, quod postea à Danitis rapitur, Iudicum 17. 18. מיכיהו Michaiehu, Quis sicut Dominus.

MICHEAS Morastithes Propheta, natus in vrbe tribus Iuda, Maresa, מוצקון Osea & Esaiæ floruit circa annum mundi 3200, tempore regis Ioatham, Achaz & Ezechiae, Jerem. 26.

In PRIMO capite praedicit horrendas penas et vastationem regni Israel & Iuda per Assyrios. Et causam penarum praecipuam indicat Idolatriam. In II. & III. capite accusat AVARITIAM magistratus Politici & Ecclesiastici, quæ fons est iniuriarum, violentiæ &c. QVARTVM Caput insignis Prophetia est de regno Christi. In V. capite, designat locum nascentis Christi, oppidum Bethlehem, & praedicit hostes CHRISTI & Ecclesiæ aut conuersum aut euersum iri. In VI. accusat summam ingratitude[m] populi, & illustrat doctrinam de veris cultibus Dei. In VII. queritur de malicia & impietate populi, qui verbo Dei non emendatur: & monet pios, ne hisce scandalis partiantur se à vera pietate abduci. In fine addit insignem concio-

dem amicum patris liberaliter fouetur, 2. Regum 9.
 & 21. Cum autem Dauid à filio Absolone in exili-
 um pulsus esset, Siba minister Miphiboseth accusat
 eorum defectionis ad hostes. Huic credens Dauid,
 errore possessiones Miphiboseth attribuit Siba menti-
 enti, 3. Reg. 16. 19. 20. Mansit autem posteritas Io-
 narha & Miphiboseth, vsq; ad exilium Babyloni-
 cum. מִפְּיבֹּסֶתַּי Miphiboseth. Ieronymus vertit, de
 ore ignominie, à בֹּשָׁתַּי Bosa.

MISAC, cognomen collegæ Danielis, qui au-
 tea Misael vocabatur. Daniel. 1. 2. 3. מִשָּׂאֵךְ Me-
 sach, preciosus, vel tendens arcum.

MISAEEL, nepos Chaath, filij Leui, Exod. 6.
 Leuit. 10. מִשָּׂאֵל Misael, tangens Deum, vel
 petens à Deo.

MITTLENAE, vrbs Lesbi Insule, ad quam
 Paulus Ierosolymam nauigans anno Christi 55. appel-
 lit Acto. 20. Fuit patriæ Pittaci, Alcei & Sapphus.
 Nomen ei à Mityla conditore inditum esse scribit Ste-
 phanus.

Mizaad, Gene. 36. מֵי זָהָב Mezahab, id est,
 Aqua aurea.

Mnason, Cyprius, hospes Pauli, postremò Iero-
 solyma reuersi, Acto. 21.

MOAB, filius Loth, pater Moabitarum, Ge-
 nes. 19. cuius posterì occuparunt regionem, ori-
 entali Iordanis ripæ adiacentem, à flumio Iaboch,
 vsque ad fluum Arnon, & extremam versus me-
 ridiem

ridiem maris mortui oram. Sed circa id tempus, quo filij Israel ex Aegypto egressi sunt, Seon rex Amorrhæorum, totam eam partem regionis, qua inter duo flumina, Iaboch & Arnon, sita fuit, regi Moab ademit, Hanc Moses Seoni Amorrhæo eripiens, tribui Ruben & Gad, distribuit, Nume. 21. 32. Iudic. 11. Deut. 2. 3. Metuens autem Balach, filius Sephor, qui reliquam partem Moabitidos regionis, ad lacum Asphaltiten adhuc tenebat, ne Israelitæ suam quoque ditionem occuparent, accersit Balaam ariolum, ut maledicat Israelitis, Nume. 22. Sed hanc quoque rex David postea subegit, 2. Reg. 8. 1. Paralip. 18. Psal. 60. Deinde intestinis dissensionibus regno Israel dilacerato, Moabitæ iterum se in libertatem vindicarunt, 4. Reg. 1. quibus ob superbiam & fastum intolerabilem pœnas minatur Esaias cap. 15. 16. Iere. 48. Ezech. 25. Amos 2. מוֹאָב, de patre.

Modestus, scripsit contra Marcionem, tempore M. Antonini Imp. Alius, martyr sub Dioclet.

MODIN, mons & oppidum in tribu Dan, in quo Maccabæi abominantes impia edicta Antiochi Ephanis, quibus Idolis sacrificare iubebantur, confederunt, & se ac alios pios, qui eò confugerant, fortiter defenderunt, 1. Macca. 2. 9. 13. 16.

Molada, oppidum tribus Simeon, Ios. 19.

מולרה natiuitas.

MOLOCH, Idolum Ammonitarum, 3. Regum

gum 11. Leuit. 18. Ierem. 32. Latine significat regem. Vide supra in dictione Gehennon. In dicto Amos 5. quod Stephanus Actor. 7. citat, quidam Moloch interpretantur regem, scilicet Solem. Remphan vero Reginam, scilicet Lunam. Sed docti ex Ebraeo illum locum Amosi ita vertunt. Portastis Sichut regem vestrum, & Chiun imaginem vestram, Stellam deorum vestrorum. Lutherus coniecat, Sichut fuisse cultum allicius Dei aut sancti, quo se aduersus omnia mala tutos fore putarunt. Nam Sichut significat umbraculum, protectionem a ככר Pro Moloch in Ebraeo scriptum est מלככם Malchichem, id est, regis vestri.

MONOPHYTAE, Eutylianorum secta unam in Christo naturam, ex Verbo & carne compositam esse docuit, cuius patrocinium Iohannes Philoponus Grammaticus precipue sustinuit. Nicephorus lib. 18. cap. 45. 46. 47.

MONOTHELETAE, duas in Christo naturas, ἐξ ὧν, καὶ ἐν αἷς, καὶ ἀπὸ ἐσὶ ὁ Χριστός, ex quibus constat Christus, & in quibus subsistit, & est utrumq;, etiam post unionem confessi sunt: sed unam communem utriusq; naturae voluntatem & operationem seu ἐνεργείαν tantum esse contenderunt, ac tanta controuersia fuit, ut eius dijudicandae causa Synodus VI. Constantinopoli. A. C. 680. conuocata sit: quae duas distinctas in Christo voluntates

& operationes, cuiusq₂ natura proprias ex dictis Ioh. 6. Matth. 26. & alijs demonstravit, & Leonis sententiam in Synodo Chalcedonensi stabilitam, repetiuit: Agit utraq₂ natura in Christo, cum alterius communicatione, quod proprium est: Verbo scilicet operante, quod est Verbi, & Carne exequente quod est Carnis.

MONTANVS, Phryx natione, cuius sectatores, Montanistæ, & Cataphryges & Pepusiani, à Pepusa Phrygiæ oppido, dicti sunt. Quorum dogmata & discrimen inter ea & Ecclesie sententiam Ieronymus in epistola ad Marcellum recitat.

Primum in fidei regula discrepamus. Nos patrem & filium & Spiritum sanctum, in sua vnumquemq₂ persona ponimus, licet substantia copulemus: illi, Sabellij dogma sectantes, trinitatem in vnius persone angustias cogunt.

Nos secundas nuptias, non tam appetimus, quam concedimus, Paulo iubente, ut viduæ adolescentulæ nubant: illi in tantum putant scelerata coniugia iterata, ut quicumq₂ hoc fecerit, adulter habeatur.

Nos vnam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus. Illi tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores. Non quo & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat, sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.

Apud nos Apostolorum locum episcopi tenent: apud eos episcopus tertius est. Habent enim primos de Pepusa Phrygiæ Patriarchas. secundos quos appellant Cenones: atq; ita in tertium, id est, pene ultimum locum, episcopi deuoluuntur, quasi exinde ambitiosior religio fiat, si quod apud nos primum est, apud illos nouissimum sit.

Illi ad omne penè delictum Ecclesiæ obserant fores: nos quotidie legimus, Malo pœnitentiam peccatoris quàm mortem. Et nunquid qui cadit non resurget, dicit Dominus? Et conuertimini ad me filij conuertentes, & ego curabo contritiones vestrâs. Rigidi autem sunt, non quo & ipsi peiora non peccent: sed hoc inter nos & illos interest, quod illi erubescunt confiteri peccata, quasi iusti: nos dum pœnitentiam agimus, facilius veniam promeremur.

Prætermitto scelerata mysteria, quæ dicuntur de lactente puero, & victuro martyre, confarrata. Malo inquam non credere: sit falsum omne quod sanguinis est.

Aperta est conuincenda blasphemia, dicentium: Deum primum voluisse in veteri testamento per Moysen, & Prophetas saluare mundum: sed quia non potuerit explere, corpus sumpsisse, & in Christo sub specie filij prædicantem, mortem obijisse pro nobis. Et quia per duos gradus mūdum saluare nequiverit, ad extremum per Spiritum sanctum, in Montanum, Bri-

scam & Maximillam descendisse & plenitudinem, quam Paulus non habuerit, dicens, ex parte cognoscimus &c. habuisse Montanum, de quo intelligunt illud. 1. Corinth. 13. Cum autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est euacuabitur. Haec sunt, quae coargutione non indigent, perfidiam eorum exposuisse, superasse est.

Apud Eusebium lib. 5. Histo. Eccles. Montanus IEIUNIORVM LEGES primus imposuisse, & tandem laqueo vitam finisse scribitur, Vixit tempore Marci Antonini, circa annum Christi 170.

MOOLI, filius Merari, nepos Leui, Exod. 6. מולי MaHali, Psalter, מְזַמְרֵם cantus.

MORASTITES, cognomen Michea Prophetæ, à patria Maresa, quæ est oppidum in tribu Iuda, Iosue 15. מורשתי Heres.

Morome, Iud. 5. regio seu campus eminentis & patens, ארם.

MORIA, mons, in quo Abraham immolauit filium Isaac, Gen. 22. & in quo templum à Salomone postea edificatum est, 2. Paral. 3. Psal. 14. Quis ascendit in montem Domini. מריה Moriah, Timor Domini, seu cultus Domini, ירא, vel visio Domini à ירא, vel doctrina Domini à ירה docuit, Nam ex Sion exhibit Lex & verbum Domini de Ierusalem.

Moseroth, 27. mansio Israelitarum, Num. 33. Deut. 10. מוסרות vincula vel castigationes. Sedulius

Sedulius velut ipse Moyses historicus mundi nascentis testificatur.

MOSES, summus post Filium Dei in ecclesia Doctor Legis, & Testis de Christo venturo: Praceptor & Dux totius chori Prophetici, Fons ac Oceanus vniuersae Theologiae, ex quo omnes caterorum Prophetarum, Christi & Apostolorum conciones & libri emanarunt. Scriptor primae & antiquissimae Historiae mundi, & ecclesiae, à prima conditione vsq; ad annum mundi 2495. (Sedulius: velut ipse Moyses historicus mundi nascentis testificatur) DVX POPULI ISRAEL ex Aegypto per diuisum mare rubrum egredientis & in deserto vagantis annos 40. auctor ecclesiae & politicae Iudaicae.

Anno mundi: 2373. Natus est in Aegypto, Exod. 2. annis 65. post mortem Ioseph, annis 80. ante exitum, Exod. 7. patre Amram, filio Caath, filij Leui, & matre Iochabed, Exod. 6.

Instituitur in aula Aegyptia, in literis & omni sapientia Aegyptiorum $\mu\upsilon\theta\omega\acute{\nu}$ ἱερατικῆς ἐμπειρίας, πνευματικῆς δὲ τῆς ἑβραίων Acto. 7.

2452. Vocatur à Deo ad liberationem populi & seruitute Pharaonica, Exod. 3. 4.

Decem plagae Aegypti Exodi 7. 8. 9. 10. 11.

2453. MOSES, instituto Paschate (Exodi 12.)

Anno
mundi.

di 12.) FILIOS ISRAEL ex Aegy-
pto per mare rubrum EDVCIT Exodi
13. 14. Die 18. mensis primi.

Die 22. aquas amaras Marath, conie-
cto in eas ligno, reddit dulces Exodi 15.

2453

Mensis secundi die 15. venit in desertum
SIN, vbi postridie MANNA de caelo da-
tum, Exod. 16.

Petra à Moysse percussa fudit largos a-
quarum fontes, & precante Moysse Iosua
vincit Amalechitas, Exod. 17.

2453.

Mensis Tertij die prima venit in De-
sertum montis SINAI (Exodi 19.) in
quem conscendens MOSES, Quinta die
mensis, qua est à primo Paschate dies 50.
DECEM PRAECEPTA & ceteras
LEGES à DEO ACCEPIT, Exod.
20. 21. 22. 23.

Mense quarto, cum MOSES tertio in
montem Sinai ascendisset, & 40. continens
dies abesset (Exod. 24.) Israelitae IDO-
LOLATRIAM AVREI VITVLI
instituant.

Sequentibus octo mensibus Tabernacu-
lum & Arcam foederis cum alijs omnibus
instrumentis ad cultus legis pertinentibus,
fabricari curavit, Exodi 36. 37. 38. &c.

Prima

Anno mundi. 2454.
 Prima die anni, MOSES TABERNACVLVM seu TEMPLVM à se constructum erigit, Exod. 40.

2454.
 Proximis diebus Leges de Sacrificijs late, Leuit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Die 7. Moses Aaronem vestit & ad summum Sacerdotium ordinat, Leuit. 8.

Die 8. primum Sacrificium Aaronis.

2454.
 Ceteræ leges in toto Leuitico omnes hoc primo mense à Mose late sunt.

Mensis secundi die prima CENSVS de Israelitis actus, Num. 1. 2. 3. 4. &.

Die 20. Moses ex deserto SINAI, in quo 11. menses 20. dies, statua habuerat, discedit, Num. 10.

Instituit Syedrion LXX. seniorum Num. 11.

2492.
 Mittit exploratores in Terram Canaan, Num. 13. 14. Quibus reuersis adhuc 38. annos in deserto vagatur.

Mensis quinti die prima Aaron moritur, Nume. 20.

MOSES SERPENTEM aneum in deserto erigit, Num. 21. Iohan. 3.

Vicit SEON regem Amorreorum & OG regem Basan, Numer. 21. Deut. 2. Psal. 135.

Iterum numerat populum, Num. 26.

Ordi-

Anno
mundi.

27.

Ordinat Iosuaam successorem, Num.

Lex de sacrificijs dierum Fectorum,
Num. 28. 29.

De votis, Num. 30.

Madianitas cedit, Num. 31.

DEVTERONOMION seu repe-
titionem Legis instituit mense undecimo,
Deut. 1.

2493.

Prima die anni MOSES moritur,
Deut. 34. Psal. 90.מֹשֶׁה, MOSE, extractus ex aqua fluminis
Nili, in quam infans abiectus erat, Exod. 2.Fit mentio Mosis in nouo Testamento, Ebrae. 11. 3.
Act. 7. Iohan. 1. 5. 6. 7. 9. Lucae 9. 16. 20. 24. Matth.
17. 8. 19. 22. 23. Actor. 7. 3. 6. 13. 15. 21. 26. 28.
2. Corinth. 3. Roma. 10. &c. Psal. 90. 77. 99. 105.
106. Syrac. 45. Apud Ethnicos scriptores, Cornelium
Tacitum, lib. 21. Iustinum Diod. Siculum lib. 1.MOSES, eremita, episcopus Sarracenorum, tem-
pore Valentiniiani I. Imp. Histor. Eccles. lib. 11. cap. 6.
Alius, Barcepha, Syrus, episcopus Seleucia Parthe-
rum, cuius de paradiso commentarij copiosi extant
Tom. 6. Biblioth. S. Patrum.MOSCH, filius Iaphet, Gene. 10. Cappado-
ciam occupauit, cuius metropolis est Mezaca, quae
postea in honorem Augusti Caesarea dicta est.

posteri Mosoch, versus septentrionem progressi, Moschis ad Phasim fluvium, & postea Moscouia nomen dederunt, Aliqui etiam Mysos in Asia, & in Europa ad Danubium, eadem stirpe ortos esse coniectant.

Profecti sunt autem Mysi ex Asia in Europam ante Troiana tempora, & totam Thraciam & Illyrici partem usq; ad mare Ionium occuparunt, teste Herodoto in Polymnia pag. 204. Ezech. 27. 32. 38. Psal. 120. Hei mihi, quia exulo in Mesech.

משך Mesech, tendens arcum.

Mosollam, Leuita, praefectus opificum, qui resiciebant templum sub Iosia, 2. Paral. 34

משרם retributor.

Mosollamoth, pater Barachia ducis Ephraei, 2. Paral. 28. משרמות dominus mortis.

MOZARABES dicti sunt Christiani in Hispania Arabibus permixti, qui veterem Liturgia formam a Leandro & Isidoro acceptam usq; ad Gregorij Papae 7. tempora retinuerunt. Quae adhuc Toleti in aliquot templis seruari dicitur.

Mucius, eremita Aegyptius, qui suis precibus cursum Solis inhibuisse, mortuum in vitam reuocasse, & Nilum pedibus transiisse scribitur in Vitis Patrum in vita Copretis.

Musach Sabbati, 4. Regum 16. erat Tabernaculum, sub quo totum sabbatum quiescebant, qui hebdomada sua perfuncti erant, postridie abituri, vel potius erat Tabulatum seu suggestus, in quo stantes sa-

ses Sacerdotes, populo Mosen & Prophetas interpre-
tabantur. מוסר : א' מוסר obduxit, operuit.

Musanus, Alexandrinus, scripsit contra Ency-
ritas, tempore M. Antonini Imp. Eusebius lib. 4.
cap. 28.

Musæus, presbyter Massyliensis in Gallia, ex
scriptura excerpfit Lectiones & Responsorias, quæ in
singulis Festis canuntur. circa annum Christi 460.

Alius, in Ponto natus, primum miles, deinde pro-
pter confessionem Christi crematus est.

Multiola, martyr Clusina in Italia, sub Valeria-
no Imp.

MVSI, filius Merari, nepos Levi, Exodus 6.
Num. 326. משי recedens, א' משי

Myndus, vrbs Carie inter Miletum & Hal-
carnassum, 1. Maccab. 15.

MTRA, vrbs Lycie, ad flumen Amyrum sita,
cuius episcopus fuit S. Nicolaus, habens gradus longi-
tudin. 61. latitud. 36. 40. distat à mari stadys 20. Strabo
Ad hanc vrbem Paulus captiuus Romam nauigatu-
rus appellit. Act. 27. מוצץ myrra vel vnguentum.

MYSIA, regio Asiae minoris finitima Babylonia,
Phrygia, Lydia & Troadi, cuius vrbes celebres fue-
runt, Pergamum Galeni patria, cuius etiam in Apo-
calypsi mentio fit, Scepsis, vbi Aristotelis libri à Neco
adseruati, tandem Apelliconi cesserunt. Antandrus,
Adramytium &c. Huius Mysie mentio fit à Luca
Actor. 16. Μυρία, abominanda, scelerata. Τραν

Transferunt autem Mysi & Teucris ante bellum Troianum in Europam, & occupata Thracia & Macedonia, usq; ad mare Adriaticum progressi sunt, teste Herodoto lib. 7. pag. 204. Inde igitur Mysi ad Danubium infra Savaum, & fortè etiam ad Albim, propagati sunt.

N.

NAABA, filius Napsi, explorator de tribu Nephtalim, Num. 13.

נחבי NaHebi, ducens dilectum.

נפסי Vapesi, א פס polymitos.

NAAD, Diaconus Templi sub Ezechia, 2. Paralip. 31. נחת NaHarh, Dux.

NAALOL, ciuitas Leuitarum, Iosue 21. in tribu Zabulon, Ios. 9. Iud. 1. נהלל Nahalal, à Hillel, laudauit.

NAAMA, Ammonitis, vxor Salomonis, mater Roboami, 3. Reg. 14. נעמה formosa, bella.

NAAMAN, Princeps militiae regis Syriae, leprosus, mundatur ab Heliseo propheta, 4. Regum 5. לuce 4. נעמן Naaman, amabilis, iucundus, pulcher. Alius filius Benjamin, Gen. 46. iisdem literis scribitur.

NAAROTH, ciuitas in tribu Isaschar, non procul à mari Galilaeae, prope regionem Dalmanutha Iosue 19. אנחרת AnaHarath, fremitus.

NAAS,

NAAS, Rex Ammonitarum, inuadens Gileaditen regionem suae ditioni vicinam, profligatur à Saule

1. Reg. 11. Dauidis amicus fuit, 2. Reg. 10.

נָחָשׁ NaHaS, augur vel serpens.

NAASSON, filius Aminadab, abnepos Patriarchae Iacob. Princeps tribus Iuda in deserto, Num. 1. 2. 7. 10. Matth. 1. Lucae 3. 1. Paral. 2. Ruth.

4. cuius soror Aaroni sacerdoti, nupta fuit Exod. 6.

נַחֲשׁוֹן NaHaSon, augur.

Naath, filius Rabuel, nepos Esau, Gene. 36.

נַחַת NaHath, descendit.

Nabaam, vel Nabahaz, Idololum Eueorum, 4. Reg. 17. נִבְחָן NibHa, canis, à נִבְחָן larranus.

Nabal, Hypocrita impius, morosus & auarus, Dauidi petenti, commeatum negat, 1. Reg. 25.

נָבַל Nabal, vacuus, stultus. Inde Nebel lagena, non tantum quod vacua seu concava sit, sed quod homines inanes sapientiae & stultos efficiat.

NABAIOTH, filius Hismael, nepos Abrabe, Gene. 25. 28. à quo tractus Arabiae, à mari rubro vsq; ad sinum Persicum, à Nabathæa dicitur, quae etiam ulterius versus orientem vsq; ad mare Indicum extenditur. Diodor. Sicul. pag. 722. & Petram Arabiae metropolim, Nabath dictam fuisse, aliqui existimant.

Nabaioth, Prophetiae, Esai. 60. 1. Macca. 5. 9.

NABATH, pater regis Hieroboam, 3. Reg. 16.

12. נֶבֶט Nebat, conspicuus, à Nibbath, vidit, asse-

Nabo, Idolum Babylonicum, Esa. 46.

NABO, pars montis Abarim, in quo mortuus est Moses, Deut. 34. & vrbs Moabitarum, quæ postea tribui Ruben attributa est, sex mill. pass. ab Esebon, Nume. 32. 33. Deutero. 32. 34. 1. Paral. 5. in quo Idolum Chamos consecratum fuisse Ieronymus scribit in Esa. 15. Iere. 48. נבו Nebo prophetia.

Nabor, Mediolanensis, miles, martyr sub Maximiano Imp.

NABOTH, Iezraelita, per calumniam interfectus vnâ cum filijs, à Iezabel vxore Achab, 3. Regum 21. 4. Reg. 9. Naboth. Prophetia.

Nahu & Sesban, Ierem. 39. vnum nomen est principis Chaldaici, qui liberat Ieremiam Prophetam.

נבוסזבן Nebusazban, Prophetæ liberator, & שׁוֹטֵר liberauit.

NABUCHODONOSOR, Duo Reges Babyloniorum hoc nomine fuisse continua serie existimantur. Nabuchodonosor primus, eodem anno, quo Iosias rex Iudæ regnare cepit. Hic gessit bellum cum Necho rege Aegypti, in quo Iosias rex interfectus est, 2. Par. 35. 4. Regum 23. Iudith 1. 2. Iosephus Ant. lib. 1. cap. 11.

Nabuchodonosor Magnus, priori successit, anno 5. Ioachim seu Ioakim regis Iudæ, & regnauit 45. annos. Hic euertit Hierosolimam, et populum Iudaicum abduxit in captiuitatem Babylonicam anno regni sui 18. 4. Regum 25. 2. Paral. 36. Iere. 39. 52.

Daniel 1. 2. 3. 4. נבוכדנצר Nebucadnezar, prophetans huiusmodi angustiam, a Na, prophetans, Cidnah, huiusmodi, Zar, angustia, vel diuinus Iudex Assyrius, vel tribulator a צרר.

Nabufarfathim, Princeps exercitus Chaldaici, Ierem. 39. נבוישרטכים Nabufarsechim, princeps tentorij, seu puteorum & vinearum.

NABUZARDAN, summus dux belli apud Nabuchodonosor, incendit Ierosolymam urbem, & Templum, liberat Ieremiam Prophetam ex carcere, & dat ei liberam potestatem manendi in Iudaea, vel alio migrandi, Ierem. 39. 40. 52. 4. Regum 25. 2. Paral. 36. נבוזראדן Nebuzaradan, prophetans gladium iudicij Zara, gladius.

NACHOR, pater Thare, auus Abrahæ, Genes. 11. Luc 3. Iosue 24. Obijt anno 48. Abrahæ.

נחור NaHor, requies lucis, Alius, est frater Abrahæ, auus Rebeckæ & Laban, Gen. 11. 22. 24.

NADAB, filius sacerdotis Aaronis, Exod. 6. 24. 28. accendens Thymiana de igne alieno, hoc est, non sumpto ex altari, in quo ignis à Domino incensus asseruabatur, interficitur à Deo, Leuit. 10. Nume. 3. 26. נרב Nadab, voluntarius, spontaneus

Alius, filius Hieroboam, Rex Israel duobus annis, 3. Reg. 15.

NADDAVER, metropolis Aethiopiæ, in qua S. Matthæus concionatus est. Fortunatus, inde triumphantem fert India Bartholemæum. Matthæum eximium Naddauer alta virum.

NAGGE, filius Maath, in Genealogia Christi, Luca 3. vel à Nigga per Ain, flagellauit, vel à Nagah, splenduit, fulsit.

Nahanel, locus in Moabitide, Nume, 21.

נַחֲלֵי נַחַל Na Haniel, torrentes Dei.

NAHV M, Prophetæ tempore Salmanassaris et Sennacheribi regum Assyriæ, & Ezechia regis Iuda, sub quo decem tribus in Assyriam abductæ sunt: prædicti excidium ac euersionem amplissimæ & potentissimæ vrbs **NINIVES** & totius regni Assyriorum, quæ annis 130. post, sub Cyaxare Medorum rege secuta est.

Comprehenditur autem maxima pars Concionum Nabum hoc Syllogismo.

Deus Zelotes, iustus & vindex scelerum, regna & vrbes, idolatria, tyrannide, auaritia, rapinis, libidibus & alijs peccatis pollutas, horribiliter punit, & funditus euertit. Vrbs **NINIVE**, & totum regnum Assyriorum pollutum est impietate, mendacio, tyrannide, rapinis & alijs sceleribus. Ergo vrbs **NINIVE** & totum regnum Assyriorum horribiliter punietur & funditus euertetur.

Maior Syllogismi in primo capite ponitur, & Repetitione, Synonymia, Expolitione, Metaphoris, similitudinibus, exemplo pænæ Pharaonis in mari rubro, & alijs figuris illustratur. Minor in principio capitæ terti perispicuis verbis posita, & passim etiam in

reliquis partibus sparsa est. Conclusionem verò Tragicam de excidio vrbs ac regni, splendidissima *תורת משה* & *מגן עמו* & Iconibus ac similitudinibus & alijs figuris euoluit & amplificat cap. 2. 3. & primo.

נחום Latine Consolatorem significat. Simul enim consolatur reliquias populi Iuda, quæ vastato per Assyrios regno Israel, seruatae erant, vt firma fide à Deo opem & defensionem expectent, freti hac dulcissima promissione, Bonus est Dominus & confortans in die tribulationis & sciens sperantes in se.

Scribitur obiisse 24. Decembris. Citatur à Paulo Rom. 10.

NAIM, Ciuitas in tribu Isaschar, in cuius porta **CHRISTVS** veniens ex vrbe Capernaum, quæ quatuor milliariibus à Naim distat; vnicum Viduae filium mortuum, in vita reuocat, Lucæ 7. **נעים** Naim, incunda, pulcra, amena, schönesehldt.

Naioth, locus in agro Rama, in tribu Benjamin, 1. Reg. 19. 20. **נורת**, locus seu habitatio.

NAMSI, auus Hicu Regis Israel, 4. Regum 9. 3. Reg. 39. **נמשי** Nimsi eductus.

NAMVEL, frater Dathan & Abiron, Num. 26. **נמואל** Nemuel, à **נמ** dormitat.

Alius filius Simeon Patriarchæ, Num. 26. qui Gene. 46. nominatur Iemuel.

Nanea, 2. Macc. 1. existimatur esse Diana.

Napheg, filius Isuar, frater Chore, Exod. 6. **נפג**

נפח Nephog, cribrum.

Naphis, filius Hismael, Gene. 25.

נפש Naphis, viuificans.

NARCISVS, episcopus Ierosolymorum, circa annum Christi 200. Eusebius lib. 5. cap. 21. lib. 6. cap. 7. Alius, episcopus Gerunde in Hispania, tempore Diocletiani, profectus in Germaniam, Auguste Vindelicorum docuit, & Aphram meretricem conuertit, postea reuersus in Hispaniam, propter confessionem Christi interfectus est.

Narcissi cuiusdam familiares, Christi doctrinam pie colentes, salutat Paulus, Roma. 16. Hunc Narcissum esse putant, quem Imp. Claudio ab Epistolis fuisse scribit Suetonius. Ebraeis Lucernam throni significat ארז lucerna & כסא thronus.

Nassor, Ios. 19, Ebraice עיןחצור EnHazor, Fons castelli in tribu Nephtalim.

NATALIS, lapsus in heresin Artemonis agens penitentiam recipitur, tempore Seueri Imp. Eusebius lib. 5. cap. vlt. vbi ritus publicæ penitentiae, a quo Satisfactiones postea ortæ sunt, describitur.

Nathamelech, 4. Reg. 23. נתנמלך dedit Rex.

NATHAN, Propheta, capellanus seu confessor Regis David. 2. Regum 7. 12. 1. Paral. 17. 3. Regum 1. Psal. 51. 2. Paral. 9. 29. Syrach 47. Hunc Angelomus putat fuisse Ionathan filium Samma fratris David. Huius consilio David ordinationem

ecclesiasticam in regno condidit. Præcipua pars doctrinæ seu concionum ipsius est promissio de Christo, 2, Regum. 7.

Alius, filius Davidis, frater Salomonis, 1. Par. 3. 2. Reg. 5. Luc. 3. ex quo Nathane, Philo scribit, Iosæ & sequentes reges ortos esse. Hunc Origines Homilia 28. in Lucam, putat eundem esse cum propheta, inquit enim Non per Salomonem, sed per Nathan nascitur, qui eius arguit patrem super Viræ morte.

Nathan oppidum in tribu Zabulon prope fines Nephthalim. Iosue 19. Ebraicè נתן Hanathon.

Zach. 12. Per familias Nathan Prophetæ ordo indicatur.

NATHANAEL, natus in Cana Galilee, Iohann. 21. admonitus à Philippo Apostolo, agnoscit Iesum esse Christum, Iohann. 1. Scribitur unus ex 7000 discipulis fuisse, & Biturigibus in Gallia episcopus primus ab Apostolis constitutus esse. Obijt 30. Novembris.

NATHANAEL, filius Suar, princeps tribus Isaschar in deserto, Num. 1. 2. 7. 10.

נתנאל à Deo datus.

צוער Zuar, humilis pusillus.

Alius, princeps Leuitarum sub rege Iosia, 2. Paral. 35. Nathania, pater Iudi, Iere. 36. 40.

נתנהו donum Domini.

NATHINEI, Leuitæ, qui se totos peculiariter dederunt.

dediderant ministerio Templi, nec vnquam à templo discedebant, à נָתָן *Nathan*, dedit.

NAZARAEVS, נָזִיר *Nazir*, significat separatum et consecratum ad certum cultum diuinitus ordinatum, videlicet, vt non bibat vinum, non radat comam, non intersit funeribus, & tempore separationis finito, certa sacrificia offerat. Num. 6. Amos 2. Erant autem Nazaræi in Lege, typi Christi, qui non litera sed spiritu Nazaræus est, segregatus ex toto genere humano, & consecratus DEO, vt nos propter eum consecremur. Iohan. 17. Ego pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati. Significat etiam נָזִיר coronatum, à Nezer, corona. Est enim Christus, summus Rex & defensor ecclesie suæ, coronatus & vnctus plenitudine diuinitatis.

Quod autem Matth. 2. citatur, Nazaræus vocabitur, id extat Iudi. 13. de Samson, qui fuit typus Christi, qui portas inferorum cepit & mandibula asinae, hoc est, voce Apostolorum sonante Euangelion, aduersus Philistinos, seu regnum Diaboli belligeratur & vincit.

NAZARETH, oppidum in tribu Zabulon, patria Ioseph & Mariæ matris CHRISTI, Luc. 1. 2. 4. Matth. 2. 4. 21. Habet gradus long. 66. 56. lat. 32. 42. Distat à Bethlehem circiter 20. mill. germ.

Quidam per זָדֵד *Zade*, quidam per זַיִן *Zain* scribunt. נֶזֶר *Nezer*, per *Zade* significat florem, surculum, virgultum seu plantulam,

Esai. 11. ac vt surculus insitus arbori, vitam ab eo accepit : sic natura humana insita CHRISTO, accepit ab eo vitam eternam. **נזר** Nezer per Zaim significat coronam. Est enim Nazareth patria Christi, coronati Regis & Sacerdotis.

Nazaræi, Hæretici quos S. Ieronimus Tom. 2. pag. 155. hisce verbis describit : Vsq; hodie per totas orientis Synagogas, inter Iudeos heresis est, que dicitur Mincorum, & à Phariseis nunc vsq; damnatur, quos vulgò Nazareos nuncupant. Qui credunt in Christum Filium Dei, natum de virgine Maria, & eum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato passus est, & resurrexit, in quem & nos credimus. Sed dum volunt & Iudei esse Christiani, nec Iudei sunt, nec Christiani. Contendunt enim obseruationem ceremonialium Legis ad salutem necessariam esse.

NAZARIVS, martyr, à S. Ambrosio celebratur Sermone 92. sed quando vixerit aut passus sit ignoratur.

NAZIANZENVS. Vide supra Gregorius Nazianzenus. Hoc cognomen accepit ab oppido Capadociae Nazianzon, in quo episcopus fuit.

NEAMA, oppidum in tribu Iuda, Iosue 15. **נמא** amœna.

NEAPOLIS, cuius mentio fit Act. 16. est vrbs sita in finibus Thraciæ & Mædoniæ, vicina Philippis & Amphipoli.

Nebo, vrbs in tribu Ruben, Num. 32. Deut. 34. vide Nabo.

NECHAO, Aegypti rex, vicit Iosiam regem Iuda, 2. Par. 35. 4. Reg. 23. & Ioachan filium Iosie in vincula coniecit, 4. Reg. 23. cuius praelij meminit Herodotus lib. 2. pag. 78. & lib. 4. pag. 122. vide supra Mageddo. Idem Nechao postea ad Euphratem à Nabuchodonosor caesus est, anno quarto Ioachim, Ierem. 46.

נכו Neco, percussor, à הכה.

Neclamites, Ierem. 29. נחלמי NeHelami, torrens, vel somniator.

NEHEMIAS, filius Helchie, pincerna Artaxerxis Longimani, 20. anno regni Artaxerxis, (qui fuit annus 93. à Cyri edicto) mittitur Ierosolymam, ut adiuuet instauracionem vrbis & Republicæ Iudaicæ. Vixit autem vsq; ad Alexandri magni tempora, circiter annos 130. quod perspicue apparet ex catalogo Pontificum, quem cap. 12. instituit, in quo peruenit vsq; ad Iaddum, qui Alexandrum magnum Iudeis iratum placuit. Inuenit ignem, quo sacrificia accendi solebant, à sacerdotibus absconditum, & in aquam concretum, 2. Macc. 1. נחמיה NeHemiah, consolatio Domini, à NiHam.

Neiel, oppidum in tribu Aser, Ios. 19.

נעיל Neiel, desertum Dei.

Nemesianus, episcopus Aphricanus, martyr sub Valeriano Imp.

Nemesius, Patricius Romanus, propter confessionem doctrinæ Christi capite truncatus est, sub

Valeriano Imp. 19. Decembris. Alius episcopus Eme-
sa urbis Syriæ, cuius de natura hominis liber extat.

NEMRA, Oppidum in tribu Gad, Numer. 32.
Ios. 13. Esaiæ 15. nominatur.

NEMRIM, supra mare mortuum, falsis aquæ
abundans, situm esse testatur Ieronymus, Esai. 15. vñ
de & ab amaritudine nomen habet, אַמְרִים.

NEMROTH, nepos Cham filij Nohe, primus
monarcha in mundo, cœpit regnare in Babylone, Ge-
nes. 10. Mich. 5. anno 131. post diluuium, teste Berofo
lib. 4. qui nominat eum Saturnum Babylonicum.
Vocatur autem in scriptura robustus Venator seu po-
tens bellator coram Domino. Nam imperia diuinitus
constituuntur. & non solum bonitate, beneuolentia,
ac legibus, sed etiam robore & armis retinentur, &
quidem robur, victoria, & felices successus in confi-
tuendis regnis à solo Deo dantur. נִמְרוֹד Nimrod,
amarus dominator, אַמְרִים Mar & נִמְרוֹד Radah qui-
dam Germanicam etymologiam fingit, Nimbrot/
der den armen Leuten das Brodt aus dem Maul
nimpt.

NEPHADDOR, 3. Reg. 4. significat pro-
uinciam Dor, in Palestina, mediam inter Casaream
Stratonis & Carmelum promontorium. NEPHEG,
filius Davidis, 3. Reg. 5.

NEPHTHAR, locus, in quo Nehemias Ignem ad
sacrificia accendenda diuinitus datum, & per sacer-
dotes tempore exilij Babylonicæ absconditum, rursus
inuenit.

inuenit, 2. Macc. 1. Ἐφθά , purificatio, אֲחִיר חביר
Hebr. purificauit.

NEPTOA, fons vicinus Ierosolymæ versus me-
ridiem, qua itur ad Cariathiarim, Ios. 15. 18.

נפתח Nepthoah, porta.

NEPTALIM, filius patriarchæ Iacob ex Bala
Ancilla Rachel, Gen. 30. 46. Stirps tribus Neptalim
cuius Gen. 49. Deut. 33. Num. 1. 2. 7. 10. 13. 26. 34.

Ios. 19. 21. Iud. 1. 4. 5. 6. 7. Psal. 68. Esai. 9. Matth. 4.
Apoc. 7. Ezech. 48. Tob. 1. & alibi mentio fit, Nam

TOBIAS ex tribu Neptalim ortus est, quam
cum ceteris Salmanassar in Assyriam transtulit,
Tob. 1. 4. Reg. 17. 18. 15. נפתלי Naphtali, vici-

studo seu permutatum est, Es hac sich gependet /
vel luctator אפתל Rachel enim nato filio ex an-
cilla Bala, exclamat: luctationibus magnis luctata
sem cum sorore mea & eam superaui. Gen. 30.

NEPOS, episcopus Aegyptius, docuit Christum
1000. annos in hac terra cum pijs regnaturum esse.

Ab hoc orti Chiliaste, refutati à Dionysio Alexan-
drino, tempore Galieni Imp. Eusebius lib. 7. cap. 22.

Nepfan, Oppidum tribus Iuda, Ios. 15.

נבשן NibSan, pinguis.

Nephtuim, filius Mizraim, Gen. 10.

נפתחיים NaphtuHim, aperti.

Neregel, princeps in exercitu regis Nabuchodonosor,
Ierem. 39. Idem Idolum Chut.eorum, 4. Reg. 17.

נרעגל Neregal, lucens sicut stercus in laterna.

Nereus

Nereus, eunuchus Fl: Domicilla, martyr sub
Domitiano.

NERI, pater Salathiel, in Genealogia Christi,
Luce 3. נרי, lucerna.

NERIAH, lucerna Dei, pater Seraie, Jer. 51.

NERO Caesar, Imperator Romanus anno Christi
57. ad quem Paulus Apostolus, à Festo Iudae praefide
appellat, Actor. 25. patre Cn. Domitio, matre
Agrippina laudatissimi principis Germanici Caesaris
(cuius frater fuit Claudius Imp.) filia. adoptatus in
Caesarum familiam & Imperij successionem à Claudio
Caesare.

L. Domitius Aenobarbus Cos.
A. V. 700. hostis Iulij Caesaris.

M. ANTONIVS Iri
umuir.

Cn. Domitius, Lege Pedia
proscriptus. postea Antonij
amicus intimus.

ANTO- ANTO-
nia maior. nia minor.

L. Domitius vxor
Antonia.

DRUSI fratris
Tiberij vxor.

CLAVDIVS Germanicus
Imp. Caesar

Cn. Domitius vxor
Agrippina.

C. Caligula Imp. AGRIPPINA
mater Neronis postea
Claudio patris nupta

NERO Imp. &
Claudio Nerone
adoptatus.

Extat de Nerone apud Suidam narratio, quam
 ἐστὶ μὴ ὀνόμαζον esse arbitror tamen adscribam. Nero
 adhuc iuuenis existens, operam dabat Philosophis,
 & historiam de Christo didicit. Putabat autem,
 eum adhuc inter homines versari. Cum verò cogno-
 uisset, quod à Iudeis crucifixus esset, tulit id indignè,
 Ac iussit ad se venire sacerdotes, Annam & Cai-
 pham, & ipsam Pilatum, qui præses tunc fuerat, ca-
 thenis vinc̄tos. Ac sedens in Senatu quæ de Christo
 accidissent, cognouit. Annas verò & Caiphas dice-
 bant: Quia nos legibus ipsum tradidimus, in iusti-
 tiam non peccauimus. Cum enim præses potesta-
 tem haberet, quæ uoluit, fecit. Nero itaq; ira perci-
 tus Pilatum in carcerem comiecit: Annam uero &
 Caipham dimisit. Ceterum florebat etiam tunc
 Simon magus: ac disputantibus Petro ac Simone,
 permissione Neronis, eductus est Pilatus de carcere.
 Ac cum tres isti starent ante Neronem, interrogat
 (Nero) Simonem: Esne tu Christus? Is respondit,
 ita. Postea interrogat Petrum: Tune es Christus?
 Respondit ipse, Non: me enim astante in cœlum sub-
 latus est. Interrogauit autem Pilatum, vter ex istis
 esset qui diceretur Christus, respondisse Pilatum, neu-
 trum. Petrus namq; inquit discipulus eius fuit, ac de-
 latus apud me vt discipulus eius, abnegauit ipsum di-
 cendo, Non noui hominem: ac dimisi ipsum. Alter
 uero Simon non notus est mihi, neq; quicquam habet
 simile cum Christo. Est enim Simon Aegyptius, suc-
 culentus,

culentus & densus, & niger, omnino ab eius forma alienus. Nero itaq; ira accensus contra Simonem, vt mentientem, ac dicentem seipsum Christum; contra Petrum etiam, qui abnegasset magistrum, expulit eos de Senatu. Pilatum verò capite truncare iussit, quòd talem hominem occidere ausus fuisset, sine regio mandato.

NESSIB, oppidum tribus Iuda, prope Ceilam & Lachis, Ios. 15. נציב statio, antistes.

NESRACH, idolum Assyriorum adoratum à Sennacherib 4. Reg. 19. Esai. 37.

נִסְרוֹךְ Nisroch, הַרְוֹ abominatio.

NESTOR, episcopus Perge in Pamphilia, & martyr sub Decio, die 26. Febr. Alius Confessor, qui se Thessalonice ad monomachiam cum Gigante obtulit, tempore Maximiani Imp.

NESTORIVS, Germaniciensis, ad gubernationem ecclesie Constantinopolitane Antiochia accessit, homo natura eloquens, sed aurodidaxus & arrogans, defendit Anastasium presbyterum, qui docuerat, Mariam non esse appellandam Teotiron, Dei genetricem. Item iudicòs non crucifixisse Deum. Contra hunc conuocata est Synodus à Theodosio Inuiore, in urbem Ephesum, anno Christi 435. In ea Synodo presedit Cyrillus Alexandrinus, quæ damnauit Nestorium, qui aliquot annis post in exilio tabe consumptus est, Trip. lib. 12. cap. 4. 5.

Nethopha, oppidum tribus Iuda, cuius mentio
fit, Esd. 2. 2. Reg. 23. Ierem. 40.

נחפח Nethophah, stillavit.

Nezeb, oppidum in tribu Nephtalim, Ios. 19.

נקב Nekeb, foramen.

NIBHAS, Idololum Heueorum, נבחש propheta-
rans, videns.

NICANOR, vnus ex septem Diaconis ecclesiæ
Apostolice, Actor. 6. Νικάνωρ, victor, Siegman.

NICANOR, dux Antiochi, 2. Macc. 8. & post
fusa Demetrii regis Syria, trucidatur à Iuda Macca-
beo, 1. Macc. 7. 2. Macc. 14. 15.

2. Macc. 12. Cypri præfectus.

NICASIVS, Gallus, episcopus Remensis, ortho-
doxus, ab Attila Hunnorum rege propter confessio-
nem Christi veri Dei, vna cum plerisque suis auditori-
bus & sorore Eutropia interfectus est, circa annum
455. die 14. Decembris.

NICENVM CONCILIVM vide infra in
catalogo conciliorum. Vrbi Nicæe nomen à Nicææ
Antipatri Macedonis filia, vxore Lysimachi inditum
est, cum prius à conditore Antigono Antigonia dice-
retur.

NICEPHORVS Callistus ecclesiasticam hi-
storiam à nato Christo vsque ad Caroli magni
tempora & annum Christi 800. deduxisse scri-
bitur. Sed 18. qui extant libri, ex Matthia

Panno-

Pannonum regis Bibliotheca Budensi direpta mirando casu seruati non vltra annum Christi 625. perueniunt. de quibus hoc viri cuiusdam docti Iudicium est, multas in ijs nugas esse ineptiarum, vanitatis, Fabellarum atq; adeo impietatis plenas, magno eorum dedecore qui post exortam Euangelij lucem ista excudunt, vt si fieri possit, tenebris iterum veritas obscuretur.

Nicetas, episcopus Dacorum celebratus à Paulino.

Nicetius, episcopus Treuirensis, cum zelus in taxandis sceleribus, & excommunicandis sceleratis celebratur.

Nicetus, Gothus, episcopus Lugdunensis, martyr circa annum Christi 412. Fortassis idem est, qui à Paulino celebratur, ad cuius fatum Scythia mitigatur, Et Getæ currunt, & vterq; Dacus.

NICODEMVS, Phariseus filius Gamalielis, de ratione perueniendi in regnum Dei, cum Christo colloquitur noctu. Iohan. 3. Status autem Disputationis, seu Questio Nicodemi est, Quomodo possit homo peruenire in regnum Dei: seu Quomodo possit homo fieri filius Dei, Deo placens, iustus & heres vite æternæ? Respondet Christus, Oportere hominem renasci. Ac summa responsionis duobus hisce Sylogismis includi potest. Quod natum est ex carne, caro est, hoc est, Nati ex corrupta natura sunt caro, id est, polluti peccato, rei iræ Dei & æternæ mortis.

Lex non tollit peccatum & mortem, Quia nemo Legis satisfacit. Ergo per opera Legis non consequimur iusticiam & vitam eternam.

Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Regnum Dei seu vita eterna, id est, vera agnitio Dei, iusticia & vita, est res spiritualis. Ergo heredes vite eterne, necesse est per spiritum sanctum regenerari. Regenerat autem Spiritus sanctus homines per duo media, per Sacramentum baptismi: & per verbum Euangelij. Itaq; summam Euangelij grauissimis verbis Christus Nicodemo tradit: Sic Deus dilexit mundum, vt FILIVM suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam eternam. Eiusdem Nicodemi mentio fit, Ioh. 7. & 19.

Euangelion quod NICODEMI nomine circumfertur, solam passionis et resurrectionis Christi historiam recitat, ac imprimis disputationes de innocentia Christi coram Pilato habitas, & narrationes de sepultura, resurrectione, ac descensu Christi ad inferos ac liberatione Patrum ex inferno, ex sermonibus Carini & Leontij filiorum senis Simeonis, qui vna cum Christo resurrexerant, prolixè commemorat.

NICOLAVS Profelytus Antiochenus, vnus ex septem Diaconis Apostolorum, Acto. 6.

S. NICOLAVS, episcopus Myrae in Lycia, natus in oppido Patara, ex parentibus honestis & opulentis Epiphantio & Iohanna, statim à prima pueritia, amore pietatis, beneficentiae, temperantiae

& ceterarum virtutum flagrauit. Cùm à parentibus mediocre patrimonium accepisset, maximam eius partem in eleemosynas contulit. Ac inter cetera liberalitatis ipsius exempla hoc maxime illustrè recensetur: Quòd homini cuidam opulento & magnifico summam paupertatem redacto, ita vt de prostitutis tribus filiabus, quas habebat nobiles, cogitaret: Nicolaus noctu per fenestram in cubiculum crumenam pecunia refertam abiecit, qua adiutus honestè eas elocare posset. Postea ex Lycia in AEGYPTUM nauigans, orta tempestate horrenda, quam prædixerat Nicolaus, suis precibus incolumitatem nauis impetravit. Hinc est, quod nauarum Patronus vulgò putatur. Perlustratis autem ecclesijs in AEGYPTO & PALESTINA, redit in Lyciam, & Episcopus Myra constituitur, ac in ea functione multos annos fideliter seruiuit. Sub Diocletiano Imp. propter confessionem Christi in carcerem coniectus est. Sed à Constantino magno liberatus est. Interfuit Concilio Niceno, ac paulò post placida compositus pace quieuit, in vrbe Myra, cuius mentio fit in Actis cap. 27. Corpus S. Nicolai post Myram à Turcis vastatam, scribunt Barum in Italiam translatum esse. Vnde Nicolaus Barenfis vocatur.

NICOLAITAE, quorum Apocal. 2. mentio fit, à Nicolao Profelyto orti esse putantur. Hos Irenaeus lib. 1. cap. 27. promiscuè se vagis libidibus & Idolis polluisse scribit, & docuisse vagas libidines, adulteria & Idolothytorum esum adiaphora esse. Plura vide

ra vide apud Eusebium lib. 3. cap. 29. & Tertullianum in libello de Heresibus, in fine primi libri contra Marcionem.

Nicolaus de clamengis, archidiaconus Baiocensis, tempore, consilij Constantiensis de corrupto statu ecclesie, de pluribus festis non instituendis & similia scripsit amicus Petri de Aliaco, cardinalis Cameracensis.

NICOPOLIS, Thracie vrbs est ad Nessum sita, non procul a Philippis. Hanc in fine epistolae ad Titum vocari Nicopolin Macedoniae aliqui existimant. Alij eum locum de Nicopoli ad sinum Ambraeum, in Epiro edificata ab Augusto victore Antonij intelligunt.

Nilus, episcopus aegyptius, martyr sub Diocletiano. Alius praefectus Constantinopol. & postea monachus, cuius sententiae seu capita parenetica, & aliae de praecatione, & Asceticus, & orationes aliquot Tom. III. Bibl. S. P. extant.

NILVS, Flumen Aethiopiae & Aegypti celeberrimum, septem ostijs in mare mediterraneum influens, quorum duo extrema Canopicum & Pelusiacum, inclusam regionem figura similem literae Δ efficiunt. Descriptionem NILI vberriam apud Herodot. lib. 2. studiosi legant. Nomen habet Νίλος & εἰ λέω ἵλω quod limum voluat Quot annis sua in inundatione Aegyptum irrigat, post messem cum Sol ☉ & ♀ peragrat Syrac. 24. Amos 8. Literae numerum dierum anni continent.

N	50
E	5
I	10
A	30
O	70
Σ	200.
	<hr/>
	365.

NINIVE, metropolis Assyriorum. Distans à Ierosolym. 156. milliaria. à Babylone non integris 30. milli. Habet gradus long. 78. latit. 36. 40. à Ptolemæo Ninus vocatur. Xenophon de AEquiuocis scribit edificatam esse à Nino, nepote Nimrod.

Ægypti flumen passim in scripturis nominatur. & apud Homerum Od. ξ. ἤπειδ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῶν νεὸς ἀμφιελίσας.

Alij existimant locum Gene. 10. sic intelligendum esse: quod ipse Nimrod de terra Senaar egressus sit in Assyriam, & edificauerit Niniuen.

Huic vrbi Ionas prædicit excidium tempore Ozie regis Iuda, quod tamen sua penitentia Niniurte effugerunt, Ion. 4. Matth. 12. Luc. 11. Sed 200. annis post à Medorum rege Cyaxare, proauo Cyri prorsus euersa est, circa tempora captiuitatis Babylonice, teste Eusebio & Herodoto lib. 1. Prædixerat autem hoc excidium Propheta Nahum, capite 1. 2. & Tobias cap. 1. 7. 11. 14. Esai. 37. Sophon. 2.

נינוה Niniueh, habitata, populosa, א נירה Na-
uab, vel Nini habitatio.

NISAN, primus mensis Iudeorum, nostro Mar-
tio ferè respondens, Esth. 3. נסן.

Nisibis, Mesopotamiæ vrbs, sedes Academiæ The-
ologicæ celebris, quam Iunilius & Cassiodorus circa
annum Christi 500. florentem prædicant.

NOBE, ciuitas Sacerdotum, inter tribu Iuda inter
Arimathiam & Ioppen, euersa à Saule, 1. Regum 22.
Esaï. 10. 2. Esd. 11. נובה Nobeh, Propheta.

Nobe, vrbs vicina Iordani in tribu Gad, prope
Penuel, Iud. 8.

Nobe, capit vrbe Canaath, vicinam Iazer,
Num. 32. נבה Hobah, latrans.

Noe, filia Salphaath, nepotis Galaad, Num. 26. 27.
נעה Noah, vaga.

Noa, oppidum in tribu Zabulon, Ios. 19.

נעה Neah, א נוע vagatus est.

NOARATHA, oppidum tribus Ephraim, à Je-
richo distat ferè duobus miliaribus versus septentrio-
nem, Ios. 16. נברתה Naarathah, puellæ vel pueri.

NODGERVS, Abbas S. Galli, scribitur com-
posuisse PROSA S ecclesiasticas, quæ ante Euange-
lion in officio Missæ leguntur, tumpore OTTONIS
Imp. obiit 981.

NOE, Preco Iustitiæ, ante Diluuium 2. Pet. 2. &
Iustitiæ fidei hæres Ebr. 11. natus est ex patre Lamecho

anno mundi 1056. anno post mortem Adæ primi hominis 126. post mortem Seth 14. vixit cum Enos filio Seth 84. cum Cainan 179. Gen: 5. cum Malaleel 234. Jared 366. Lamech 595. Mathusalem 600.

Anno 600. vitæ Nohe, anno mundi 1656. Diluuium totam terram, & omnia viuientia obruit, ac sola Nohe familia, in nauis seu Arca, mirando Dei beneficio conseruata est, Gen. 6. 7. Syrac. 44. Esai. 54. Vixit post diluuium annos 350. cum omnibus filijs & nepotibus vsq; ad annum etatis Abrahæ 58. Genes. 9. à Theodoroτο ἀρέμα τῆ γῆς καὶ οὐρανοῦ φύσεως, καὶ δεύτερον Ἀδάμ nominatur. Fit Noe mentio Matth. 24. Luca 17. 3. Ezech. 14. נֹחַ NoaH, quies.

Noema, filia Lamech primi bigami, Gen. 4.

נֶעֱמָה pulcher, suavis.

Noema, filius Bale, nepos Benjamin, Num. 26.

נַעֲמָן Naaman, pulcher.

NOEMI, vxor Elimelech Bethleemita, socrus Ruth Moabitidos, Ruth. 1.

Naami, pulchra, suavis.

Noescha, filia Helmathan, mater Ioachim seu Iechoniae regis Iuda, 4. Reg. 24.

נְחֻשְׁתָּא Nebuscha, aenea.

אלנתו

אלהים Deus dedit.

NOESTHAN, sic nominat Rex Ezechias serpentem aeneum, a se confractum, 4. Regum 21.

נחשת NeHushtan, vile & contemptum as, q. d. Nihil est in hoc ere diuinitatis.

Noetus, Ephesinus, praeceptor Sabellij heretici, unam tantum esse personam in diuinitate, & Deum patrem passum esse docuit, vnde αὐτοῦ ἰπσίου sectatores ab Epiphanio vocantur, Vixit circa annum Christi 250.

NONNAE, vulgò vocantur monachae virgines, ac eadem vox in Ieronymo ad Eustochium extat. Estimatur autem ab Aegyptijs in vulgi sermonem venisse, apud quos monachorum examina primum nata sunt. Ebraeis Nun significat filiam. Sint igitur Nonnae, filiae: Abbas, pater.

Nopheth, oppidum tribus Manasse cis Iordanem, Ios. 17.

נפת Napheth, regio, clima.

NOVATVS, a quo Nouatiani heretici originem traxerunt, Presbyter fuit ecclesiae Carthaginensis & postea Romanae. Cum autem Cornelius episcopus Christianos, qui tempore persecutionis sub Decio lapsi fuerant, paenitentiam agentes absolueret, & in communionem reciperet: Novatus contra con-

Pp 4 tendit.

tendit, lapsos nequaquam rapiendos esse. Nam impossibile esse, ut lapsi post Baptismum rursus sequerentur remissionem peccatorum. Ideo suae factionis episcopus constitutus, seiunxit se à Cornelio, & tandem sub Valeriano Imp. interfectus est, circa annum Christi 260. Eusebius lib. 6. cap. 33-34. Tripart. lib. 8. cap. 9. Epiphan. lib. 2. Tomo. 1. pag. 214. & praecipue Cyprianum Epist. 8. lib. 2. & lib. 4. Epist. 2.

Numenius, legatus Ionathae ad Romanos, & Lacedemonios, 1. Maccab. 12. 14. 15.

NVN, pater Iosuae Ducis populi Israel, Num. 13. filius Elisama, filij Amiud orti ex Beria filio Ephraim, 1. Paral. 7. à Graecis deducto nomine in syllabas duas, Naue nominatur, Syrac. 46.

NYMPHAS, civis Ecclesiae Laodicensis, cui salutem adscribit Paulus, Coloss. 4.

O.

OBAB, Dux filiorum Israel in deserto, ad finem Mosi, Num. 13. Iud. 4. 1. Existimantur enim eiusdem viri nomina esse Obab & Cineus, & ab hoc Obab, Rechabitas ortos esse quidam scribunt, vide supra Cineus. חבב Hohab, dilectus.

OBED, filius Booz & Ruth, pater Isai, avus regis Davidis, Ruth 4. Matth. 1. Luc. 3.

עובד Obed, seruiens, colens, servus.

OBED, Propheta tempore Achaz regis Iudae, 2. PA.

2. Paral. 28. Alius pater Gaal, seditiosi, Iud. 9.
OBEDEDOM, Leuita & ostiarius, in cuius
 homo Arca Domini à Davide ex Cariathiarim Iero-
 solymam deducta, aliquandiu diuertit, 2. Reg. 6.
 עבד אדום Obed Edom, seruiens terra.
O BOTH, 38. mansio Israelitarum in deserto,
 Num. 33. 51. אבנת lagena, vel magi.
 Ochozath, amicus Abimelech, regis Gerare, Ge-
 ne. 26. אחוזת AHuzath, possessor.
OCHOZIAS, nonus rex Iude, filius Ioram,
 2. Paral. 22. 4. Reg. 8. interficitur à Hieu, 4. Reg. 9.
 אבזיהו Abaziah, apprehendens Dominum.
 Alius, octauus rex Israel, filius Achab, 3. Reg. 22.
 4. Reg. 1.
ODOLLAM, oppidum in tribu Iuda, profi-
 tiscntibus à Bethlehem versus Eleutheropolin, situm
 est versus dextram ad septentrionem, cuius mentio fit
 Gen. 38. & in historia Dauid, 1. Reg. 22. Item Mich. 1.
 Ios. 12. 15. 2. Macc. 12. 2. Reg. 23. 2. Par. 11. Nehe. 11.
 Ebraicè scribitur אדוללם Adullam, præda, vel te-
 stis eorum, ab ער Ed.
OFFER, vrbs in tribu Zabulon, prope Naza-
 reth, patria Ionæ Prophetæ, Ios. 12. 19. 4. Reg. 14.
 חפר Hepher, fossa.
OFFORA, oppidum in tribu Benjamin, Ios. 18.
 Mich. 1. אפרה Ophrah, puluis.
OFFNI, oppidum in tribu Benjamin, Ios. 18.
 אפני Ophni, Auis.

O G, Rex regionis Basan, interfectus à Mose, *Num. 21. 32. Deut. 1. 20. Psal. 135. 136. Ios. 2. 12. 13. 9.*

אֹג Og, coquus, seu panis subcinericius.

O H A M, rex Hebron, à Iosua victus, *Ios. 10.*

חֹמָם hoHam, calefactor.

S. O L A V S, Rex Norwegiæ fuit, singulari pietatis & iustitiæ laude florens, circa annum 1020. Cum autem cultus idolorum in regno aboleret, & Christianæ religionis propaganda studio flagraret, & in puniendis sceleribus & tota gubernatione iustus & severus esset, in odia procerum incidit, quos eum Canuto Danorum regi cum exercitu trucidandum obiecerunt. Historiam integram recitat Cranzius in metropoli lib. 4. cap. 8. & in Sueciæ.

OLD A, Prophetissa, vixit tempore regis Iosue, *4. Reg. 22. 2. Par. 34.* חִלְדָּה Hildah, אִמְּךָ Heled, eum, tempus vitæ.

OLD AI, confert aurum ad coronam Iesu filij Iosedech Sacerdotis, *Zach. 6.* חֲלָדַי Haldai.

Mons O L I V E T I, versus orientem vrbis Ierosolymæ, per aliquot stadia extensus, & oleis, palmis, ficis & hortis amœnissimis consitus, in quo Bethania Betphage, Gethsemane & alia loca in Euangelio celebrata fuerunt, *Marc. 11. Matth. 21. Luc. 21. Act. 1.*

O L O N, ciuitas sacerdotalis in tribu Iuda, *Ios. 15. 21.* חֹלֹן Holon, arena.

Olybrius, præfectus Syriæ in historia S. Margarite, q. d. אֶלְגִּיִּס v̄Egis totus petulans.

O L I V E T I

OLYMPAS, Romæ Euangelion Christi ample-
xus est, antequam Paulus eo veniret. Hunc salutat
Paulus, Rom. 16. Ebraeis significat tempus finitum
ab עולם & סוף finitum.

Olympias & Maximus, Perse, martyres sub
Decio Imp. die 15. Aprilis.

OMAR, filius Heliphaz, nepos Esau, Genes. 36.
רמון Orator.

OMNIVM ANIMARVM festum qua oc-
casione institutum sit, narrat Sigebertus Gemblacen-
sis anno Christi 998.

ONAN, filius Sobal, nepos Seir, Gen. 36. Alius
filius Iudæ Patriarchæ, Gen. 38. Num. 26.

אונם Onam, dolor eorum.

ONESIMVS, seruus Philemonis, cuius Colos-
sensis, fugitiuus, quem Romæ ad agnitionem Christi
conuersum Paulus Philemoni reconciliat. Pertulit
vna cum Tychico Epistolam Pauli ad Colossenses, Co-
loss. 4. & ad Philemonem.

ONESIPHORVS, cuius Ephesinus, discipu-
lus S. Pauli, Huius pietatem & erga se beneficentiam
& fidem predicat Paulus, 2. Tim. 1. 4.
ὄνησιφορος, frugi, fructuosus.

ONIAS, Pontifex pius & sanctus, paulò ante
Iudæ Maccabæi tempora pulsus est à fratre Iasone, &
postea iussu alterius fratris Menelai interfectus ab
Andronico, 2. Macc. 3. 4. 15. 1. Macc. 12. (vbi nos
habemus rex Spartiatarum Onias Ionathæ sacerdo-
ti (pro

ti) pro Onias scriptum esse debet, Arcus. vide supra
Arcus.

Onophrius, eremita Aegyptius in Vitis patrum.

OOLIBAB, filius Achisamech, de tribu Dan, Ar-
tifex à Deo delectus ad edificationem & texturam
Tabernaculi Mosaiici, Exodi 36. 35. 31.

אָהֲלִיבָב Abalibab, tabernaculi pater.

Ooliba soror Ooelle meretricis, Ezech. 23.

אָהֲלִיבָה Ahalibah, tabernaculum meum in
ea, ab אָהֵל Ahal, extendit.

Oolibama, vxor Esau Gen. 36.

OPHEL, proprie significat Turrim seu arcem
ad fauces montium extructam, quas Greci πύλεις
nominant. Talis fuit in vrbe Ierosolyma Turris seu
arx, supra vallem, quae montem Zion, seu ciuitatem
Dauid, à reliqua vrbe diuidebat: per quam vallem
rius Gibon labebatur. 2. Paral. 33. 27. Nehem. 3.
Eratq; turris illa, velut presidium seu propugnacu-
lum, ex quo & hostes & alij ex vrbe Ierosolyma
arcem Zion irrupturi, poterant arceri. Nomen
autem habet Migdal, ab altitudine seu magnitudi-
ne. Ophel à caligine, quod caput inter nubila con-
dat. Ideo nostra versio Mich. 4. reddidit nebulosa
Quasi dicat, Arx gregis filiae Zion, seu Ecclesia, etsi est
excelsa & sublimissima pars generis humani, tamen
haec illius eminentia & gloria, caligine crucis &
crumnarum tecta, non ita conspici oculis, carnis
potest.

OPHIR,

OPHIR, filius Iectan, Gen. 10. nepos Heber, frater Euilæ, à quo India partem occupatam fuisse scribitur. Quod si verum est auriferas illas India regiones, citra & ultra Gangem, hi fratres tenuerunt, sicut Moses Gen. 2. testatur in terra Euilath, quæ Gange fl. rigatur, aurum nasci & aurum terræ illius optimum esse, vt hoc tempore Vngaricum aurum, in Europa cæteris antecellit. Quare & aurum Obrium quasi Ophirizum, seu in terra Ophir effossum, à loco dici consentaneum est. Inde classis Salomonis coniancta Tyriæ 420. talenta auri vno tempore aduexit, 3. Reg. 9. Et postea Iosaphat, Salomonis nauigationem in Ophir infeliciter imitatur 1. Reg. 22. Fuerunt & Iobi ac patriarchæ Iacobi etate, hæc auri metalla in Ophir celebrata. Iob. 22. Psalm. 45. 1. Paral. 25. אפר à puluere seu arenis, in quibus, vt in tribu Isaschar, (Deut. 33.) thesauri auri absconditi fuerunt. Et Herodotus testatur, arenosam regionem & auri ditissimam fuisse, quod à Formicis, seu Fossoribus metallorum industrijs & sedulis effossum & egestum esse postea Poetæ sinxerunt.

Quidam recentiores coniectant Ophir, Americæ partem occiduam esse, quæ Peru hodie appellatur, vbi tanta vis est auri, ut vasa domestica inde conflent, cuius medium long. 290. grad. latitudinem austrinam 5. graduum continet. Ierem. 10. vbi nos legimus, Aurum de Ophir, in Ebræo est אפיר
Vph aʒ,

Vphaz, fortasse à PHASIDE Colchidis fl. à quo Aurei velleris fabula orta est. Alij Obryzum vertunt, quod in superficie Idolorum splendeat.

OPHITAE scribuntur coluisse serpentem, qui seduxit Euam, velut sapientiae autorem. Fit Ophitarum mentio apud Tertullianum pag. 116, 117. & Theoronymum contra Luciferanos Tom. III. & Theodoretum in ἀρετῶν κακομυθίας ἑταίρον pag. 90. & Augustinum ad Quoduuldeum. Aeneas Sylvius de Europa cap. 26. recitat Hieronymi Pragen-
pagavit, narrationem, Primi, quos adhuc ex Lithuanis, serpentes colebant, paterfamilias suam quisque in angulo domus serpentem habuit, cui cibum dedit ac sacrificium fecit in foeno iacenti: hos Hieronymus iussit omnes interfici, & in foro adductos publice cremari. Inter quos vnus inuentus est maior ceteris, quem saepe admotus ignis consumere nullo pacto voluit &c.

OPHIN, filius Benjamin, Gen. 46.

הופים Huphim, thalamus.

OPHI, filius Heli Sacerdotis, 1. Reg. 1.

הופני Hophni, vola manus.

Optatus, martyr Caesar Augustanus, sub Diocletiano. Prudentius *σεφάνων* 4. Alius episcopus Mileuitanus in Africa, *ὄφρυον* & S. Augustini sex libros contra Donatistas scripsit circa annum Christi 370.

870. à D. Augustino passim celebratus. Libri extant
Tom. II. Bibl. S. P.

OREB, pars vel appendix montis Sinai, Act. 7.
rotundo & abrupto ambitu altè sursum eminens, &
singulari cacumine, humiliore tamen aliquantò,
quam est montis Sinai vertex vicinus à ceteris mon-
tibus seiunctus, in quo Deus vocauit Mosen, & postea
legem tradidit, Exodi 3. 33. 19. 30. Deut. 1. 4. 3.
Reg. 19. Psal. 105. Malach. 4. **הר הרב** Horeb, æstus,
vastitas, solitudo.

OREB, princeps Madianitarum, à Gedeone ce-
sus, Iud. 7. Psal. 82. **כורב** coruus, vel vastator.

Orentius, in Hispania Arianos refutauit, circa
annum Christi 460. nescio an idem sit poeta Christi-
anus, de quo Fortun. Paucarum perstrinxit floren-
te Orentius ora.

ORIGENES, natus est anno Christi 189. pa-
tre Leonide, qui cum propter confessionem Christi ca-
pite truncatus esset, anno decimo Seueri Imp. qui fuit
annus Christi 204. Origenes septendecim annos
natus, vt sibi & matri victum pararet, Grammati-
cam docuit. deinde Catechesi seu lectioni doctrine
Christiane, & interpretationi librorum sacrorum
in schola Alexandrina prefectus est. Postea Romam
transiit, Inde reuersus, cum in episcopi Demetrii, qui
ipsius glorie inuidebat, offensionem incidisset, se-
cessit in Palestinam, vbi familiaris fuit Alexan-
dro Ierosolymorum episcopo. Paulò post Alexan-
driam

driam reuocatus, omnes sacrae scripturae libros commentarijs illustrauit. Nunc extant aliquot ipsius Heremiae, & Commentarij in Epistolam ad Romanos, & libri $\omega\epsilon\iota\ \delta\epsilon\ \chi\omega\upsilon$ quatuor, & contra Celsum octo. Obijt anno Christi 259. Eusebius lib. 6. cap. 2. 3. 4. 6. 12. 13. 15. 17. 18. 19. 26. lib. 7. cap. 1.

Hieronimus. Vult aliquis laudare Origenem? Laudet vt laudo. Magnus vir ab infantia, & veri martyris filius, Alexandriae ecclesiasticam scholam tenuit: succedens eruditissimo viro Clementi presbytero. Voluptates in tantum fugit, vt zelo Dei, sed tamen non secundum sententiam, ferro truncaret genitalia. Calcauit auariciam, scripturas memoriter tenuit. Et in studio explanationis earum diebus desudauit ac noctibus. Mille & eo amplius tractatus, quos in ecclesia locutus est edidit. Innumerabiles praeterea commentarios, quos ille appellat $\tau\acute{\iota}\mu\alpha\varsigma$: & quos nunc praetereo, ne videar operum eius indicem texere. Quis nostrum tanta potest legere, quanta ille conscripsit: Quis ardentem in scripturis animum non minetur. Quod si quis Iudas zelotes opposuerit nobis errores eius, audiat liberè. Interdum magnus dormitat Homerus, &c.

Errores Origenis de Filio Dei, de Spiritu sancto, de animabus hominum, de diabolis, de Resurrectione corporum &c. recitat & confutat Ieronimus Tomo III. multis opusculis, ac imprimis in epistola ad Auitum pag. 68. longum catalogum errorum ex libro

Orionis $\omega\epsilon\iota$ $\delta\epsilon\chi\omega\upsilon$ collegit. Item contra Ruffinum
pag. 99.

ORION, omnium in cælo pulcherrimum sydus, cuius cingulum, (vulgò Baculum S Iacobi nom. iant,) latitudinem meridionalem 24. grad: habet & ferè in ipso equinoctiali situm est. Fuit autem Orion rex Tanagra in Bæotia, & ab Atlante acceptam syderum doctrinam, circa tempora patriarchæ Iacob propagavit. Captus fuit amore Dianæ, hoc est, Lunæ, quia Lunæ & aliarum stellarum cursus noctu observavit. Tandem à scorpio signo Zodiaci, interfectus esse scribitur, vel quia oriente scorpio Orion occidit, vel quia ab hoste aliquo philosophiæ necatus est. Fit autem mentio Orionis Amos 5. Iob. 9. Esa. 13.

Ebraicè כסיל Cefil, vnde mensẽ Casleu, hoc est, $\omega\epsilon\lambda\omega\upsilon\epsilon\tau\omega\upsilon$ qui in Nouembrẽ & Decembrem nostrum incidit, dictum esse Philippus existimat. Nam eo mense Orion cosmeticè occidit, & tempestates seu as ciet, de quibus Virgilius inquit: Sauius vbi hybernis Orion conditur vndis.

Orma, נרמה Hormah, anathema.

Oronaim, locus in regione Moabitide, Esa. 15. Iere. 48. הרנים Hornaim, latibula.

Orontius, propter confessionem Christi in Hispania crematus sub Galieno Imp.

ORPHA, nurus Elimlech Bethlehemitæ, Ruth. 1. ערפח Orphah, ceruix.

ORTHOSIA, vrbs Phœnicia, vicina vel potius pars Tripolis, In hanc urbem fugit Tryphon Syria rex, 1. Macca. 15.

C S S A, in tribu Aser, Iosua 19.

חֹסֶה Hofah, sperans.

O S A N N A, corrupte scribitur, pro חֹשִׁיעָנָה HoSianna. Idem autem valet, quod S A L V A quæso adiuua, opitulare quæso. Nam חֹשִׁיעָנָה Hofia, verbum est Imperatiui modi, coniugationis Hiphil, à radice IaSa saluus fuit, vnde etiam nomen Iosua & Iesus deriuatur. נָא Na vel אָנָּה Ana, est interiectio efflagitantis, Age Domine, adiuua quæso. Hac voce Osianna, vtuntur Iudæi excipientes Christum ingredientem Ierosolyma die Palmarum, Matth. 21. Marc. 11. Iohan. 12.

Sumta est autem ex Psalmo 118. Confitemini, in quo versus hoc modo scriptus est:

נָא יְהוָה הוֹשִׁיעָנָה נָא

Anna Iehoua Hofianna.

נָא יְהוָה הַצְּלִיחָה נָא

Anna Iehoua HazliHahna.

Age Domine adiuua quæso. Age Domine da prosperos successus. Nostra versio habet, O Domine saluum me fac. O Domine bene prosperare.

O S E A S, Propheta, סֵפֶר עֵשֶׂה וְיָצֵא תוֹנָה, Esaiæ & Micheæ. Quatuor locos præcipue tractat.

Taxat Idolatriam populi Iudaici, qui desciscens à fide verbi per Deum traditi, & cultibus à Deo mandatis,

mandatis, & sequens doctrinam, sacrificia & cultus humano consilio electos, similis est fornicatrici seu adulteræ, quæ relicta & prodita fide coniugali maritali debita, alienos sequitur. Comminatur vastitatem per Assyrium, & alias calamitates, quæ futuræ sint pœnæ Idolatriæ & aliorum peccatorum. Adhortatur ad pœnitentiam, contritionem, fidem & nouam obedientiam, c. 6. 10. 11. 13. Concionatur de Christo, de Ecclesia, de remissione peccatorum, de liberatione à morte, de resurrectione mortuorum, cap. 1. 2. 3. 6. 13. 14. 11. citatur Matth. 2. 12.

OSEE, filius Nun, de tribu Ephraim, Num. 13. vide supra Iosua. עושה hoSea, saluator.

OSEE, filius Hela, decimus nonus & vltimus rex Israel, sub quo decem tribus abductæ sunt 4. Reg. 17. 15.

OSIVS, episcopus Cordubensis, fide & vita insignis confessor, mittitur à Constantino Cesare in Aegyptum, vt incendiij ab Ario inflammati initia placide restingueret. Tripar lib. 1. cap. 10. 21. Cum autem frustra laborasset Osius, Imp. Concilium Nîcenum indixit, cui Osius interfuit, & Symbolum Nîcenum suo testimonio confirmauit. Deinde etiam Sardicensi Synodo, in Illyrico celebratæ, interfuit, Trip. lib. 4. cap. 23. 24. Postea ab Imp. Constantio, cum præcipua esset eius autoritas, ad Syrmiensem Synodum vocatus est, in qua spe tranquillitatis & concordie subscripsit Symbolo, in quo vox ὁμοούσιον, ommissa

erat. Trip. lib. 5. cap. 6. 9. Testimonium Athanasii de O-
sio, Trip. lib. 5. cap. 16.

OSVVALDVS, Rex Nordhumbrie in Anglia
pius & beneficus erga pauperes. Ideo dextera ipse
us manus, qua eleemosynas distribuerat, post mortem
integra & incorrupta mansisse scribitur, interfectus
anno Christi 643. Celebratur à D. Beda, lib. 3. Hist.
Eccles. Alius episcopus Eboracensis, qui A. C.
979. obiit.

OTHOMARVS, primus Abbas Sangallensis
ex clerico Curie Rhetorum factus, & confirmatus à
Pipino, anno Christi 720. interfuit nuptijs Tassilonis
III. Ducis Bauariae cum Lytburga Desiderij regis
Longobardorum filia, Praefuit annos ferè 40. Obiit
enim anno Christi 760. Cum autem per calumniam
adulterij accusatus fuisset, in carcerem coniectus est.
Qui corpus mortui in monasterium, cui viuis pra-
fuerat, retulerunt, feruntur in via aliquot dies ex la-
gepa bibisse, quae nunquam fuerit euacuata.

OTHO, episcopus Pambergensis, electus ab
Henrico IIII. Imp. anno Christi 1102. primus ad
agnitionem Christi conuertit gentem Pomeranicam.
Obiit anno Christi 1139. die 30. Septemb. anno aeta-
tis 70.

OTHONIEL, filius Cenez, fratris Caleb,
qui Othoniel capta vrbe Cariathsepher, Axan filiam
Caleb, vxorem duxit, Ios. 15. Iud. 13. Iudex populi
Israel

Israel repulit Syros, Iud. 3. עתניאל Athniel, tempus meum Dei, ab עת tempus.

OTILIA, virgo, ex nobilibus parentibus cæca nata. Post aliquot annos, cum à S. Erhardo baptizata esset, visum recepit. Deinde collegio virginum in altissimo montis Vogesi iugo Hohenburg, quantum ab Argentina milliaribus, præfuit, vsq; ad annum Christi 750.

Adelricus ab Hilderico III. — Beres- S. Leode-
Francorum rege, Alsatic præfe- | wind garius epi-
ctus, inchoavit Hohenburgense | scopus
monasterium, Anno Christi S. Otília
690.

OZA, filius Aminadab, ciuis Cariathiarim, qui in Gabaa, hoc est, eminentiori parte vrbs habitauit. In huius domo aliquandiu Arca Domini à Philistinis reducta mansit, 2. Reg. 6. וזאח Vzah, fortitudo.

OZAI, 2. Par. 33. scripta sunt in sermonibus Ozai, וזאי videntium, hoc est, in commentarijs Prophetarum.

OZIAS, pater Iechonia, Jerem. 42. Item Azaria, Jerem. 43. וזאיא HoSaiab, salus Domini.

OZIAS, filius Amasia, duodecimus Rex populi Iudaici annis 52. In initio vera pietate & singulari felicitate floruit. Postea superbe erumpens extra sue vocationis metas, & thymiama volens adolere, punitur lepra, 2. Paral. 26. Esai. 1. 6. 7. Ose, 1. Amos 1. Zach. 14. Matth. 1. Azarias nominatur 4. Reg. 15.

OZIEL, filius Caath, patruus Aaronis & Mo-
sis, Exod. 6. Leuit. 10. Num. 3. Alius, Leuita.
2. Paral. 29.

זִיֵּל *vz*iel, fortitudo mea Deus.

OZNI, filius Gad, Num. 26. In Genesi nomi-
natur Efebon. זִין *auris* mea.

P.

PAchomius, eremita, celebratur Trip. li. 8. ca. 4.
Alius, episcopus Aegyptius, martyr sub Dio-
cletiano, Eusebius lib. 8. cap. 14.

Pacianus, episcopus Barcilonæ in Hispania, D.
Ieronymo σύγχρονος, cuius contra Nouatianos duas
epistole ad Sympronianum extant.

PALÆSTINA, Regionis nomen, quæ alias
terra Canaan, vel terra Sancta dicitur, ortum à Phi-
listijm filio Mizraim, Gen. 10. cuius posteri quinq; po-
tentissimas vrbes in litore tenuerunt. Herodotus
lib. 7. totam illam Syriæ oram à Tyro vsq; ad Aegy-
ptum, Palestinam vocari scribit, Φαίνικες οὖν Συ-
ροῖσι τὰς ἐν Παλαιστίνῃ : τῆς δὲ Συρίας τὰ τοῦ
χωρίου καὶ τὸ μετὰ Αἰγύπτου πᾶν, Παλαιστίνῃ
καλεῖται.

In Biblijs primum vsurpatur nomen Palestina,
Gen. 21. & 26. vide infra Philistijm.

PALMYRA, vrbs Syriæ Palmyrenes, non pro-
cul ab

cul ab Euphrate, 3. Reg. 29. 2. Regum 8. vide infra Thamar.

Palladius, in Scotia episcopus primum creauit circa annum Christi 430.

PALLAS, Dea sapientie & studiorum doctrine præses apud Ethnicos, cuius festum Quinquatria, mense Martio Romæ celebratum est, in quo pueri ac discipuli noui in Scholas ducebantur, & de sapientia & profectu studiorum felici à Pallade petendo iuuentus admonebatur. Hanc ex cerebro Iouis natam esse, & in clypeo terribile caput Gorgonis gestare, & monere homines (vt Achillem apud Homerum) de actionibus vite prudenter instituendis, Poeta scripserunt. Hæc ex Ecclesia patrum doctrina emanasse, & à posteris deprauata esse apparet. Nam filius Dei æterna sapientia, qui Esa. 9. Iud. 13. **נֹרְאֵי** PELE nominatur, & in quo omnes thesauri sapientie & scientie absconditi sunt: ex IEHOVAE mente ab eterno genitus est, & caput Gorgonis seu Draconis Diaboli à se contritum ostentat, Colos. 2. & fons est omnis sapientie & doctrine salutaris, docens ac regens nos suo verbo & spiritu sancto, & pacem præsentem & eternam largiens. Hanc veri Dei gloriam ethnici in imaginem lapideæ & armatæ mulieris conuerterunt, sicut in Papatu idem Idolum, sub nomine Catharina à Satana reductum est. **נֹרְאֵי**, vel ab Ebreo **נֹרְאֵי**, id est, mirabilis, vel à Græco **νῆρις**, à vibranda hasta.

PAMBVS, eremita, S. Antonij discipulus, celebratur in principio lib. 8. Trip.

PAMMACHIVS, sodalis studiorum D. Ieronymi, gener nobilis matrone, Paula. Post mortem uxoris, Monachi institutum sumsit. Inde ad episcopi munus euectus est, celebratur in scriptis Ieronymi.

PAMPHILVS, episcopus Caesareae in Palestina, insignem Bibliothecam Caesareae collegit, sub Maximino Imp. martyrij coronam adeptus est. Ab hoc Pamphilo, Eusebius coniunctiss: ipsius amicus Pamphili cognomen accepit.

PAMPHYLIA, regio Asiae, inclusa ab occasu finibus Lyciae: à septentrione, Pisidia & parte Galatae: ab ortu, Cilicia: à meridie, mari. Celebres in ea urbes sunt Seleucia, Perge, Aspendus. Item Eurymedon fl. praelio Cinonis aduersus Persas feliciter gestus clarus, Pamphyliae mentio fit in Actis cap. 2. 13. 14. 15. 27. Item 1. Macca. 15. &c.

PANAGATHVS, martyr Lugdunensis in Gallia sub Antonino Imp.

PANGRATIVS, Phryx, nobilis Romanus profectus, martyr sub Diocletiano.

PANTALEON, nobilis Nicomediensis, filius Eustorgij & Eubulae, adolescens artem medicam dilexit. Postea cum in aula Maximiani Imp. artem exerceret, & fidem suam in summum medicum Christum confiteretur, post varia tormentorum genera, capite truncatus est.

PANTALEON

PANTAEVS, praecipuus Doctor in schola Ecclesiae Alexandrinae & Euangelista multarum Ecclesiarum in Oriente & India, praeceptor Clementis Alexandrini, floruit circa annum Christi 180. Euseb. lib. 5. cap. 10. 11.

PAPHNVTIVS, eremita Aegyptius, cum confidens sua sanctitate, peteret à Deo sibi ostendi, cui sanctorum similis esset? primum musico, qui antea latro fuerat, deinde Iudici, tertio negociatori pio confertur. In Vitis Patrum.

PAPHNVTIVS, episcopus Aegyptius, interfuit Concilio Niceno, in quo cum ceteri Patres legem laturi essent, qua Coniugium Sacerdotibus prohibebatur, solus Paphnutius, quanquam coelebs erat, contradixit. Honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, concubitus cum propria coniuge &c. Tripart. libro secundo, cap. 1. 14.

PAPHVS, metropolis insulae Cypri, quae nomen accepit à Papho Pygmalionis filio. Ouidius lib. 10. Metam: In hac S. Paulus Sergium Paulum proconsulem, ad agnitionem Euangelij conuertit Act. 13. Distat à Salamine 25. mill. germ. Habet gradus long. 64. 30. lat. 35.

PAPIAS, auditor Iohannis Apostoli & Euangelista, episcopus Hierapolis. Eusebius lib. 3. cap. 39. celebratur 25. Februarij.

Papyrius, martyri Pergamenus sub Antonino, Euseb.

604. **ONOMASTICON**
Euseb. 4. cap. 15. Alius, martyr Aphricanus sub
Genserico.

PARADISVS, Græca vox est, Latine significans Hortum diligenter conseptum & consitum, ut Cicero ex Xenophonte vertit. Fuit autem Paradisus, in quem Deus Adamum collocavit, amenissimus hortus, Mesopotamiam & vicinas regiones comprehensens, qui in diluuiio postea dissipatus est. Metaphorice, ipsum cælum, seu locum, in quo se Deus immediate beatis conspiciendum præbet, eosque sua luce vita & lætitia complet, Paradisus dicitur, Luce 23-

PARMENAS, Diaconus Ecclesie Apostolorum, Act. 6. παραμεινω, permanens.

PARTHIA, regio Asiae maioris, ab occasu habens Mediam: à borea, Hircaniam: ab ortu, Ariam: à meridie, Carmaniam & Persiam, Actorum 2. Circa annum 100. post mortem Alexandri magni primis Parthis libertatem restituit ARSACES, cuius posterii deinceps Orientis imperium tenuerunt, annis 400. vsque ad Artabanum. Hunc annis 200. post Christum natum Artaxerxes Persa vicit, & Persarum imperij gloriam in Oriente restituit, quam annis 400. vsque ad regem Cosroem, ab Heraclio Imp. Romano deuictum seruarunt. Postea Sarraceni in Oriente & Africa dominati sunt. **PARTHI**, principes, præfides. Iustinus lib. 41. lingua Scythica ex hac voce significari ait. Parthi, penes quos velut diuisione orbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium

perium est, Schytarum exules fuerunt, Hoc etiam
 ipsorum vocabulo manifestatur. Nam Scythico ser-
 mone Parthi exules dicuntur.

PASCHA, Ebraicè פסח PesaH, Latine si-
 gnificat transitum, deinde transfertur ad diem Fe-
 stum, quo memoria transitus Domini per Aegyptum,
 & admirandae liberationis ex Aegypto celebratur.
 Sunt autem à condito mundo vsq; ad exitum ex Ae-
 gypto, anni 1509. Ab exitu ex Aegypto vsq; ad Chri-
 stum natum, anni 2453. Sæpe etiam Pascha vsur-
 petur pro agno, qui in die Paschæ immolabatur, vt
 ille ritus, & de liberatione præterita, & de Christo
 agno Dei, qui tollit peccata mundi, homines commo-
 nesaceret.

Paschasius Abbas Corbeiensis de veritate cor-
 poris & sanguinis Christi in Eucharistia scripsit, cir-
 ca annum Christi 880.

Paschasius, martyr in Africa sub Gensericò
 Vandalo.

PASTORIS liber, qui à veteribus citatur.
 vide Hermes.

Pastor, martyr Complutensis Prudent. 5e P. 4.

PATARA, vrbs Lyciæ, patria S. Nicolai, cuius
 mentio fit in historia nauigationis Pauli, Act. 21.

Paterniani, heretici, inferiores corporis humani
 partes, opinati sunt non à Deo, sed à Diabolo factas
 esse, & omnibus libidinibus frenos laxauerunt.

Pater-

Paternus, episcopus Pictavorum in Gallia: tempore regis Hildeberti.

PATMVS, insula in mari AEGEO: vna ex Sporadibus, in quam relegatus sub Domitiano Imp. Iohannes Apostolus Apocalypsin scribit, Apoc. 1.

Paripalsiani, nominati sunt Praxeas, Sabellius, Noëti & eorum sectatores, qui finxerunt personam patris passam & crucifixam esse, nec plures in vna essentia diuina personas esse.

Patritia, martyr Nicomediensis.

Patritiani, Carnem humanam non à Deo, sed à Diabolo conditam esse senserunt.

PATRITIVS, Britannus, patre Calpurnio

Concha forore S. Martini, ut scribunt.

Diacono, matre Corena natus, aliquoties ab hostibus captus & tandem in Galliam abductus, apud S. Martinum Turonensem quatuor annos vixit. Postea circa annum Christi 433. à Pontifice Celestino Apostolus & archiepiscopus Hyberniae constitutus, prima euangelij semina isthic sparsit. vitam illius Beda duobus libris exposuit. Fabulam de antro & putegatorio Patritij his verbis recitat Petrus à Natalibus: Cùm Patritius per Hyberniam predicaret: & fructum ibi modicum faceret: rogauit Deum, vt ibi aliquod signum ostenderet, per quod territi penitent. Iussu igitur Domini in quodam loco, circumlum magnum cum baculo designauit: intra quod terra se statim aperuit: & puteus profundissimus ibidem apparuit. Reuelatum fuit quoque sancto: quod ibi qui-

ibi quidam purgatorij locus esset : in quem quisquis
 vellet descendere : alia sibi pœnitentia non restaret :
 nec aliud pro peccatis purgatorium sustineret. Pleriq;
 autem non redirent, & qui redirent, die naturali in-
 tero ibidem moram facerent. Multi igitur ingre-
 diebantur, qui de cætero non reuertebantur.

Post longum tempus, mortuo Patricio, quidam
 nobilis nomine Nicolaus, qui peccata multa commi-
 serat, ad pœnitentiam deuenit, & locum ipsum in-
 trare uolens, diebus octo præcedentibus, vt omnes
 faciebant, se ieiunijs maceravit : & sic in puteum
 descendit, & ostium, quod à latere inuenit, introiuit:
 vbi monasterium inuenit : & à quibusdam albatis in-
 oratorium introducit : officioq; peracto : vt con-
 stans esset admonetur, quia multa Diaboli tentamen-
 ta eum percurrere oporteret. Et cum se pœnis
 affligi sentiret, protinus diceret : Iesu Christe fili
 Dei viui, miserearis mihi peccatori. Quibus abeu-
 n-
 blandis sermonibus persuadent : asserentes quod i-
 psam custodient : & ad propria incolumem deducent.
 Et cum eis obedire nollet diuersarum ferarum terri-
 biles audiuit voces. Ad quæ paues factus, verba
 inuocationis protulit : & omnis ille tumultus conqui-
 euit. Vterius procedens & demonibus consenti-
 re nolens, in ignem maximum proijcitur : sed verbis
 expressis, ignis extinguitur. Ad locum alterum veni-
 ms, vidit homines viuos igne assari : & carbonibus
 vsq; ad

vsq; ad effusionem viscerum concremari. Et dum
 nec sic consensisset demonijs, ab eisdem simili pena
 torretur: sed verba proferens continuè liberatur.
 Inde procedens in puteum profundum, obscurum &
 foetidum deijcitur, dicentibus sibi demonibus quod
 ille erat infernus: sed dum verba repetisset, inde illis
 educitur. Post hæc ad pontem arduum & lubri-
 cum deuenit: subter quem igneus fluuius rapidus
 currebat. Et dum pontem transire desperaret:
 vnum pedem ponens, verba quæ didicerat, dixit:
 deinde alium pedem ponens, ipsa repetiuit: & ad
 quamlibet pedis mutationem eadem iterauit: & sic
 illæsus transiuit. Et in quoddam pratum amoenis
 & odoriferis floribus confertum deuenit. Vbi a duo-
 bus speciosis iuuenibus ad quandam ciuitatem au-
 ro & gemmis fulgentem adducitur: & quod illa ef-
 fet Paradysus sibi reuelatur. In qua dum se admitti vo-
 raret, audiuit, quod primo ad suos rediret, & post die-
 es 30. in pace quiesceret: & sic illum intraret. Tunc
 Nicolaus inde ascendens supra puteum se restitutum
 altero mane reperit: & quæ viderat enarrauit: ac
 post dies 30. in pace quieuit. Dies autem depositi-
 tionis sancti Patricij 16. Calend. Aprilis celebratur.

PATROBAS, vnus ex primis Christianis
 Romæ, quem Paulus salutatur, Rom. 16. Ebraeis signi-
 ficat interpretem futurorum, a פתח & בון.
 Pattalorinchitæ, perpetuum silentium ser-
 uant, ac ne forte imprudentibus vox excidat, digitis
 tanquam

PAVLVS APOST.

609

Tanquam clavis, nares & aures compescunt, unde
& nomen Græcum acceperunt.

Patroclus, martyr Senonensis in Gallia, sub Vas-
leriano Imp. die 21. Ianuarij.

PAVLVS, Ebræis *δραστήριον, πενήτην εργα-
τήριον*, seu magnarum rerum effectorum: à *לועז*:
Græcis quietum & tranquillum à *πῶλα*: Latinis
paruum significat. Fuit autem PAVLVS APO-

STOLVS, Iudæus, ex tribu Benjamin Philip. 3. 2.
Cor. 11. Natus in Tarso, vrbe Ciliciæ, & educatus Ie-
rosolymis sub præceptore Gamaliele, Act. 22. professi-
one Phariseus, & magno zelo persequens Ecclesiam
Christi, Philip. 3. Adiuuit eadem Stephani proto-
martyris, Act. 7. 8.

Cum ²spirans minas & eadem aduersus Chris-
tianos, proficisceretur Damascum, quæ à Ierosoly-
mis 40. mill. germanica distat, appropinquans Da-
masco, consternatur subita luce, & voce Christi ob-
urgatus vocatur ad pœnitentiam, cui vocationi obe-
diens Paulus, cum fuisset hostis & persecutor Chri-
sti, misericordiam consecutus est, & vocatus Apo-
stolus, ad prædicandum Euangelion IESV
CHRISTI, Act. 9. 26. 22. 1. Tim. 1. Gal. 1.

Doctrinæ autem & reliquæ vitæ Pauli histo-
ria, ex ipsius Pauli Epistolis & Actis Apostolorum
sumi potest, cui lectioni vt aliquid lucis accedat, se-
quentem Tabellam in qua series annorum Pauli con-
uersi distributa est, adiunxi.

Series

Series annorum, monstrans Tempora peregrinationum & scriptorum Pauli.

A nato Chri: 84.	A con uers. Pauli	PAVLVS persecutor Euange- lij (Act. 7. 8. 9.) conuertitur accipiens Euangelion per reuelati- onem Iesu Christi, (Gal. 1.) incipit predicare Damasci, Act. 9. 26.	Pilati Præsi- dis ann: 8 9 10 N	Cæs. Tiberij 20 21 22
85	2	Inde profectus est in Arabiam, Galat. 1.	8	20
86	3	Paulus Damascum reuersus, Ga- lat. 1. cum insidiæ ipsi à Iudæis stru- erentur, & præfectus Areta regis eum comprehensurus esset, per mu- rum in sporta demissus est, 2. Cor. 12 Act. 9.	9	21
87	4	Paulus redijt Ierosolymam, & à Barnaba ad Petrum Apostolum ad- ductus est, apud quem mansit die: 15. Gal. 1. Act. 9.	10 N	22
		<p>¶ Hoc anno Pilatus apud Vitel- lium Syriæ præsidem accusatus te- træ crudelitatis, Romam mittitur. Sed antequam eo veniret, iam Tibe- rius obierat. Iosephus lib. 18. cap. 5. Pilato successit MARCELLVS. Huic Caligula successorem misit Marullum. N</p>		
				Cum

PAULI CONVERSI.

611

Calpurnia.
Præfides Rom.

38. 5. *Nati Christi*
Convers Pauli.
Cum autem Ierosolymis quoque ipsi insidarentur admonitus, in ecclasi (Acto. 22.) discedit Ierosolymis, & a fratribus deducitur Cesaream. Inde in Syriam & Cilicie urbem Tarsum proficiscitur, Act. 9. Galat. 2. Antiochie in Syria per euangelion Ecclesia ex Iudeis & gentibus colligitur, Act. 11. Paulus a Barnaba Antiochiam ductus.

39. 6. CHRISTIANI primum Antiochie nominari ceperunt, Act. 11. anno mundi 4000.

40. 7. Agabus prædicit famem secuturam sub Claudio, Act. 11.

↳ PETRONIVS Præses Iudæe.

41. 8. Herodes Antipas relegatur anno 10. post interfectum Iohannem. ↳

43. 10. Hoc anno existimant aliqui Paulum & Barnabam a Spiritu Sancto emissos esse ad ministerium docendi Euangelij in Cypro & Asia. Actor. 13. Sed ex serie narrationum in Actis apparet mortem Herodis intercessisse.

↳ HERODES Agrippa rex Iudæe & Samariæ a Claudio creatur. ↳

Rr Paulus

3
4 Claudius Imp.

45 12 Paulus pergrata Cypro, Pam-
 13 phylta, Pisidia, Lycaonia &c. redit
 14 Antiochiam, vbi multa tempore com-
 moratur.

7 Herodes rex IACOBVM
 fratrem Iohannis gladio sustulit, Act.
 12. & statim postea à vermibus cor-
 rosus, interijt.

Iudæa rursus per Romanos Prae-
 sides administrata est.

Cuspius FADVS, Praeses Iu-
 dææ. Hoc tempore horrenda Fames
 in toto orbe grassari cæpit, quæ ali-
 quot annos duravit. 7

48 15 SYNODVS APOSTO-
 LORVM Ierosolymæ anno 14. post
 conuersionem celebrata, cui Paulus
 & Barnabas interfuerunt, Act. 15.
 Gal. 2.

Acceptis literis à Synodo, rede-
 unt Antiochiam, Quo cum Petrus
 paulo post venisset, in faciem ei resi-
 stit Paulus, Gal. 2.

49 16 Deinde Paulus vnâ cum Sylua-
 no perambulat Syriam & Ciliciam
 confirmans Ecclesias, & Lystris ad-
 iungit sibi TIMOTHEVM.

Paulus

7
 4
 6
 7
 I. B. Alexander præ-
 ses succedit Fado.

PAULI CONVERSI.

613

17 Paulus in Phrygia, Galatia & Mysia Euangelion docet. Inde traiecit in Macedoniam, & docet PHILIPPIS, Act. 16. & Thessalonica, Act. 17.

18 Docet Athenis, Act. 17. inde scripsit duas epistolas ad Thessalonicenses, 1. Thessal. 5. Digressus Athenis Corinthi docuit unum annum & sex menses, Act. 18.

19 Corinthi commoratur.

a Iudei edicto Claudij Romapulsi. a

20 Corintho nauigat Ephesum. Inde veniens Cesaream in Palestina, ascendit Ierosolymam, & salutata ecclesia descendit Antiochiam, Act. 18. Et transiens Galatiam ac Phrygiam redit Ephesum, vbi duos annos commoratur, Acto. 19. Ex Epheso scribit priorem Epistolam ad CORINTHIOS, 1. Corinth. 16.

21 Post sedatum Ephesi tumultum (Act. 20.) venit in Troadem (2. Corinth. 2.) Inde in Macedoniam, Act. 20, vbi ex Philippis scribit SECVNDAM EPISTOLAM AD CORINTHIOS, 2. Corinth.

Rr 2 rinth.

Claudy Imp.

9

10

11

12

13

Claudy Imp.

Agrippa Rex Chalcidis.

Cumanus praesides Iudae.

FELIX Praesides Iudae.

PAULI CONVERSI

614
A nato
Christo.
55

Pauli
A conversi.

rinth. 13. Cūn autem transiisset
partes illas, venit in Græciam, vidi-
licet Achaïam & Corinthum (A-
ctōr. 20.) vt promiserat, 1. Corin. 16.

22. 2. Corinth. 12.

Hoc tempore Corinthi scripsit
EPISTOLAM AD RO-
MANOS.

Cūn insidiæ ipsi à Iudeis in ma-
ri struerentur, redijt terrestri itinere
per Macedoniam. Vnde soluens tra-
jicit in Troadem ad Aristarchum &
Timothcum, qui præcesserant A-
ctō. 20.

Troade navigat Assam, Mytile-
nen, Samum & inde Miletum, vbi
valedicit Presbyteris Ephesijs, Actō.
20. Inde soluens venit Rhodum, Pa-
taviam, Tyrum, Ptolemaida, Casaream,
& tandem Ierosolymam ad Ia-
cobum, Actōr. 21. vbi capitur, Act.
21, 22.

Captivus ducitur Casaream ad
Felicem Præsidentem, Actō 23. vbi die
12. postquam Ierosolymam venerat,
erudita Apologia se defendit, Act. 24.

Ibi in carcere mansit biennium,
Actō. 24.

56 23

Paulus

Claudio Imp.
FELIX Præ-
ses Iudæe.
13.

14

PAULI CONVERSI.

615

37 24

Paulus agens causam suam coram Festo preside appellat Imp. Romanorum, Acto. 25. Et initio hyemis imponitur naui, qua in insulam Meliten vehitur. Acto. 27.

NERO.
Poppus
FESTVS.

38 25

Paulus Romam venit, Acto. 28. ubi integrum biennium vixit in edibus a se conductis, & libere & sine ullo impedimento Christum predicauit. Acto. 28.

Ex vinculis Roma Paulus Epistolas scripsit, quarum sex extant.

Ad Galatas.

Ephesios.

Secundam ad Timotheum.

Philippenses.

Colossenses.

Philemonem.

ALBINVS
Praefes Indae

60 27

Circa finem huius anni, Paulus coram Nerone Imp. causam dixit desertus a plerisque amicis: sed DEO ipsius cursum gubernante, liberatus est ex ore Leonis, vt per eum praedictio inter omnes gentes completur, 2. Tim. 4.

Sequenti DECENNIO Paulus ex carcere liberatus, ad Eccle-

stas in Syria, Asia & Macedonia rediisse (Phil. 1.) & in Italia, Hispanijs (Roma. 15.) Gallia & alijs Occidentis regionibus docuisse scribitur ab Eusebio lib. 5. cap. 22. ab Epiphano, Ieronimo & alijs.

63 30

Iacobus Minor Episcopus Ierosolymae, ex suggesto precipitatur. Euseb. lib. 2. cap. 23.

β Incendium vrbis Romae, quod à Christianis inflammatum esse sinxit Nero.

70 37

PAVLVS, cum secundo Romam redisset, à Nerone Imp. capite multatus est die 29. Iunij, Quo ipso anno & die S. Petrum quoq. cruci affixum esse scribunt.

73

Vrbs Ierosolyma capta & funditus deleta est, Triennio post mortem Pauli, Decennio post mortem Iacobi Iusti.

Neronis Caesaris
ALBINVS
Praefes Iudae.

7
9
β
Bellum Iudaicum incepit.
13
Florus praefes Iudae sub quo

4
Galba, Otto, Vellius. Vespasianus.

Gregorius *secundus* *de* *figura* *seu* *formam* *corporis* *PAULI* *Apostoli*, *Nicephorus* *lib.* *2.* *cap.* *37.* *his* *verbis* *expres-*
sit. *Paulus* *corpore* *erat* *paruo* *&* *contracto*, *&* *quasi*
incuruo *atq;* *paululum* *inflexo*: *facie* *candida*, *an-*
nosq; *plures* *præ* *se* *ferente*: *capite* *modico*: *oculis*
multa *inerat* *gratia*, *sapercilia* *deorsum* *versum* *ver-*
gebant: *nasus* *pulchrè* *inflexus*. *idemq;* *longior*: *bar-*
ba *densior*, *&* *satis* *promissa*, *eaq;* *non* *minus* *quàm*
capitis *coma*, *canis* *etiam* *respersa* *erat*. *Ambo* *autem*
Christi *discipuli*, *quum* *inspicerentur*, *diuinum* *quid-*
am *præ* *se* *ferabant* *Spiritu* *sancto*, *&* *diuina* *gratia*
ita *reserti*, *ut* *qui* *eos* *viderent* *fideles*, *ex* *aspectu* *solo*
arcanam *quandam* *&* *latentem* *conciperent* *grati-*
am, *resq;* *&* *vitam* *vnà* *cum* *fide* *ritè* *conforma-*
rent, *&* *in* *melius* *converterent*.

PAVLVS *BVRGENSIS* *Iudeus* *ad*
Christum *conuersus*, *&* *episcopus* *Burgensis* *in* *Hispa-*
nia, *Cancellarius* *Iohannis* *regis* *Castiliæ*, *circa* *an-*
num *Christi* *1428*. *Additiones* *seu* *cenfuras* *de* *Lyræ*
enarratione *Bibliorum* *Textuali* *edidit*: *Quæ* *Bibli-*
orum, *Glosæ* *ordinariæ*, *&* *Lyræ* *Postillis*, *vsitatè* *ad-*
iunguntur.

PAVLA, *nobilis* *matrona*, *ciuis* *Rômana*, *ex*
Scipionum *genere* *orta*, *mater* *fuit* *Eustochij* *&* *Pau-*
linæ *vxoris* *Pammachij*. *Romæ* *D. Ieronymi* *familia-*
ritate *sancta* *integrum* *triennum* *vsæ* *est*, *&* *sacras*
litteras *felicissè* *didicit*. *Paulò* *post* *secuta* *Ierony-*
num *in* *Syriam*, *prope* *Bethlehem*, *quatuor* *monaste-*

ria condidit, tria Virginum, & vnum virorum, cui
D. Ieronymus praesuit.

ROGATVS ——— Blefilla

Præ- Hymetius Toxo — PAV-
textata. tius, LA, cuius
fo. 26. Epitaphium Iero-
nymus scripsit fol. 81. 82.

Blefilla	PAVLI-EVSTO-RVF-Ta-	— LAE-
cuius E-	na nupta CHIVM sma	TA
picedion	PAM: virgo quæ pag.	us
fol. 71.	MA: & IV- 81.	PAVLA
72.	CHIO. LI A pag.	pag. 26.
	fol. 74. 60. 62. 76.	86.
	75. 81.	

PAVLINA, cum matre Candida, Roma la-
pidibus obruta, sub Diocletiano.

PAVLINVS, episcopus Nole in Campania,
cuius beneficentia & ardens dilectio erga proximum
à Gregorio magno: Ingenium vero & doctrina acce-
loquentia excellens à D. Ieronymo & Augustino, qui-
bus amicus & probatus fuit, celebratur. Scripta eius
recitantur à Gennadio, ex quibus hoc tempore Pa-
negyricus, quo parentes pios in obitu filij Celsi imma-
turo splendidiss. consolatur: ad Cytherium: ad Ni-
cetaam Dacorum episcopum: & decem libri Natali-
um S. Felicis Episcopi Nolani extant. Ad hunc iuue-
nent

nem scripsit Ieronimus de institutione Monachi, Tomo. 1. pag. 46.

In Exordio Panegyrici versus sunt, quibus in dulci filio mei Davidis obitu aliquando valde recreatus sum.

Gratuler an doleam? dignus utroque puer.
Cuius amor lachrymas, & amor mihi gaudia suadet,
Sed gaudere fides, flere iubet pietas.

Tam modicum patribus, tam dulci e pignore fructum,
Desleo, in exiguo temporis esse datum.

Rursus ut eterna bona voluo perennia vita.

Quae Deus in caelo prae parat innocuis:
Lator obisse, breui functum mortalia seculo,

Ut cito diuinas perfrueretur opes.

Ne terrena diu contagia, mixtus iniquis,
Duceret, in fragili corporis hospitio:

Sed nullo istius temeratus crimine mundi,

Dignius aeternum tenderet ad Dominum.

Ergo Deo potius, quam nobis debitus infans &c.

Insignis etiam, FIDEI, DEO propitio in omnibus periculis inuitantis, descriptio est lib. 8. Natalium.

Ergo Fides innixa Deo trepidantia firmet
Pectora, & in maesto securum tempore tempus

Presumat confisa Deo, quia non metuendi

Causa timere Deum, quem quisquis non timet vnum,

Omnia iure timet: fidant legionibus illi,

Perfugioq; parent reparatis mœnia muris,
 Nulla salutiferi quibus est fiducia Christi.
 Nos crucis inuictæ signum & confessio munit,
 Armatiq; Deo mentem, non quarimus arma
 Corporis: & quanquam membris videamur inermis
 Arma tamen gerimus, quibus & sub pace serena
 Contra incorporeos animis decernimus hostes.
 Nunc opus adiutore Deo, solusq; timendus,
 Quo sine & arma cadunt, per quam firmantur &
 arma, &c.

Alter fuit Paulinus, Ausonij discipulus & amicus
 Consularis, cuius tres ad Ausonium epistole, & car-
 men de Iohanne Baptista eruditum extat, de quo
 Fortunatus:

Stemmata, corde, fide pollet Paulinus, & ore.

Paulinus, S. Maximini discipulus & episcopus
 Treuirensis successor à S. Martino ordinatus, apud
 quem S. Athanasius aliquandiu exulauit. Cum in
 Synodo Mediolanensi puritatem doctrina de Christo
 vero Deo, contra Arianos constanter propugnaret.
 à Constantio Imperat. in Phrygiam relegatus est.
 Alius, Tyri episcopus, Arianus Tripart. lib. 1. cap. 15.

Paulus Sergius, Proconsul Cypri, conuertitur
 ad agnitionem Christi à Paulo, Acto. 13.

Paulus Simplex, eremita, discipulus Antonij
 monachi, tempore Constantini magni, Tripart. lib. 1.
 cap. 11.

Paulus

Paulus Thæbeus, tempore persecutionis sub Decio, se in eremum abdidit, in qua 93. annos latuit. Tandem paulo ante mortem a S. Antonio agnitus & sepultus est. Vitam eius, & præcipuè historiam obitus descripsit Ieronymus in *Vitis Patrum*.

Paulus Samosatenus, ex vrbe Syriæ Samosata oriundus fuit. Vixit tempore Galieni, Claudij & Aureliani Imp. Episcopus celeberrimæ vrbs. Antiochiæ electus est post Demetrianum, qui Fabianum Babylæ successorem secutus erat. Cùm autem ambitione ingenti flagraret, nono etiam dogmate auctoritatem suam commendare mundo instituit, ac corruptit doctrinam de filio Dei, fingens in Christo humanam tantum naturam fuisse. Et λόγος apud Iohannem non significare personam à Patre distinctam, sed tantum propositum seu deliberationem æterni Patris de creatione mundi, & mittendo Christo.

Quare aliquot Concilia Antiochiæ contra ipsum celebrata sunt, præsertim etiam Gregorio Neocæsariensi, cuius confessionem supra annotavi. Tandem circa annum Christi 278. damnatus Samosatenus, & ex ecclesia eiectus est, successore Episcopo Dominio Demetriani filio. Euseb. lib. 7. cap. 23. 24. 25. 26.

PAVLVS, Tribunus militum sub Constantino, deinde martyr sub Iuliano. Alius, martyr Troianus. Alius Narbonensis Prudent. $\Psi\Phi$. Hymn. 4. Alius Constantinopoli, propterea quod εὐνομαχίας, impro-

improbanit, interfectus est circa annum Christi 730.
 Alius, martyr Augustodunensis sub Aureliano.

PELAGIVS, Hereticus, natione Britannus,
 circa annum Christi 420. Romæ docuit hominem
 absq; gratia & speciali auxilio Spiritus sancti, pro-
 prijs viribus posse Legem Dei implere, & remissionem
 peccatorum ac salutem consequi, sed adiutum à gra-
 tia posse facilius consequi. Addit naturam hominis
 integram & sine peccato nasci, nec peccatum Ade
 ulli nocere, nisi ipsi qui commississet. It' eod; infan-
 tes adeo innocentes nasci, ac ipse Adam fuisset condi-
 tus à Deo. Item, posse sanctos in hac vita sine pecca-
 to esse. Hos errores, Augustinus in libris de Gratia
 Christi, de gratia & libero arbitrio, de prædestina-
 tione & Gratia de bono perseverantia, de natura &
 gratia, de correptione & Gratia, de peccatorum
 meritis & remissione & libris 4. contra duas Pela-
 gianorum epistolas refutavit. Doctrinam verò de
 peccato Originali & concupiscentia in renatis reli-
 qua gravissimè libro secundo de gratia Christi, &
 sex libros contra Iulianum illustravit. Epistola et-
 iam 90. 91. 92. & sequentes, item 105. 106. 107. mul-
 ta de Pelagij causa, in Synodis agitata, Historica &
 dogmatica, lectu dignissima continent.

Verba Pelagij, quibus summam totius doctrina
 suæ de libero arbitrio expressit; recitantur ab Augu-
 stino in libro de Gratia Christi. Nos sic tria ista
 distinguimus et certum velut in ordinem digesta par-
 timus,

inquit Pelagius: primo loco posse statuimus,
 secundo velle, tertio esse. Posse in natura, velle in
 arbitrio, esse in effectu locamus. Primum illud, id
 est, posse, ad Deum proprie pertinet, qui illud crea-
 turæ suæ contulit: duo verò reliqua, hoc est, velle &
 esse, ad hominem referenda sunt, quia de arbitrij
 fonte descendunt. Ergo in voluntate & opere bono
 laus hominis est, imò & hominis & Dei, qui ipsius
 voluntatis & operis possibilitatem dedit, quiq; ipsam
 possibilitatem, gratiæ suæ adiuuat semper auxilio:
 Quod verò homo potest velle bonum atq; perficere, so-
 lus Dei est. Potest itaq; illud vnum esse, etiamsi duo
 ista non fuerint, ista verò sine illo esse non possunt.
 Itaq; liberum mihi est, nec voluntatem bonam habe-
 re, nec actionem, nullo autem modo possum non habe-
 re possibilitatem boni, inest mihi etiamsi noluerò, nec
 ocium sui aliquando in illa natura recipit. Quem
 nobis sensum exempla aliqua faciant clariorem.
 Quod possumus videre oculis, nostrum non est, quod
 verò bene aut malè videmus, hoc nostrum est. Et vt
 generaliter vniuersa complectar, quod possumus om-
 ne bonum facere, dicere, cogitare, illius est, qui hoc
 posse donauit, qui hoc posse adiuuat. Quod verò bene
 vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est,
 quia hæc omnia vertere etiam in malum possumus.
 Vnde, quod propter calumniam nostram sæpe repe-
 tendum est, cum dicimus hominem posse esse sine pec-
 cato, confessione possibilitatis acceptæ laudamus De-
 um

um, qui nobis hoc posse largitus est. Nec est ibi vlla
 laudandi hominis occasio, vbi solius Dei causa tracta-
 tur: Non enim de velle, nec de esse, sed tantummodo
 de eo, quod potest esse differitur. Ecce est totum do-
 gma Pelagij in libro eius tertio pro libero arbitrio, his
 omnino verbis diligenter expressum. Item, Qui
 currit ad Deum & a Deo se regi cupit, id est, volun-
 tatem suam ex eius voluntate suspendit, qui ei adbe-
 rendo iugiter vnus cum eo fit spiritus, non hoc nisi de
 arbitrij efficit libertate. Qua qui bene vtitur, ita se
 totum tradit Deo. ponitq; cor suum in manu Dei, vt
 illud quod voluerit Deus ipse declinet.

Item de Auxilio Gratia inquit Pelagius. His
 nos imperitissimi hominum putant iniuriam diuina
 gratia facere, quia dicimus eam sine voluntate nostra
 nequaquam in nobis perficere sanctitatem, quasi De-
 us gratia sua aliquid imperauerit, & non illis qui-
 bus imperauit, etiam gratia sua auxilium submini-
 stre, vt quod per liberum homines facere iubentur
 arbitrium, facilius possent implere per gratiam.
 Quam nos non, vt tu putas, in lege tantummodo, sed
 et in Dei esse adiutorio confitemur. Adiuuat enim nos
 Deus, per doctrinam & reuelationem suam, dum cor-
 dis nostri oculos aperit, dum nobis ne presentibus oc-
 cupemur, futura demonstrat, dum Diaboli pandit in-
 sidias, dum nos multiformi & ineffabili dono gratia
 tiam

caelestis illuminat. Deinde, qui hoc dicit, inquit gratiam tibi videtur negare? An & liberum hominis arbitrium & Dei gratiam consistetur? Item, Subditi sumus Deo, eiusq; faciendo voluntatem diuinam mereamur gratiam, et facilius nequam spiritui, auxilio spiritus sancti resistemus. Item in libro primo, pro libero arbitrio. Habemus autem possibilitatem vtriusq; partis à Deo insitam, velut quandam vt ita dicam radicem fructiferam atq; secundam, quæ ex voluntate hominis diuersa gignat & pariat, & quæ possit ad proprii cultoris arbitrium, vel flore nitere virtutum, vel sentibus horrere viciorum &c. Epistol. 107. Per hoc tantum putas à Domino gressus hominis dirigi ad elegendam viam dei, quia sine doctrina dei non ei potest innotescere veritas, cui propria voluntate consentiat. Cui si consentit, inquit, (quod in eius libero arbitrio constitutum est) rectè utiq; dicuntur ab illo dirigi gressus eius, vt viam eius velit, cuius doctrinam suasio- ne precedente, subsequente consensione sectatur, quod libertate naturali si vult facit, si non vult non facit pro eo quod fecerit premium vel supplicium recepturus. Hæc est illa pelagianorum mala, male diffamata, meritoq; reprobata sententia.

Ad obiectionem illam Romanos septimo: Non quod volo ago, & video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & respondet. Hoc quod tu de Apostolo intelligere cupis: omnes ecclesiastici viri, in peccatoris & sub lege adhuc positi affectant eum dixisse persona, qui nimia viciorum consuetudine velut quadam teneretur necessitate peccandi & quamvis bonum appeteret voluntate, vsu tamen precipitaretur in malum. In persona autem hominis vnius, designat populum sub vetere adhuc lege peccantem, quem ab hoc consuetudinis malo dicit liberandum esse per Christum, qui credentibus sibi primum omnia per baptismum peccata dimittit, deinde imitatione sui ad perfectam incitat sanctitatem, & viciorum consuetudinem virtutum vincit exemplo.

De peccato Originali, omne inquit, bonum ac malum, quo vel laudabiles vel vituperabiles sumus, non nobiscum oritur, sed agitur à nobis: capaces enim vtriusq; rei, non pleni nascimur, & ut sine virtute, ita & sine vicio procreamur. Atq; ante actionem propria voluntatis, id solum in homine est, quod Deus condidit. Epistol. 157. Si anima ex traduce non est, sed sola caro tantum habet traducem peccati, sola ergo peccatum meretur. Iniustum est enim, ut hodie nata anima, non ex massa Adæ, tam antiquum peccatum portet alienum: quia nulla ratione conceditur, ut Deus qui propria peccata dimittit, vnum impuret alienum.

Celestinus

Celestius verò, Pelagij discipulus in confessione Zosimo Papa exhibitâ multò apertius dicit. In remissionem peccatorum baptizandos infantes, non idcirco diximus, vt peccatum ex traduce firmare videamur, quod longè à Catholico sensu alienum est, quia peccatum non cum homine nascitur, quod post modum exercetur ab homine, quia non nature delictum, sed voluntatis esse demonstratur. Et illud ergo confiteri congruum, ne diuersa baptismatis genera facere videamur, & hoc præmunire, necessarium est, ne per mysterij occasionem, ad creatoris iniuriam malum antequàm fiat ab homine, tradi dicatur homini per naturam. Hunc sensum suum vobis aperire Pelagius, vel timuit vel erubuit, quem discipulus eius palam sine vllius obscuritatis ambagibus apud sedem apostolicam profiteri non timuit, nec erubuit.

Collatio Manichæarum & Pelagianarum
Hyperbolarum lib. 2. contra duas pelagianorum epistolas.

Pelagiani hoc bene faciunt, Manichæis anathema dicere, & eorum erroribus contra dicere. Sed faciunt duo mala, quibus & ipsi anathematizandi sunt. Vnum, quòd catholicos Manichæorum nomine criminantur, alterum, quòd etiam ipsi hèresin noui erroris inducunt. Neq̄ enim quia Manichæorum morbo non laborant, propterea fidei sanæ sunt. Quapropter aliud est quod anathematizamus cum eis,

quod in eis. Detestamur enim cum eis, quod recte displicet etiam ipsis ita tamen ut detestemur in eis, unde recte displicent ipsi.

Manichæi dicunt, Deum bonum non omnium naturarum esse creatorem. Pelagiani dicunt, Deum non esse omnium auctorem in hominibus mundatorem, saluatorem, liberatorem. Catholica utrosque redarguit, & contra Manichæos defendens Dei creaturam, ne ab illo instituta negetur vlla natura, & contra Pelagianos, ut in omnibus aetatibus perditam requiratur humana natura.

Manichæi carnis concupiscentiam non tanquam accidens vitium, sed tanquam naturam ab eternitate malam vituperant. Pelagiani eam tanquam nullum vitium sed naturale sit bonum insuper laudant. Catholica utrosque redarguit, Manichæis dicens, non natura, sed vitium est: Pelagianis dicens, non à patre, sed ex mundo est: ut eam velut malam valetudinem sanari utriusque permittant, desinendo illam tanquam insanabilem credere, isti tanquam laudabilem predicare.

Manichæi negant homini bono ex libero arbitrio fuisse initium mali. Pelagiani dicunt etiam hominem malum sufficienter habere liberum arbitrium ad faciendum præceptum bonum. Catholica utrosque redarguit, & illis dicens, Fecit Deus hominem rectum. Et istis dicens, Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis.

Manichæi

Manichei dicunt, Animam particulam Dei, nature male commixtione habere peccatum. Pelagiani dicunt, animam iustam, non quidem particulam, sed creaturam Dei, etiam in ista corruptibili vita non habere peccatum. Catholica utrosq; redarguit, Manicheis dicens, Aut facite Arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum, quod non diceretur homini, qui naturam facere non potest, nisi quia peccatum non natura, sed vicium est: Pelagianis dicens, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. His morbis inter se contrarijs Manichei Pelagianiq; confligunt dissimili voluntate, simili vanitate, separati opinione diuersa, sed propinqui mente peruersa. Iam vero gratiam Christi simul oppugnant, baptismum eius simul euacuant, carnem eius simul exhonorant, sed etiam hæc modis causisq; diuersis. Nam Manichei meritis nature bonæ, Pelagiani autem meritis voluntatis bonæ perhibent diuinitus subueniri. Illi dicunt, debet hoc Deus laboribus membrorum suorum: isti dicunt, debet hoc virtutibus seruorum suorum: utrisq; ergo merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum &c.

Pelagius I. Papa, tempore Totile euertentis Romam anno Christi 546.

Pelagia, virgo, Antiochena, ab Ambrosio lib. 3. de virginibus celebrata, quæ persecutores fugiens in flumine se ipsam suffocauit.

PELAGIA, formosissima meretrix Antiochena, ad fidem Christi conuersa, & baptizata à S. Nonno episcopo. In vitis Patrum.

PELARGVS, qui in locis Philippi de magistratibus & de ceremonijs nominatur: homo fanaticus, Nicolaus Storck, natus fuit in oppido Misnia Cyguæ, Zwickauu, & paulo ante seditionem Rusticanam, quæ fuit anno Christi 1525. vagatus in Turingia, iactitauit afflatus diuinos, visiones angelorum, extenuauit ministerium verbi & sacramentorum, improbauit magistratus, & omnes traditiones humanas. deniq; semina sparsit sectæ Anabaptistarum. Inter precipuos ipsius admiratores & discipulos fuit Thomas Münzerus, qui postea seditionis rusticorum in Turingia autor & dux fuit. Ipse Pelargus post infelicem euentum motus rusticani, fugitiuus in xenodochio Monacensi in Bauaria mortuus est.

Peleus, episcopus in Palestina, martyr sub Diocletiano. Euseb. lib. 8. cap. 14.

PELLA, vrbs Ammonitidis, vicina Philadelphe, trans Iordanem, in quam 6000. Christianorum monitore Deo paulo ante excidium Ierosolymæ confugerunt, atq; ibi mirabiliter defensi sunt, Euseb. lib. 3. Hist. Eccles. cap. 5.

PELVSIUM, vrbs Aegypti vltima versus Arabiam

Arabiam seu Asiam, sita in littore maris, ad ostium Nili, quod Pelusiacum vocatur, habet gradus long. 63. 20. Latitud. 31. 10. Fit eius mentio Ezech. 30.

¶ Sin. rubus spinus, Græcis a πηλος lutum. Inde apud Ieronymum Peluseotæ. 1. id est lutei carnalis Tom. III. fol. 88. Hodie Damiatia vocatur.

PENTECOSTE, Græca vox est, πεντηκοστή, quinquagesima, β. dies a Pasce. Nam vt quinquagesima die post institutum Pasce & exitum filiorum Israel ex AEGYPTO, Lex Dei in monte Sina promulgata est, anno mundi 2453. sic quinquagesima die post CHRISTVM verum Pasce immolatum, SPIRITVS SANCTVS in Apostolos effusus est, illa ipsa die, qua Lex Dei ante annos 1542. in monte Sinai data fuerat, Act. 2. 20. 2. Macc. 12. In Mose nominatur Festum Hebdomadarum, Leuit. 23. Num. 28. Deut. 16.

PEPVSIANI, sic dicti sunt Montani sectatores, à Pepusa Phrygiæ oppido, in quo Montanus, Prisca & Maximilla habitarunt.

Peregrinus, presbyter Romanus, docuit Evangelium in Gallia, martyr sub Adriano Imp.

Alius, martyr sub Commodò.

PERGAMVM vel Pergamus, vrbs Mysiæ, in Asia minore, ad ripam Caici Fl: sita, vbi primum facta est charta, quam vulgò pergamenum vocant. Fit eius mentio in Apocalypsi cap. 1. & 2. Fuit patria Galeni, & sedes Attaliorum regum.

PERGE, vrbs Pamphiliæ, quam Strabo ad fluminis Cestri, Ptolemæus ad Cataracti ripam collocat. In hac Euangelion docet S. Paulus, Actor. 13. 14. Abest autem à Cypri vrbe Papho, vnde Paulus soluit, 38. mill. germ. ab Antiochia Pisidiæ 34. milliaria, ab Attaleia maritima vrbe, vnde Paulus in Syriam redit, 6. mill. Habet gradus long. 62. 15. lat. 37.

PEROE A, regio in tribu Gad, trans Iordanem sita, à πέρους vel πέρους, quod illac in Mesopotamiam transitus sit, vel simpliciter Transiordana regio.

Perpetua, martyr sub Valeriano, in Africa vrbe Turbith, cum S. Felicitate pregnante ipsa lactans, bestijs obiecta, celebratur in sermone, qui Augustino tribuitur, de tempore Barbarico. Tom. I. X.

Perpetuus, episcopus Turonensis in Gallia, posteritatis memoriam adeptus est ædificatione templi, quod antecessori suo S. Martino dedicauit.

Perseus, filius Philippi posterioris, rex Macedonia, à L. Aemilio Romanorum Imp. captus biennio ante initium Iudæ Maccabæi. Fit eius mentio 1. Maccabæorum 8.

Persepolis, metropolis Persiæ, 2. Macc. 9. Habet long. 91. lat. 33. graduum.

PERSIA, regio Asiæ maioris, cuius fines sunt ab occasu, Tygris fluiuis: à septentrione, Assyria & Media: ab ortu, Carmania: à meridie, mare Persicum. In Biblijs sæpe vocatur regio Elam, ab Elam, filio Sem, Gen. 10. Dan. 8. Ierem. 25. 49. Actorum 2.

Sed in Esdra Cyrus nominatur rex פֶּרַס Paras, & eadem appellatio extat Ezech. 27. 38. Daniel 5. 6. 7. 10. 11. 1. Esd. 7. 6. Significat autem Paras seu Persae, milites, viri fortes, conculcatores, vel accipitres. פֶּרַס accipiter. Tenuerunt autem Cyrus & successores, Persarum & orientis imperium annis 200. vsq; ad Alexandrum magnum. Post cuius mortem anno 100. Parthi, Arsace duce, Orientis imperium occuparunt & defenderunt annis 400. vsq; ad Severum Imp. Circa annum à nato Christo 200. Persae rursus, domitis Parthis, in Oriente regnarunt, vsq; ad Heraclitum Imperatorem. Deinde Sarraceni late dominati sunt. Nostrorum maiorum etate, Assimbicus Vsucassanus, Rex Persarum laude bellica celebris fuit.

Calioannes Rex

Vsucassanus | Trapezuntis
Rex Persarum — Despoina.

Harduel — Martha. Iacupus inter-
les, gener fecit Harduellem.
Vsucasseni

HISMAEL | Alphan- Morat-
SOPHI, Rex tes chamus.
Persarum, qui cum Selymo Turcarum Imp. conflixit
anno Christi 1515.

76

Thomas 42. an-
nos regnavit,
obiit 1575.

Elcas seu
Casul.

Mahomet Ho-
dabendi cepit
1577

Hismael 11. pa-
tri successit altero
anno obiit.

Petronius, episcopus Bononiensis, vixit tempo-
re Theodosij Imp.

Petronella, filia S. Petri Apostoli fuisse fertur.
P E T R V S A P O S T O L V S, proprio nomine
Simon, id est, auditor dictus, Petri seu Cephe agno-
men à Christo accepit, Iohan. 1. Marci 3. Matth. 16.
Significat autem Petrus latine rupem seu saxum. Ut
enim rupes seu lapides solidi, in edificijs fundamenti
loco poni solent: ita fides Petri & totius Ecclesie, ni-
tatur firma & immota petra Christo, supra quem to-
ta Ecclesia edificata est. Iuuenius Praesolidum Simo-
nem dignum cognomine Petri.

Natus est in oppido Bethsaida, sito ad littus maris
Galilee, Iohan. 1. Patris nomen fuit Iohannes, Ideo
Iohan. 21. vocatur Simon Iohannis, & Matth. 16. Si-
mon Bar (filius) Iona, & Ioh. 1. Tu es Simon filius Iona.
Fratrem habuit Andream Apostolum, Ioh. 1. Matth. 4.
10. Vocatur à Christo, cum esset Piscator, ad munus
Apostoli, Lucae 5. Marci 1. Matth. 4. Maritum fuisse
constat

constat ex cap. 8. Matthæi & Luca 4. in quo Christus socrum Petri in oppido Capernaum, febris liberat, & 1. Cor. 6. Petatur autem reliqua Petri historia ex Euangelistis & Actis: ambulat in mari, Matth. 14. Edit confessionem de Christo filio Dei viuentis, Matth. 16. Luca 9. Marc. 8. ascendit vnâ cum Christo in montem, in quo Helias & Moses colloquebantur cum Christo, Matth. 17. Marc. 9. Luca 9. Pendit δὶσπαχυμῶν, Matth. 17. Tempore passionis Christi, ante periculum iactitans fortitudinem suam, constans est vsq; ad ancillæ vocem, qua fractus negat Christum. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioh. 18. Post resurrectionem accipit à Christo mandatum pascendi oues Christi, Ioh. 21. Eligit Matthiam, Act. 2. Concionatur in die Pentecostis, & conuertit ad Christum 3000. auditores, Acto 2. Sanat claudum ex utero matris, Acto. 3. δὲ πηλοῦν) coram Pontificibus, Act. 4. Interscit Ananiam, Acto. 5. obiurgat Simonem magum, Acto. 8. sanat Aeneam paralyticum, & resuscitat Tabitam mortuam, Acto. 9. concionatur apud Cornelium centurionem: Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent, Remissionem peccatorum accipere per Nomen eius, omnes qui credunt in ipsum, Acto. 10. Captus ab Herode liberatur ope Angeli, Acto. 12. Inde Festum, Vincula Petri. Præsidet in Concilio Apostolorum, & decretum sancit de abrogatione Legis: Credimus nos per gratiam Domini nostri Iesu Christi saluari, sicut

Et Patres saluati sunt, Actor. 15. Postea veniens Antiochiam, & simulans se ab Ethnicorum consuetudine abstinere, & sua simulatione ac infirmitate stabiliens opinionem, Quod Lex Mosi ad salutem necessaria sit: palam arguitur à Paulo, asserente ex operibus Legis neminem iustificari, Gal. 2.

Scriptit EPISTOLAM ad Iudeos, dispersos in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia & Bithynia, in qua tres Locos præcipue tractat, eosque varie inter se miscet. Hortatur enim populares suos, vt in vera agnitione & fide Christi pro nobis passi, constanter perseuerent. Deinde vt crucem Confessionis comitem, patienter tolerant. Tertio vt bonis operibus singuli in sua vocatione Deum colant. EX sine Epistole apparet, eam Babylone scriptam esse. Id etsi quidam de Roma interpretantur, tamen verisimilimum est, metropolin Chaldeæ significari.

In PRIMO capite Gratias agit Deo, quod immensa misericordia, propter Filium Dominum nostrum Iesum Christum, nos ad salutem & gloriam æternam vocauit, quam certo dabit omnibus, qui se dem constanter retinebunt. II. Monet vnã solam esse veram doctrinam de Deo & nostra salute per Christum reparanda, eam videlicet, quæ à Deo per Prophetas & Apostolos patefacta est. III. Adhortatur, vt hanc doctrinam firma fide amplectamur, eiq; in omni vita obediamus. IIII. Huic adhortationi miscet summam doctrinæ Euangelij de Redemptione facta

facta per sanguinem Christi victime, & de Regeneratione, quæ fit per verbum Dei & fidem.

IN SECVNDO capite, pertexit incoatam Adhortationem, vt vitent peccata, & sincera fide, inuocentione, propagatione doctrinæ & morum integritate Deum colant. II. Inserit insignem locum de edificio Ecclesiæ supra lapidem, hoc est, firmum & solidum fundamentum, Christum. de Sacerdotiis communibus, de Sacrificijs spiritualibus, quæ & pecudibus Leuiticis, & operibus non prelucente fide & spiritu sancto factis opponit. De peccatis contemtorum & hostium Euangelij. III. Redit ad exhortationem, vt repressis prauis cupiditatibus bona opera colant, vt Deus gloria afficiatur. IIII. De obedientia magistratui & Legibus politicis præstanda præcipit. V. Inserit admonitionem de abusu libertatis Christianæ. VI. Adhortatur ad Patientiam ab Exemplo Patientiæ Christi in Passione. Hac occasione doctrinam de sinibus & fructu passionis Christi in sine capitis adiungit. INTERTIO, De officijs vxorum erga maritos. II. De officijs maritorum erga vxores. III. Generalia præcepta de arificio tuendæ concordie, & totius vitæ innocentia tradit. IIII. Instituit Consolationem in ærumnis, quæ propter Iusticiam & confessionem veræ doctrinæ accidunt, & inter ceteros consolationis locos adhibet Exemplum Christi. V. Hac occasione inserit doctrinam de Redemptione facta à CHRISTO,

cuius

cuius digressionis hæc summa est: Vnicam Christi passionem & mortem fuisse λώτερον, & propiciationem non modo pro hominibus tunc viuentibus, sed pro omnibus inde vsq; à condito mundo defunctis.

IN QVARTO, recit ad propositum. Cum Christus sit passus, iustus pro iniustis, decet nos quoq; iusticiam & vitæ innocentiam colere, & pati. sunt enim hæc duæ præcipuæ partes quarti Capitis. I. Adhortatio ad vitanda peccata, & incoandam nouam obedientiam. II. Ad Patientiam in cruce Christi ferenda. In QVINTO Capite de officijs Pastorum Ecclesiæ. de Obedientia & Reuerentia. de Humilitate opposita superbiæ & impatientiæ. de fide in Deo acquiescente. de sobrietate. de Vigilantiâ. de Insidijs Diaboli firma fide & inuocatione reprimendâ. Postremo concludit epistolam insigni precatioe.

SECVNDÆ EPISTOLÆ PETRI
 status seu principalis Propositio est: Vna est veræ religio & doctrina de Deo, tradita in scriptis Prophetarum & Apostolicis. Hanc constanter retinere, & corruptelas veræ doctrinæ & falsos doctores vitare.

In PRIMO Capite, Exordij obscurioris hæc sententia est. O quàm abundè nobis largita est diuina virtus, ea, quæ ad vitam & pietatem veram pertinent, per agnitionem eius, qui vocauit nos per Filium gloriosum & perfectè iustum, per quem preciosissimæ & maximæ promissiones nobis donatæ sunt, vt per has diuinæ naturæ, immortalitatis & vitæ æternæ participes

icipes statis, effugientes peccata & prauas cupiditates, propter quas corruptioni & morti eramus obnoxij. In hoc ipsum igitur incumbite, vt prestetis in fide virtutem &c. ac vsq; in finem perseueretis. Deinde ponit Propositionem, Moneo, vt veram doctrinam de Christo, traditam per Prophetas & Apostolos retineatis. In SECVNDO Capite iubet cauere a Pseudoprophetis, & pœnas eis minatur & descriptionem Pseudoprophetarum, ac expressam illorum effigiem adiungit. In TERTIO hortatur, vt veram doctrinam de Christo per Prophetas & Apostolos traditam retineant, & sibi caueant à falsis doctoribus, & præcipue ab Epicureis, deridentibus religionem Christianam, vt fabulosam. deinde de Aduentu Christi ad extremum iudicium, & de fine mundi admonet. Desleclit iterum ad exhortationem, vt piè & sanctè viuant, & omni tempore parati sint ad excipiendum Christum iudicem, & suam pietatem, fidem, & bonam conscientiam ipsi probandam.

Eusebius lib. 2. cap. 25. scribit Petrum Romæ sub Nerone cruci affixum esse. Tertull. lib. 4. contra Marcionem: Romanis Petrus & Paulus Euangelion sanguine suo signatum reliquerunt. Quod autem vulgò fertur, Petrum 25. annos episcopatum Ecclesie Romanæ tenuisse, id, & cum historia sacra pugnat, & ex alijs historijs certis probari non potest.

PETRVS, episcopus Alexandrinus, successor Theonæ, refutauit Meletium, qui heresin Nouati amplexus,

plexus, veniam lapsis negabat, excommunicauit Ar-
um Diaconum, eò quod Meletij dogma defendebat.
Tandem à Galerio Maximino, quem Diocletianus
Augustus sibi Casarem adiunxerat, capite truncatus
est, Euseb. lib. 9. cap. 6. Huius Canones pœnitenti-
ales, de multis lapsorum in persecutione extant lib.
7. Bibl. S. Patrum.

Petri Apollonij Collatij presbyteri Nouationis
Carminum libri quatuor de Excidio Ierosolyma
Tom. 8.

Petrus, cubicularius Diocletiani, ostendens im-
probari sibi crudelitatem, qua Christiani passim tru-
cidabantur, iussu Imp. primum pelle detracta aceto
ac sale perfusus, deinde in craticula, prunis substra-
tis, tostus est, Euseb. lib. 8. cap. 6.

Petrus, episcopus Alexandriae, orthodoxus, succ-
cessit D. Athanasio. pulsus autem à factione Ariana,
Romae exulauit, tandem Damasi literis commenda-
tus ecclesiae Alexandriae rursus aliquandiu presuit, ac
tandem placida compositus pace quieuit. Trip. lib. 7.
cap. 37. & lib. 8. cap. 14.

Petrus, episcopus Edesse in Mesopotamia, à Gen-
nadio inter scriptores Ecclesiasticos recensetur, vixit
circa annum Christi 460. Alius, martyr Lampsa-
cenus sub Decio. Alius, prae datus dono sanandi ob-
sessos à demonibus, martyr Romanus sub Dioclet.
Alius, miles Aegyptius, martyr sub eodem Diocle-
tiano.

Petrus Abailardus tempore Bernardi in Gallia
nouas opiniones de Trinitate, degeneratione filij, pro-
cessione spiritus sancti, & alijs articulis sparfit, quas
Bernardus epistola 190. 180. recenset.

Petrus Chrysologus Imolensis, archiepiscopus
Rauennas, tempore Synodi Chalcedonensis & Mar-
tiani ac Leonis I. Imp. floruit.

PHACEE, Dux Phaceie regis Israel, quo inter-
fecto regnum Israel 20. annos tenuit, tempore Ioathan
& Achaz regum Iudae, 4. Reg. 15. 16. Esa, 7. 2. Pa-
ral. 28. עֹרַיִצִּי פֶקֶח Pekah, prudens, solers, & פֶּקֶח
Pakah, aperuit, vidit.

PHACEIA, filius Manaben, decimus septimus
rex Israel, interfectus à Phacee, 4. Reg. 15.

פֶּקַחִיָּה Pekahiah, visio Domini.
Phadassur, pater Gamaliel Ducis, Num. 1. 2. 7.

פֶּדָה צוּר Pedah Zur, redemptio fortis.
PHALECH, filius Heber, Gen. 10. 11. Luca 3.

עֲבְרָאִי Peleg, diuisio, eò quod in diebus eius di-
uisa sit terra. Nam anno primo etatis Phalechi, an-
no post diluuium centesimo primo, Terra diuisio facta
est. Vixit cum Abraham 48. annis.

Phallu, filius Ruben Patriarcha, Gen 46. Num.
26. Exod. 6. פֶּלִיאָה Phallua, mirabilis.

Phalti, filius Raphu, de tribu Benjamin explora-
tor, Num. 13. פֶּלְטִי a Phalat, euasit, liberatus est.

פֶּרְפֹּאִי Raphu, Medicus.
Alius gener Saulis, 1. Reg. 25. 2. Reg. 3.

Phaltiel,

Phaltiel, filius Ozam. Num. 34.

פֶּלְתִּיאֵל liberavit Deus. עֶזְרָא fortis.

PHANVEL, locus in ripa Iordanis, ad ostium Iaboch, ubi Iacob vidit Dominum facie ad faciem, hoc est, ubi vidit filium Dei indutum illa ipsa specie seu idea naturæ humanæ, quam postea assumenturus erat, Gen. 32. Ebraice פְּנִיֵּאל Peniel, facies Dei. Arcem oppidi Phanuel postea deleuit Gedeon, Iud. 8. Phanuel, pater Annæ Prophetissæ ex tribu Aser, Luc. 2.

Phara, minister Gedeonis, Iud. 7.

פָּרָה Purah, frugi, vel אֶפְרַיִם contritor.

Phara, vrbs munita à Bachide præfecto Demetrii, 1. Macc. 9. Φαργαθών.

PHARAM, rex Ierimoth, à Iosua strangulatus, Ios. 10. פְּרָחִים Phiream, siluestris.

PHARAN, non vnus tantum certum loci aut oppidi nomen est, sed longissimum tractum Arabiae Petrae, à mari rubro, vsq; ad fines Iudæe complectitur, in quo etiam mons Sinai, Horeb, Asseroth, & aliæ mansiones, Rethmah, Remonphares, Libnah, includuntur, quas alijs appellationibus Tophel, Laban, Deut. 1. nominari verisimile est, Genes. 14. 21. Num. 13. 14. Abac. 3. פָּרָן Paran, Gloria, ornatus magnificentiæ, à פָּרָה ornauit, gloria affectit, vel Dux letitiæ, à פָּאָה & רָנָן.

PHARAO, Cognomen regum Aegyptiacorum, vt apud nos Augustus, Cæsar, Genes. 12. 37. 40. Esai. 36.

Esai. 36. Ebr. 11. Pharaonis, qui persequens Israelitas
in mari rubro submersus est, proprium nomen fuit
Chencres. פֶּרְעֹה Pareoh, Vindex, liberator, à פֶּרַע
Para deducitur, quod varia significat, vindicare, dis-
sipare, denudare, abominari.

PHARATHON, oppidum in tribu Ephraim,
Iud. 12. פֶּרְעָתוֹן.

PHARES, filius Iudæ, nepos Iacob. Gen. 38. 46.
Num. 26. Ruth. 4. Matth. 1. Luc. 3. פֶּרַץ ruptor, à
פָּרַץ interrupit. Nam cum in utero matris alter
gemellus proferret manus, hic perruptis & diuisis se-
cundinis, prior egressus est, Gen. 38.

PHARFAR, flumen Syriæ vicinum Damasco,
4. Reg. 5. aliqui Orontem, qui Antiochiam alluit esse
existimant. פֶּרְפָר bos, vel confregit.

PHARISÆI, sic dicti à verbo, פָּרַשׁ Paras.
explanauit, exposuit, interpretatus est, interpretes seu
enarratores Scripturæ. Primum autem orta sunt
hec nomina sectarum in populo Iudaico, post Iudæ
Maccabæi tempora, sub Ionatha, teste Iosepho, lib 13.
cap. 7. 17. & lib. 18. cap. 2. & lib. 2. de Bello Iudaico,
cap. 7. Amplectebantur Pharisei Mosen & Pro-
phetas, sentiebant animas hominum immortales esse.
sed tamen de præcipuis doctrinæ Christianæ parti-
bus, de Lege, de Peccato, de Christo, & de Ceremonijs,
impias opiniones & expositiones propagabant. Lege
Dei sungebant tantum externam disciplinam flagita-
ri, & peccata esse tantum externa scelera & viola-

tiorum suarum traditionum. Messiam somniabant fore regem mundanum, nec sentiebant Filium Dei moriturum, aut victimam fore. Docebant hominem posse Legi Dei satisfacere, & hac impletione legis, seu bonis operibus, & sacrificijs remissionem peccatorum & vitam eternam mereri. Addebant multas traditiones de lotitionibus, de icianijs, donarijs templo offerendis, & similibus ceremonijs, quas longè anteferebant operibus in Decalogo mandatis, & in exaggeranda dignitate & cumulandis traditionibus, & in venditione victimarum suo quæstui serviebant. Vnum bouem vel vitulum sæpè redemptum, mactabant pro multis, sicut nostri Papistæ vnâ Missam celebrarunt pro multis. Fit eorum mentio Matth. 3. 5. 9. 12. 15. 16. 19. 22. 23. Marc. 2. 3. 7. 8. 10. 12. Luc. 5. 6. 7. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 10. 3. 7. 8. 9. 12. Act. 15. 23. 26. &c.

PHARVE, pater Iosaphat præfecti Salomonis, 3. Reg. 4. פרוח Paruah, Florentius.

Pharus, ex aulico factus episcopus Meldensis in Gallia.

Pharurim, 4. Re. 23. פרוח Paruarim, sub vrbia.

PHASELIS, portus Lyciæ, in sinibus Pamphylia, 1. Macc. 15.

PHASGA, mons in regione Moab, Ios. 13. Num. 21. 23. Deut. 34. qui pars fuit montium Abarim, quæ Hierichuntem spectant. פסגה Pisgah. Ieronymus vertit, dolatum, politum à פסס. Sed פסג Pisg proprie significat collem seu verticem montis.

PHAS-

PHASSVR, filius Emmer, summus Pontifex,
conicit Ieremiam in carcerem, Ierem. 29.

פֶּשְׁחֹר Phashur, latus & candidus.

Alius est Phassur, filius Melchiz. Ierem. 21. 38.

PHATVEL, pater Ioelis Prophetæ.

פְּתוּאֵל paruulus Dei.

PHATVRES, regio Aegypti à Phatru seu filio
Mizraim nominata Gen. 10. Ierem. 44. Ezech. 29.

30. Esa. 11. ubiq; in Ebræo est פֶּתְרוֹס Pathros, פֶּרֶס
Paras, diuisit, fregit. Lutherus putat hac voce Cy-
renæos significari.

PHEDAHHEL, filius Amiud, diuisor terræ,
Num. 34. פְּרָהָאֵל redemit Deus.

PHEGIEL, filius Ochram, princeps tribus
Aser in deserto, Num. 1. 2 7. 10.

פְּעִיגֵאל Phagiel, occurrit mihi Deus.

עֹכְרָן Ochran, turbauit eos.

Pheldas, filius Nachor, Gen. 22.

פֶּלְדָּאֵס Phildas, ruina tritulantis.

PHELETI, satellites Dauidis regis, 2. Reg. 9.

פְּלֵתִי separati, אֶפְלָה.

Pheltias, filius Benania, Ezech. 11.

פְּלִטִיא ruina declinans.

PHENENNA, vxor Helcana, 1. Reg. 1.

פְּנִינָה Peninna, margarita, vel conuersio.

PHEREZ AEL, populi terræ Canaan, fortasse
orti ex aliquo posterorum Canaan, nam inter filios
Canaan non recensentur, prope Sichem habitauerunt.

Gen. 13. 15. 34. Exod. 3. 33. Ios. 3. 9. 11. 12. 17. Iud. 1. 3.
Deut. 7. 3. Reg. 9. Iud. 1. apparet eos etiam in tribu
Iuda quaedam loca tenuisse. פרזי Perizi, habitan-
tes in villis, non circumdatis muro.

P H E T V S I M, filius Mizraim, Gen. 10. vt Esai.
11. Ezech. 29. 30. Ierem. 44. inter populos Aegyptij
vicinos nominatur Phatros.

פּתרוסימ Phatrusim, אַ פּתא buccella.
P H I A I R O T H, fauces montium contiguorum
sinui Arabico, seu mari rubro, in quas consulto Deus
populum Israel duxit, vt miranda liberatione illustri-
us testimonium suae omnipotentiae & bonitatis osten-
deret, Exod. 14. Num. 33. Ebraice פּיחאירות Pi-
Hahiroth os nobilium.

P H I C O L, princeps exercitus Abimelech, regis
Gerare, Gen. 21. פּכור os capax.

P H I L A D E L P H I A, vrbs Lydiae, vicina Sar-
dibus, Apoc. 1. 3.

Philastrus, episcopus Brixienfis, familiaris D.
Ambrosio, vixit circa annum Christi 390. scripsit li-
brum de 128. heresibus, qui extat etiam in sexto ro-
mo Bibl. S. P. & ab Augustino aliquoties citatur.

Phileas, episcopus Thumis in Aegypto, martyr
sub Diocletiano, die 4. Februarij. Euseb. lib. 8. cap. 10.

P H I L E M O N, ciuis Colossensis, & οὐίεγυ
Pauli in praedicatione euangelij, cui seruum fugiti-
uum, Onesimum, artificiosissima petitione Paulus re-
conciliat, in epistola illi inscripta.

Phile-

Philemon, Choraula, martyr Antinoi sub Diocletiano, die 8. Martij.

Philenus, propter confessionem crematus est in Aegypto sub Diocletiano.

Philetus, Hereticus, tempore Pauli, docuit resurrectionem iam factam esse, hoc est, nullam esse aliam resurrectionem, quam conuersionem, qua mortuus peccato, fide viuificetur, vt in nouitate vitæ ambulet.

Philetus, episcopus Antiochenus, Euseb. lib. 6. cap. 16.

PHILIPPVS APOSTOLVS, ex oppido Bethsaida oriundus fuit, Iohan. 2. 12. Vocatur à Christo ad munus Apostoli, altera die post Petrum, Iohan. 1. deinde Nathanaëlem ad Christum adducit. Idem Christo de pascendis 5000. hominibus deliberanti, ostendens se Arithmeticum esse, subiicit 200. denarijs, hoc est, 25. aureis Rhenensibus vix emi panes posse, Iohan. 6. Idem indicat Christo adesse Græcos, qui ipsum videre cupiant. Ioh. 12. Eidem Philippo, petenti à Christo, vt Patrem æternum sibi ostenderet respondet Christus, Philippe. Qui me videt, videt Patrem meum, Iohan. 14. Post resurrectionem Christi scribitur viginti annos propagasse Euangelion in Scythia, ac tandem peragrata minori Asia, in vrbe Hierapoli vicina Colossis, vbi Typhon ardens sepultus ferebatur, magna certamina cum Typhonis cultoribus habuisse, & vnà cum duabus filiabus, conditus esse. Euseb. lib. 3. cap. 31. Alij addunt Philip-

pum in cruce pendentem, lapidibus obrutum esse. Nominis Philippi Ebraeum etymon fingit Arator Impene Philippum Lampadis os, quod Ebraeus ait, qui mentis honorem Nomine teste probat. Graecis Φίλιππος est Eques seu amator equorum, ἀλλ' οὐδὲν εἰν ἄλλο πᾶσι θεῶν Φίλ.

PHILIPPVS EVANGELISTA, vnus ex septem Diaconis, Act. 6. primus praedicauit Christum in Samaria, & Aethiopen eunuchum conuertit, Act. 8. postea Caesaree cum quatuor filiabus prophetisis habitauit, vbi apud eum Paulus diuertit, Actorum 23.

PHILIPPVS, Tetracha Trachonitidos, Luc. 3. frater Herodis Antipae, qui fratris Philippi uxorem Herodiadem rapuit, Marc. 6. Matth. 14. Lucae 3. Hic oppidum ad fontes Iordanis situm, quod antea Paneas vocabatur, ornauit, & in honorem Caesaris & sui nominis Caesaream Philippi appellauit. Narrat autem Iosephus, hunc Philippum, iusto & moderatissimo imperio suae regioni annos 37. praefuisse, & 20. anno Tiberij obiisse. Iosephus lib. 18. cap. 9.

PHILIPPVS, pater Alexandri magni, regnauit in Macedonia 24. annos, annis 360. ante Christum. Historiam rerum ab ipso singulis annis gestarum describit Diodorus Siculus, lib. 16. Fit eius mentio in Biblijs, 1. Macc. 1.

PHILIPPVS pesterior, filius Demetrii, pater Persei, fuit rex Macedoniae annis 200. ante Christum. Gessit cum Romanis bellum, quod Livijs Decad. 4. describit, ac tandem victus pacem impetrauit. Huius Philippi mentio fit, 1. Macc. 8.

Philippus, tutor Antiochi Eupatoris, filij Epiphanis, 1. Macca. 6. antea nomine Antiochi praefectus erat Ierosolymae & Antiochiae, 2. Macca. 5. 6. 8. 13.

PHILIPPENSES, ad quos S. Paulus Epistolam scripsit, incolae fuerunt urbis Philippi, sitae in finibus Macedoniae & Thraciae, quae habet gradus longit. 50. 45. latit. 41. 45. Distat igitur à Troiade, ubi Angelus specie viri Macedonis Paulum vocauit (Act. 16.) 52. mill. german. ab vrbe Roma, 160. mill.

Nomen huic vrbi impositum est à Philppo Macedone Alexandri magni patre, anno ante natum Christum 354. Antea enim Dathos nominabatur, & postea κρηλίδες, fontana seu Venae auri, quarum tanta vbertas fuit, vt prouerbia inde orta sint, Dathos bonorum, & Thassus bonorum. Facit mentionem huius vrbis & venarum auri Herodotus lib. 9. ubi scribit Sophonem Atheniensem, ἀποθανεῖν ὑπὸ ἡδωνῶν ἐν Δατῶ, πρὸ τῆς μεταλλῶν τῶν χρυσέων μαχεόρων. & Diodorus Siculus lib. 16. Θάσσιοι ἠκίστην τῆς ὀνομαζομένης κρηλίδας, Thasi inhabitauerunt urbem Crenidas, & postea: Φίλιππος ὁ πᾶσι τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, τὴν πόλιν κρηλίδας,

ἐταξήσας οἰνητόρων πλῆθει, μετωνόμασεν Φι-
 λίππας, ἀφ' ἑαυτῆς προσαγορεύσας. Τὰ δὲ κτ'
 τῶν χώρων χρύσεια μέταλλα παντελῶς ὄντα λι-
 πῶν Ἰππὶ ποσειῶν ἤυξασεν, ὥστε διῶαζ Φέρμ
 αὐτῶν πρὸσδοκῶν πλεῖον ἢ τελευτῶν χιλίων. Νό-
 μισμα δὲ χρυσοῦ ἐκόψε τὸ προσαγορευθὲν ἀπὸ
 ἐκείνου Φιλιππειον. Philippus rex Macedoniae,
 urbem Crenidas, augens incolarum numero, abolo-
 priore nomine, vocavit Philippos. Quae vero in re-
 gione erant auri metalla admodum exigua, sic auxit,
 ut reditus annuos ferrent plus quam mille Talento-
 rum, hoc est. 600000. coron. Percussit etiam mone-
 tam auream, qui Philippii aurei ab ipso nominati
 sunt. In hac vrbe Philippis, quae Colonia Romano-
 rum fuit, ut ter in 16. cap. Actorum, & ff. de censibus
 Item ff. ad S. C. Trebellianum l. Ballista narratur:
 primus Euangelion docuit Paulus, Actor. 16. 1. Thess.
 2. Et ex eadem vrbe, cum secundo in eam venisset,
 scripsit secundam Epistolam ad Corinthios, 2. Corint.
 16. Cumq; post scriptam epistolam Corinthum venisset,
 & inde in Asiam rediret, denuo per Macedoniam &
 urbem Philippos iter fecit. Actorum 20.

IN EPISTOLA AD PHILIPPEN-
 SES scripta à Paulo Romae captiuo, CAP. I. sta-
 tulatur Philippensibus contigisse veram agnitionem
 Euange-

Euangelij Christi, & orat Deum, vt Lucem vere do-
 ctina in eis seruet & augeat. Deinde hortatur Phi-
 lippenses, ne dubitent de doctrina Euangelij, neue
 eam abijciant propter ipsius erumnas, & carcerem,
 & narrat hac occasione latius propagari Euange-
 lion. In fine hortatur eos ad gubernationem vitæ di-
 gnam Euangelio, ad concordiam, ad constantiam in
 confessione, ad patientiam in cruce. **SECUNDI**
 capituli initio grauisima adhortatio ad Humilita-
 tem, & studium tuendæ concordie, sumta ab exem-
 plo Christi instituitur, & simul inseritur descriptio
 duarum naturarum in Christo. Deinde hortatur eos,
 vt diligenter & serio discant & audiant doctrinam
 à se acceptam, & addit insignem consolationem de
 efficacia & auxilio Dei. In fine familiaria quedam
 de suo erga ipsos amore & solitudine commemorat,
 & Timotheum & Epaphroditum ipsis commendat.
IN TERTIO hortatur Philippenses, vt caueant cor-
 ruptelas veræ doctrinæ de iustificatione, & insigne
 discrimen iusticiæ Legis ac Euangelij exponit, &
 antithesin suæ doctrinæ ac studij, & falsorum docto-
 rum instituit. In **QUARTO** Capite, de præci-
 puarum virtutum officijs, de constantia, de tuenda
 concordia, de gaudio Christiano, de *ἰκεταία* seu
 equitate, de fide, de inuocatione, & gratiarum actio-
 ne, de veritate, grauitate, iusticia, castitate, comita-
 te, studio bonæ famæ & cæteris præcipit. In fine
 gratias agit pro muneribus per Epaphroditum sibi
 missis

misis, & orat Deum, vt hæc beneficia vicissim compenset.

PHILIPPVS, primus ex Imp. Romanis Christi fidem amplexus est, anno Christi 250.

Philippus, vnus ex septem filijs S. Felicitatis, martyr cum matre & fratribus, sub Antonino.

Philippus, episcopus Cretæ, tempore M. Antonini, celebratur à Dionysio & Ieronymo.

PHILISTIM, filius Mizraim, nepos Cham, Gene. 10. cuius posteri quinq; vrbes in littore terra Canaan, videlicet Azotum, Acaronem, Ascalonem, Geth, Gazam, & vicina loca tenuerunt, Iosue 13. Fuit autem inter Israelitas & Philistæos vicinos, perpetuum $\alpha\gamma\epsilon\iota\ \alpha\sigma\pi\omicron\nu\delta\omicron\nu$ bellum, vt historiae Iudicum & Sauls ostendunt. Tandem à Davide sub iugum redacti sunt, 2. Reg. 8. פְּלִשְׁתִּים Philistim, ruinae ponentes, à נֶפֶל & שׁוֹת .

PHILOLOGVS, vnus ex primis Christianis Romæ conuersis, antequam Paulus eo veniret. Hunc salutat Paulus Roma. 6. Φιλολόγος & amans litterarum & bonarum artium.

PHINEES, filius Eleazari, nepos Aaronis, ardens zelo castitatis & gloriæ Dei, interficit Israelitam scortantem cum Madianitide, Num. 25. 31. Syrac. 45. Psalm 106. mittitur legatus ad Rubenitas & Gadditas, Iosue 22. 24. Idem autor est perficiendi belli contra Beniamitas, Iud. 20.

פִּינְחָס, Pinehas, os confidens, אֲחֵיזָכָר Hasab.

Phinees, filius Heli sacerdotis, 1. Reg. 1.

Phinon, Dux Idumææ, Gen. 36.

פִּינָן Os contristans.

Phinon, 36. mansio Israelitarum in deserto,

Num. 33.

PHISON, vnum ex quatuor Paradisi fluminibus, Gen. 2. Syra. 24. Quo nomine postea in historijs aut Geographorum tabulis appelletur? prorsus incertum est. Iosephus & hunc secuti ferè omnes GANGEN interpretati sunt, vt Alcimus Auitus canit, Quartus dehinc Phison quem nominat India Gangen, cuius ostia Ptolemæus habere ait long. 145. lat. 18. graduum: Lusitani, qui patrum memoria Indias classibus suis explorarunt, & imperium in ijs amplum constituerunt, latitudinem eandem, sed longitudinem non plus 120. graduum annotant. Cum autem sit χρυσόχοος seu arenas auri voluat, vt Rhæmus, Pactolus, Tagus: congruere ad eum Phisontis descriptionem iudicarunt. Sed cum Paradisus in regione Eden, Syria & Assyria fuerit, quæ Euphrate et Tigride notis fluminibus irrigantur, & in textu Gen. 2. Phison circumire terram Euilath scribatur: quàm ex Gen. 25. & 1. Reg. 15. manifestè apparet Ismaelitis & Amalechitis in Arabia conterminam fuisse: consentaneum est Phisontem fluium alluentem terram Euilath, ad Arabia felicis et sinus Persici oram, auri & vionum feraciss: potius quàm in India collocandū esse.

Gen-

Coniecturam eorum qui literarum & soni vicinitate adducti, PHASIN Colchidis fl. Argonautico carmine celebratum significari aiunt, omitto. פִּישׁ
 אֲשֵׁר creuit, exuberavit, ad quam etymologiam alludit Syracides, cum ex libro verbi diuini vberissimam sapientiae & doctrinae copiam instar Phisontis fl. cum euagatur latissimè, emanare scribit.

PHITON, munitio ab Israelitis adificata in Aegypto, Exod. 1. פִּיתוֹן Pitbon, os perfectum.

PHLEGON vnum ex primis Ecclesiae membris, quae Romae ad fidem Christi conuersa sunt: Huius salutem dicit Paulus, Rom. 16.

Φλέγων, ardens vel illustrans.

Phocas, episcopus Ponti, martyr sub Traiano.

Alius, martyr Antiochenus.

PHOEBE, ministra Ecclesiae piorum in Cenchreis, per quam S. Paulus Epistolam inscriptam Romanis misit, Rom. 16. Φοίβη, lucida, pura, Phobus à Φῶς & Βίβη, q. d. lux vitae.

PHOENICE, pars Syriae, continua Palaestina versus septentrionem. Celebres Phoeniciae urbes fuerunt, Tyrus, Sidon, Tripolis, Berytus & aliae, mercaturae, studijs doctrinae, artibus naualibus & alijs clarissime. οὗτοι δὲ οἱ φοίνικες τὸ παλαιὸν οἰκοῦν ἐπὶ τῇ ἐρυθρῇ θαλάσῃ, ἃς τεύτῃν δὲ ὑπὸ τῶν οἰκιστῶν τῆς Συρίας οἰκεῖσιν τὸ παρὰ θαλάσσαν, τῆς δὲ Συρίας τῆς τὸ χωρίον καὶ τὸ μέγεθος Αἰγύπτου πᾶν

πῶν Παλαιστίνη καλέεταυ Herod. lib. 7.

Ex Phœnicia in Aphricam colonia deducta est à Didone, vnde Pœni orti sunt, seu gens Punica, quæ cum Romanis, de imperio orbis terrarum dimicauit.

Fit Phœnices mentio, Actor. 11. 15. 21.

Gen. 14. vbi nos habemus, vsq; Hoba & Phœnicen, &c. in Ebræo fonte, nulla fit Phœnices mentio.

PHOENICIS PORTVS, in litore Cretæ, spectante meridiem & occasum, cuius long. 53. 45. lat. 34. 20. Fit eius mentio, Actor. 27.

PHOGOR, Idolum Moab, Num. 25. 23. Deut. 3. 4. 34. Ebraicè פֶּעוֹר Peor, à nuditate sic dictum. Ieronymus scribit Priapum fuisse.

PHOTINVS, episcopus Lugdunensis, natus annos 90. propter confessionem Christi interfectus est sub Antonio Imp. Euseb. lib. 5. cap. 2.

Photinus, episcopus Sirmij in Illyrico, ingenij viribus valens, doctrinæ opibus excellens, eloquio præpotens, multa continentia & ingenij bona vno superbia vicio perdidit, hæreticus, docuit vnam tantum esse personam in diuinitate, nec λόγον esse personam à Patre distinctam, Trip. lib. 5. cap. 5. 6. 8.

PHOV, vrbs Idumææ, Gene. 36. פֶּזוֹ Phau, à פָּזַע vociferatus est.

PHRYGIA, regio Asiæ minoris, inclusa ab ortu parte Galatiæ & Pisidiæ: à septentrione, Bithynia & Galatia: ab occasu, Lydia & Mysia.

Phrygiæ vrbes celebres sunt, Apamia, Laodiceæ, Ancyra.

Ancyra, Pessinus, Celene patria Marsya tibicinis. Fit Phrygiae mentio, Actor. 2. 16. 18. 2. Maccab. 5. 1. Timoth. 6. Phrygia, asinus quiescens seu ignavus, אֲרִיָּהוּ & עֲרִיָּהוּ. congruit prouerbio, Phryges plagii. Quod autem 1. Timoth. 6. Phrygia Pacatiana nominatur, fateor me epitheton illud Pacatiane nusquam apud Geographos vel alios authores idoneos legisse.

PHVA, obstetrix Aegyptia, Exod. 1.

פְּוֵעָה, prae dolore vociferans.

PHVA, filius Isaschar Patriarchae, Gene. 46. Num. 26. Alius, filius Dodo, ex tribu Isaschar Patet Tholae Indicis Israelitarum, Iud. 10. פְּוֵעָה staturus, follis.

PHVLBELOCHVS, pulso Sardanapalo, regnum Assyriorum & Babyloniorum occupauit, tempore Azariae regis Iuda. Huius mentio fit. 4. Reg. 15. 1. Paral. 5. Huius regis temporibus in Ninive concionatus est Ionas.

PHVTH, filius Cham, nepos Noe, Gen. 10. Ab eo orti sunt Mauri, apud quos flumen Phuth nominant Ptolemaeus lib. 4. & Plinius lib. 5. cap. 1.

פֹּט Phuth, cardo. In Prophetis, latinus interpretatur, vocem Phut, ferè Libyam reddidit, Ierem. 46. Ezech. 27. 30. alibi Africam, vt Nahum 3. Esa. 66.

Phutiel, socer Eleazari sacerdotis, Exod. 6.

פֹּטִיָּהוּ cardo Dei.

Phygellus, amicus perfidus, deserit Paulum, Romae captiuum, 2. Tim. 1.

PYTHON

PYTHON, πύθων, est Diabolus respondens interrogantibus, sic dictus ἀπὸ τῆς πυθάνεσθαι, interrogare, vel à Pythone serpente, hoc est, Diabolo, qui obsessarum linguam regit, vt consulentibus futura predicat, Acto. 16. Et 1. Reg. 28. Mulier habens Pythonem Sauli sciscitanti excitat è morte Samuelem, id est, Diabolum ostendentem se in specie Samuelem. Ebraicè אִבְרָם Ob, à lagena seu vtre inflato.

Piamon, eremita & presbyter, celebratur Trip. lib. 8. cap. 1.

Piaton, Romanus presbyter. Tornaci in Gallia, propter confessionem Christi decollatus est sub Domitiano Imp.

Pierius, presbyter ecclesie Alexandrinæ.

Pigmenius, presbyter Romanus, Catecheta Iuliani Imp. & martyr, die 24. Martij.

PILATVS, In Iudæa regi Herodi successit filius Archelaus, Matth. 2. Hunc Archelaum propter crudelitatem relegauit Augustus in Galliam, anno Christi 11. ac deinceps Iudæam gubernauit per præfides Romanos, Coponium, Marcum, Annum Rufum, ex quibus singuli binos annos, vsq; ad mortem Augusti præfuerunt. Tiberius Imp. initio sui imperij Valerium Gratum in Iudæam misit, qui cum vndecim annis Iudæe constituitur anno Christi 28. anno Tiberij 11. Hic Pilatus Christum à sacerdotib. accusatum seditio nis & blasphemie, contra conscientiam condemnat.

Matth.

Matth. 27. Marc. 15. Iohan. 18. 19. Luca 23. 3. 13. miscet sanguinem Galilæorum cum sacrificijs eorum
 Lucæ 13. deniq; multa alia tyrannicè crudeliter &
 impiè perpetravit quæ apud Iosephum legantur. Fit
 eiusdem mentio Luca 3. Actor. 3. 4. 15. 1. Timoth. 6.
 Cum autem ad causam dicendam à Casare Romano
 euocatus esset: alij securi percussus, alij in Tiberi,
 alij relegatum Viennam Gallie, in Rhodano submer-
 sum, & cadaver in Heluetiam delatum, non longe à
 Lucerna, in lacu quodam montis pacti, collibus cir-
 cumsepto, denuòmersum esse fabulantur. De patria
 etiam aliqui Germanum fuisse his rythmis iactant.
 In Forcheim natus est de statione Pilatus, Teutonicæ
 gentis, crucifixor omnipotentis.

PINTIVS, episcopus Gnostorum in Creta; ad
 quem Dionysius Corinthiorum episcopus scribit. ad-
 monens eum, ne fratribus necessitatem compulsæ car-
 nitatis indicat, in quo nonnullorum periclitetur in-
 firmitas. Vixit tempore Antonini Imp. Euseb. lib. 4.
 cap. 23.

PIONIVS, martyr Smyrneus, cum S. Polycar-
 po, Euseb. lib. 4. cap. 15.

S. PILGRINVS, episcopus Passaviensis, cum
 S. VVolgango in Vngaria Euangelion docuit, circa
 annum Christi 970. obiit anno Christi 991. die 22.
 Maij.

PIRMINIVS, episcopus Meldensis in Gallia,
 tempore Caroli Martelli, Scholam seu monasterium
 condidit

condidit in Augia diuitem insula Rheni, prope Constantiam, anno Christi 724. Inde eiectus in Alsatia docuit. Postea cum S. Bonifacio Amerbachium non procul à Meno instituit 734.

Plato, quidam martyr Galata in Legendis recensetur, sub Maximiano Imp.

PISIDIA, regio Asiæ minoris, finitima Lyconia, Galatia, Pamphilia. Nomen habet à prædando à $\Psi\Psi$ spoliavit. Oppida Pisidiæ undecim recitat Strabo. In metropoli Pisidiæ Antiochia concionatur Paulus, Act. 13. 14.

PLEIADES, septem stellæ sunt, quasi in unum fasciculum conuinctæ, habentes longitudinem 1. sig: 23. grad: latitudinem septentrionalem 5. grad. à Latinis nominantur Vergiliæ, quia in Vere oriuntur Cosmicè, in autumno Achronicè oriuntur. Ideo Ω_2 ferè per totam hyemem noctu cerni possunt. Fit autem mentio Pleiadum Iob 38.

Podes, amicus Pauli captiui, salutatur Timotheum, 2. Tim. 4.

Pœerea, regio Transiordana Græcis nominatur, quam tribus Ruben, Gad & Manasse occuparunt, à π ϵ γ , trans, Iordanem scilicet.

POLLUX, vide Castor, $\pi\omicron\lambda\upsilon\delta\epsilon\upsilon\kappa\eta\varsigma$, id est valde illustris, splendidus.

POLYCARPVS, fuit auditor Iohannis Apostoli, vna cum Ignatio & Papia. Deinde Ecclesiam Smirnae in minori Asia, multos annos rexit, reser-

tauit Marcionem & alios hereticos. Tandem anno etatis 86. propter confessionem Euangelij Christi, rogo ardenti imponitur, cumq; flamma ei parceret, gladio confossus est, die 29. Ian. anno Christi 170. Vide Irenæum lib. 3. cap. 3. Historiam Martyrij recitat Eusebius lib. 4. cap. 15. lib. 5. cap. 20. lib. 3. cap. 35. Epistolam Polycarpi nomine ad Philippenses addiderunt operibus Dionysij Areopagite & epistolis Ignatij Lutetiæ editis anno 1498.

Polychronius, episcopus & martyr Babylone, temporibus Decij Imp. die 17. Febr.

POLYCRATES, episcopus Ephesi, cuius Estirolæ fragmentum recitat Euseb. lib. 5. cap. 24. lib. 3. cap. 31.

PONTVS, regio Asiæ, cuius fines sunt à septentrione pontus Euxinus, ab ortu Galatia, à meridie Phrygia & Lydia, ab occasu Propontis & Bosphorus: celebris clariss: rege Mithridate, qui cum Romanis circiter 40. annos bellum gessit. Fit huius regionis mentio Acto. 2. 1. Pet. 1. Inde Aquila Ponticus dicitur, Act. 18. Sed Genesis 14. ubi nostra versio habet Arioch, rex Ponti in Ebræo est Ellasar, quæ voce apparet, non pontum & Bithyniam, sed regionem vicinam Babyloniæ significari.

עֶלְסָר Ellasar, rebellis Deo.

PONTIVS Pilatus. vide supra Pilatus.

Pontius, Diaconus S. Cypriani.

Pontianus, martyr Spoletanus, sub Antonino.

Alius

Alius Martyr sub commodo filio M. Antonini.

PONTAMIENA, virgo Alexandrina, Originis discipula, martyr vna cum matre Marcellina, Euseb. lib. 6. cap. 5.

Possidonius, Legatus Nicanoris ad Iudam Maccabaeum de pace. 2. Macc. 14.

Potentiana, soror S. Praxedis sub Antonino Imp.

Prasidius, episcopus orthodoxus in Africa, martyr sub Hunerico.

Praxeas, episcopus Smyrnaeus, martyr.

PRAEAS, contra quem Tertullianus scripsit, ex Asia Romam venit circa annum Christi 190. & vnam tantum personam diuinam esse, sicut postea Sabellius affirmavit, & Deum patrem esse Iesum Christum passum & crucifixum contendit. Inde etiam Patripassiani, sectatores ipsius appellati sunt.

PRAEEDIS & Potentiana sorores, Pudentis filiae, sub Antonino Imp. vixerunt.

Priminus, Gallus, docuit Euangelion in Bauaria & Sueuia circa annum Christi 770.

Primitius, vnus ex 18. Martyr: Caesar augustanus sub Diocletiano, celebratur à prudentio $\omega\epsilon\iota\ \sigma\epsilon\phi$.

PRISCA, virgo Romana nobilis, propter confessionem Christi varijs tormentis excruciatata est, sub Claudio Imp. die 18. Ianuarij, Anno Christi 273.

Priscilla, vxor Aquilae Iudaei, Pontici, Act. 18. Rom. 16. 2. Tim. 4. Ebraeis Doctrinem perfectam significat, אפרש interpretatus est, & כליל.

Priscus, martyr Casariensis in Palestina, sub Valeriano, die 28. Martij. Eusebius lib. 7. cap. 7.

Alius, martyr Gallicus, sub Aureliano.

Priscus & Malchus, martyres Casarienses.

Priscillianus, Hereticus in Hispania, opiniones ex Marcionis, Basilidis & Manicheorum libris consultas propagauit, ac promiscuas libidines approbauit. Treuiris à Maximo occisus est. Historiam Priscilliani prolixè & eruditè exponit Sulpitius Seuerus, lib. 2. in fine. & Augustinus in catalogo ad Quoduult-deum, & de mendacio ad Consentium. Facit ipsius mentionem & Ieronymus aduersus Pelagianos Tom. 3. pag. 115. 118. 145.

Quæ fuerint præcipua Priscillianistarum dogmata, ex decretis Concilij Bracarenensis, in Bracara Lusitanæ vrbe celebrati, perspicuum est, quæ adscribam.

I. Si quis Patrem & Filium & Spiritum sanctum non confitetur tres Personas vnius substantiæ & virtutis, ac potestatis, sicut Catholica & Apostolica Ecclesia docet, sed vnius tantum & solitariam dicit esse personam, ita vt ipse sit Pater, qui Filius, ipse etiam sit Paracletus spiritus, sicut Sabellius & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

II. Si quis extra sanctam Trinitatem alia (nescio quæ) diuinitatis nomina introducit, dicens, quod ipsa diuinitas sit trinitas, sicut Gnostici & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

III. Si quis dicit, Filium Dei Dominum nostrum, ante-

antequam ex virgine nasceretur, non fuisse, sicut Paulus Samosatenus, & Photinus & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

IIII. Si quis natalem Christi, secundum carnem non verè honorat, sed honorare simulat se, ieiunans in eodem die & in dominico, quia Christum in vera hominis natura esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus, & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

V. Si quis animas humanas, vel Angelos, ex Dei substantia credit extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

VI. Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, sicut Priscillianus dixit, Anathema sit.

VII. Si quis dicit, Diabolum non fuisse prius Angelum bonum à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit eum ex tenebris emerxisse, nec aliquem sui habere autorem, sed ipsum esse principium absq; substantia mali, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

VIII. Si quis credit, quod aliquantas immundas creaturas Diabolus fecerit, & tonitrua & fulgura & tempestates & siccitates ipse diabolus sua auctoritate facit, Anathema sit.

IX. Si quis animas & corpora humana fatali signo credit astringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

X. Si quis duodecim signa, id est, sidera, quae Mathematici obseruare solent, per singula anime & corporis membra dissipata credunt, & nominibus Patriarcharum ascripta credunt, sicut Priscillianus dixit, Anathema sit.

XI. Si quis coniugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

XII. Si quis plasmationem humani corporis Diaboli dicit figmentum esse, & conceptiones in utero matrum, operibus dicit demonum figurari, propter quod resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

XIII. Si quis dicit creationem vniuersæ carnis non opificium esse Dei sed malorum angelorum, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, Anathema sit.

XIIII. Si quis immundos putat cibos carniū, quas Deus in vsu homini dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quasi immundiciem putans, ita abstineat eis, vt ne olera cocta cum carnibus praegustet, sicut Manichæus & Priscillianus docuerunt, Anathema sit.

XV. Si quis clericorum vel monachorum, præter matrem, aut germanam, vel etiam quæ proxima consanguinitate iunguntur, alias aliquas quasi adoptiuas feminas secum retinent, & cum ipsis habitant, sicut Priscilliani secta docuit, Anathema sit.

Proba Falconia, nobilis Romana, Virgilio cen-
tones

tones composuit, quibus creationem mundi & alias aliquot Geneseos & Euangelij Christi historias descripsit. Huius emulatione Eudoxia Theodosij iunioris vxor $\epsilon\mu\eta\pi\acute{o}\kappa\epsilon\upsilon\tau\epsilon\gamma$ Græco carmine collegit. Vixerunt ambæ sub Theodosio iuniore.

Probus, martyr Africanus, sub Genserico.

Alius, episcopus Rauennas.

Prochorus, Diaconus ecclesie Apostolorum cuius nomine extat libellus de Iohanne Euangelista S. Stephano, Actor. 6. $\pi\epsilon\acute{o}\chi\epsilon\iota\varsigma$, promptus, expeditus.

Proclus, episcopus Constantinop. A. C. 440. Epistolam de vnione personali contra Nestorium ad Armenios scripsit, quæ Cyrilli operibus adiungi solet.

Procopius, miles & martyr sub Iuliano Imp. Antiochiæ 3. Iulij.

PROCVLVVS, episcopus veronensis, confessor sub Maximino. obiit 9. Decembris. Alius, natione Syrus, a Valentino Interamnes episcopo Presbyter ordinatus, Spoleti & Bononiæ Christum predicauit. Tandem a Totila Gothorum rege decollatus, Calend. Decembris sub Iustiniano Imp.

Proiectus, episcopus Auernorum in Aquitania, martyr temporibus Constantij Imp.

PROSDOCIMVS, discipulus S. Petri Apostoli, primus episcopus ecclesie Patauinæ in Italia, circa annum Christi 70. obiit anno ætatis 92.

PROSPER Aquitanicus Augustini discipulus
& admirator, episcopus Regij Lepidi à Leone Papa
institutus: contra Eutichen Nestorium & Pelagium
scripsit. Selectas Augustini sententias 110. eruditè
epigrammatis, carmine elegiaco expressit. Contra
Ingratos seu hostes Gratie Dei Pelagianos librum
carmine Hexametro scripsit, cuius argumentum ipse
his versibus complectitur.

Vnde voluntatis sumt & subsistat origo,

Vnde animis pietas insit, & vnde fides?
Aduersum ingratos, falsa & virtute superbos

Centenis decies versibus exposui.

Quos si tranquilla studeas cognoscere cura,

Tutus ab aduerso turbine lector eris,
Nec libertate arbitrij rapiere rebellis,

Vlla nec audebis dona negare Dei.

Sed bona quæ tibi sunt, operante fatebere Christo,

Non esse ex merito sumpta, sed ad meritum.
Obijt Prosper 25. Iunij. Anno Christi 465.

PROIASIVS, frater S. Geruasij.

PROTVS & Hyacinthus, Eunuchi S. Euge-
nie martyres sub Galieno, circa annum Christi 264
Huius Proti memoria celebratur die 4. Augusti.

PRVDENTIVS, Poeta, natus in vrbe Hi-
spanie Casaraugusta. eruditè Poëmatis, partim do-
ctrinam Christianam, partim refutationes heresi-
um, partim historias Martyrum complexus est. Eius
armen $\omega\epsilon\iota$ $\sigma\epsilon\phi\acute{\alpha}\nu\omega\nu$ & alia, sæpè in hoc Onoma-
stico

sico citauius. Vixit tempore Valentiniani & Theodosij Imp. circa annum Christi 386.

PTOLEMAIS, vrbs sita in littore Palestine, 1. mill. germ. infra Tyrum, prius Acon dicta, vbi vnum diem Paulus commoratur, Acto. 21. Fit eiusdem mentio, 1. Macca. 5. 10. 11. 12. 2. Macca. 13. long. 66. 30. latit. 33.

PTOLEMAEVS PHILOMETOR, Aegypti Rex, cuius mentio fit, 1. Macca. 1. 2. Macca. 4. patrem habuit Ptolemæum Epiphanem, matrem Cleopatram, sororem Antiochi Epiphanis regis Syriae. Ideo Antiochus simulans se tutorem fore Ptolemæi ex sua sorore nati, in Aegyptum proficiscitur, & vrbes regni dolo & vi occupat, ex quibus postea per legatum Romanorum Popilium cedere coactus est. Fremens igitur iracundia Ierosolymam venit, & Templum spoliat &c. 1. Macc. 1.

SERIES PTOLEMAEORUM in Aegypto.

Ptolemæus Lagi, Alexandro mortuo Aegyptum occupauit, anno mundi 3640.

Ptolemæus Philadelphus, qui LXXII. Interpretes vocauit, omnium eruditorum Mecænas.

Ptolemæus Evergetes.

Ptolemæus Philopator.

Ptolemæus Epiphanes, sororius Antiochi Epiphanis regis Syriae.

Ptolemæus Philometor, cuius tempore Antiochus Epiphanes in Aegyptum proficiscitur, 1. Maccab. 1. Hic Ptolemæus filiam Cleopatram tradidit Alexandro regi Syriæ, quem postea interfecit. 1. Macc. 10. 11.

Ptolemæus Physcon, & Evergetes frater Philometoris.

Ptolemæus Lathurus.

Ptolemæus Auletes, exul à Pompeio rediit.

Ptolemæus Dionysius frater Cleopatre.

Alius Ptolemæus, gener Simonis sacerdotis & principis Iudeorum, prefectus regionis Hierichuntinæ, dolo interfecit socerum, 1. Macca. 16. Alius aulicus Antiochi Epiphanis, suo patrocinio Menelaum à Iudeis accusatum tuetur, & in sacerdotium restituit. 2. Macca. 4. Alius martyr Alexandrinus, sub Antonino. Alius Valentini heretici discipulus, de quo vide Irenæum, lib. 1. cap. 13.

Publius, episcopus Atheniensis post Dionysium, Euseb. lib. 4. cap. 23. Alius ex 18. martyribus Cesar Augustanis.

PVTEOLI, vrbs Campania, à puteis seu fontibus aquarum calidarum, nomen accepit, vicina Neapoli versus septentrionem. Scribitur à Samijs, quos Polycrates, tempore Cambysis, Persarum regis expulerat, condita, & Δρυγιάγρια olim à iusticia gubernationis dicta esse. In ea vrbe Paulus, anno Neronis

Neronis 2. (qui est à nato Christo 58.) Romam nauigans, septem dies commoratur, Actor. 28.

PVTIPHAR, praefectus aule Pharaonis in Aegypto, cui venditur Ioseph, Gen. 37. 39. Alius, Sacerdos Heliopoleos, socer Ioseph, Gen. 41.

פּוֹטִיפָר Potiphar, אֶבְרָם primogenitus. PTGM AEL, sic verterunt Ezech. 27. Ebr. eam vocem גַּמְרִים Gamadim, אֶבְרָם Gimed, quod cubiti mensuram significat. Lutherus vertit vigiles, die Wechter. Ieronymus bellatores, ἀπὸ τῆς πύγμης.

Q.

Quadragesima Martyres, quorum die 9. Martij memoria celebratur, Sebaste vrbe Armeniae minoris sub Licinio Imp. passi sunt.

QVADRATVS, episcopus Atheniensis, successit Publia martyri. Scripsit Apologeticum pro Religione Christiana ad Adrianum Imp. Euseb. lib. 4. cap. 3. 23.

Quartus, cuius Corinthe ad fidem Christi conuersus à Paulo, salutem dicit Christianis Romae uidentibus, Roma. 16.

Quintilianus, vnus ex 18. martyribus Caesar-Augustanis, à Prudentio celebratus Hymno 4.

Quintinus Romanus, docuit Euangelion in vrbe Ambianensium in Gallia, martyr sub Diocletiana.

Mutius,

Mutius, legatus Romanorum, 2. Macc. 11.
 QVIRINVS, filius Philippi, primi Imp. Christi-
 stiani, episcopus Sisciae ad Sauum fl. è regione offi-
 rum Colapis fl. sita: scribitur instituisse Archiepisco-
 patum Laureacensem in Austria ad Anasum fl. quem
 postea Atilas euertit. Tandem propter Euangelij
 confessionem in Sabaro seu Gunsio fl. prope Sacarban-
 tiam, hodie, Scarpring, submersus est iussu Galerij
 Maximini. Prudentius $\omega\epsilon\iota\sigma\tau\phi\alpha\upsilon\omega\upsilon$, Hymno 7.

Insignem meritis virum
 Quirinum placitura Deo
 Urbis mœnia Sisciae
 Concessum sibi martyrem
 Complexu patrio fouent.
 Hic sub Galerio duce,
 Qui tunc Illyricos sinus
 Vrgebat ditionibus,
 Fertur Catholicam
 Fidem illustrasse &c.

Africa Cyprianum dat Siscia clara, Quirinum.
 Alius, martyr Romanus, temporibus Flauij Clau-
 dij Imp. Alius, Tribunus militum, cui propter con-
 fessionem Euangelij, primum excœta est lingua, de-
 inde amputatae manus & pedes, postremò caput &
 uulsum, & frustra corporis canibus proiecta sunt. sub
 Traiano Imp. die 30. Martij.

R A A B, Hospita Hierichuntina, per fidem non
 perijt vna cum his, qui non obediēant, cūm
 excepisset hospitio exploratores pacificē. Ebræ. 11. 10-
 sue 2. 6. Postea fuit vxor Salmon, & genuit Booz,
 maritum Ruth, proauum regis David, Matth. 1.
 Quod autem Psalm. 87. dicitur, Memor ero Raab &
 Babylonis: id de Aegyptijs interpretantur, sicut Esai.
 30. 51. Psalm. 89. vbi interpres noster Superbum ver-
 tit. Ebraicè רהב Rahab, elatio, superbia.

R A B A N V S, abbas, Fuldensis & postea archi-
 episcopus Moguntinus anno Christi 847. sextus à S.
 Bonifacio, tota Biblia commentarijs suis illustrauit,
 obiit 856.

R A B B A T H, metropolis Ammonitarum, à Pto-
 lemæo Philadelphia dicitur. Habet gradus long. 68.
 latit. 32. 20. in huius vrbis oppugnatione interfectus
 est Vrias, maritus Bethsabæe, 2. Reg. 11. Fit eius-
 dem mentio Deut. 3. Amos 1. Ierem. 49. Ezech. 21.
 25. Iosue 13. רבה Rabbah, magna, copiosa.

R A B B I, idem valet, si interpreteris, quod Pre-
 ceptor seu magister, Iohan. 1. sic dictus à multitudine
 scientiæ, רב multus, copiosus.

Rabbuni, Magister noster.

R A B B O T H, Oppidum in tribu Isaschar, pro-
 pter Iezrael, Iosue 19. רבית Rabbith.

R A B S A C E S, Sennaheribi regis Assyriorum ca-
 pitaneus blasphemus, Esai. 36. 4. Reg. 18.

R A B S E K E H, RabSekeh, magister inebrians, seu
 multi-

multitudo inebrians, seu pincerna, ein Erbschickel
 vt Lutherus vertit. Alius Rabsaces, dux in exerci-
 tu Regis Nabuchodonosor, Ierem. 39. רבסרים

Rabsaris, magister rebellis, vel magister militie.
 RACHA, signum externum animi irati, ארקה
 vanitate.

RACHEL, vxor Patriarche Iacob, mater Io-
 seph & Benjamin, Gen. 29. 30. 35. 1. Reg. 10. Se-
 pulta fuit prope Bethlehem, Gen. 35. 48. Ideo Matt.
 scribitur plorasse liberos suos, & doluisse posterita-
 tem suam adeo immaniter interfici. רבך Rachel,
 quis mitis ac placida, 1. Pet. 3.

Rabdodus episcopus Traiectinus Dauentria se-
 pultus.

RAGAV, abauus Abrahæ, Luca 3. Genes. 11.
 Ebraicè רעו Reu, pastor.

RAGES, vrbs Medie, vicina portis Caspijs, ad
 grad. long. 93. 40. lat. 36. 40. de qua lege Strabo-
 nem, pag. 359. & Diodorum Siculum, pag. 695. In
 hac vrbe habitauit Gabelus, tribulis & debitor To-
 bie, Tob. 1. 9.

RAGVEL, sacerdos gentis Madian, Joser Mo-
 sis, Exod. 2. רעוֹל Reuel, pastor Dei.

RAGVEL, Iudeus ex tribu Nephtalim, à Sal-
 manassarō rege translatus in Rages Medorum, pa-
 ter Sare, quam ope Angeli Raphaelis coniugem
 accepit Tobias iunior, Tob. 6. 7. 8. 3. רעוֹל
 Ebraicè

רְעוּאֵל Reuel, amicus vel pastor Dei, אֵרְעָה.

Rahuel, filius Esau, Gen. 35. רְעוּאֵל.

R A M A, vrbs in finibus tribuum Benjamin & Ephraim, Ios. 18. Esai 10. Iud. 4. 19. Esd. 2. Iere. 40.

Ose. 5. Absuit à Ierosolymis sesquimill. versus septentrionem, ad grad. long. 665. latit. 32. 2. Hæc munita est à Baasa, rege Israel, 3. Reg. 15.

Matth. 2. vbi dicitur, Vox in Rama audita est: vocabulum Rama est appellatiuum, & simpliciter significat altitudinem, im Gebirge, in excelsa vel in celo. רַמָּה Ramah, excelsa, sublimis.

Alia fuit R A M A seu Ramatha, quæ & Arimathia dicitur, in Thamnitica regione montis Ephraim, prope Lyddam & Ioppen sita, patria Samuelis Prophetæ, 1. Reg. 1. 7. 8. 15. 16. 19. 25.

R A M E S E, vna ex vrribus, circa quas Israelitæ Pharaonis iussu munitiones edificarunt, Exod. 1. Num. 33. Ex capit. 47. Genesis apparet, totam regionem, quam Iacob vna cum liberis habitauit, olim sic appellatam fuisse, à metropoli, quæ habet gradus long. 62. 36. lat. 30. 10. Ebraicè רַעַמְסֵס Rameses, tonitruum gaudij, vt vertit Ieronymus.

R A M E T H, ciuitas in tribu Isaschar, sita ad torrentem Cison, Iosua 19. רַמַּת excelsa.

R A M O T H, vrbs Leuitarum, Ios. 21. & refugij, Ios. 20. in finibus tribus Gad, in regione Galaad, Ios. 13. Deut. 4. 3. Reg. 20. patria Hicu regis Israel, macti ab Eliseo, 4. Reg. 8. 9. 2. Paral. 18.

רמות Ramoth, excelsum signum.

RAPHAEL, Nomen Angeli in historia Tobie.
Latine significat medicum Dei, a רפא sanauit, me-
dicatus est, Tob. 1. 12.

RAPHAIM, epitheton Gigantum, qui vallem
vicinam Ierosolymis versus meridiem & occasum, &
partem regionis Galaad tenuerunt, Ios. 18. 15. 12. 2.
Reg. 5. Gen. 14. Esaiæ 17. רפאים Raphaim, me-
dici, saluatores.

RAPHIDIM, vndecima mansio Israelitarum
in deserto, vbi Israelitis siti laborantibus Petra à Mo-
se percussa largos aquarum fontes fudit. Et Ame-
lechita precibus Moysis & armis Iosue repressi sunt,
Num. 33. Exod. 17. 19. Ebraice רפדים Raphi-
dim, sanitas manuum.

RASIN, rex Syria, bellum gessit cum Achaz
rege Iuda, & à Teglatphalasar rege Assyriorum,
cuius opem Achaz implorabat, interfectus est, 4. Re-
gum 16. Esa. 7. 8. 9. רצין à רצה Razah, voluit,
vnde רצון Razon, voluntas, beneplacitum.

Razias, sibi ipsi mortem consciscit, 2. Macc. 14.
RAZON, rex Syria, hostis Salomonis, 3. Re-
gum 11. רזון macies.

REBE, princeps Madianitarum, Nume. 31.
Ios. 13. רבע Reba, accubitus, quies.

REBECCA, filia Bathuel, neptris Nachori,
fratris Abrahæ, Gen. 22. vxor Isaac Patriarchæ,
Gen. 24. mater Esau & Iacob, Gen. 25. mortua &
sepulta

sepulta in Hebron Gen. 49. רבקה Ribekah, mul-
 tum expectata vel patiens, vel plena & florida facie.

REBLATHA, vrbs in regione Emath, vbi Se-
 dechie regi capto, Nabuchodonosor oculos effodit.
 Hanc esse urbem, quæ deinde Antiochia dicta est,
 scribit Ieronymus in Esai. cap. 13. & Ezech. 47. Sed
 ex Num. 34. & aliunde apparet prope lacum Sama-
 choniten, non procul supra mare Cenereth seu Ga-
 lilaæ sitam fuisse רבלה Riblah, multitudo.

REBMAG, Princeps Chaldaicus, Ier. 39.
 רבמג princeps, protector.

RECEN, princeps Madianitarum, Num. 31.
 10. 13. Item oppidum in tribu Benjamin, Ios. 18.

רקם Rekem, vestis polymita.
 RECHAB, pater fuit Ionadab amici Hieu,
 regis Israel, 4. Reg. 10. Ab hoc nominati sunt
 Rechabæ, qui Ierem, 35. laudantur, non quod sua
 abstinentia meriti sint remissionem peccatorum, sed
 quod parentis præcepto reuerenter obtemperent, &
 simul ostenditur hominum præcepta diligentius ob-
 seruari, quam diuina. Existimant autem aliqui
 hunc Ionadab filium Rechab, ortum fuisse à Hobab,
 socero Moysi, qui alio nomine Iethro dictus est.

RECHAB, Capitaneus Isboseth, filij Saulis,
 proditor & parricida Domini sui, 2. Regum 4. רכב
 Eques.

RECHAT, oppidum in tribu Nephtalim,
 Ios. 19. רפת tempus capitis.

Regina, virgo, martyr anno etatis 15.
 REGIVM, ciuitas Brutiorum à Chalcidensibus & Messenjs condita in extrema Italiae ora, vnde proximus in Siciliam traiectus est, 60. stadiorum. Fit huius oppidi mentio in historia peregrinationis Pauli, Act. 28. Πήγιον ἔρηπον, rumpo. Nam Sicilia olim Italiae contigua, vi tempestatis eo loco abrupta esse scribitur.

REGMA, filius Chus, nepos Cham, Gene. 10. partem Arabiae Felicis occupauit, Ezech. 27.

רמא Raama, tonitru vel tumultuator.
 Regulus, primus episcopus Arelati in Gallia, ordinatus à S. Dionysio Arcopagita.

REMA, Arabiae Felicis regio, Ezech. 27. רמא
 vide Regma.

REMBERTVS, discipulus & successor S. Ansgarij, latè propagauit Euangelion in Iutia & in Frisia. Recitantur eius miracula, sanatio caeci: impetrata precibus ipsius miranda victoria aduersus Nortmannos in Frisia grassantes: liberatio regij filij à daemonio &c. Obijt anno Christi 888. die 11. Iunij, Cranzius lib. 2. metropolis cap. 2. 11.

REMIGIVS, episcopus Remensis in Gallia, baptizauit Ludouicum seu Clodouicum regem, qui primus ex regibus Galliae euangelion Christi amplectus est, anno Christi 500. In Baptismo scribitur diuino miraculo ampulla caelitus per coelumbam demissa esse, continens chrisma seu oleum, quo ungeretur. Remmon,

REMMON, oppidum in tribu Iuda, vicinum Gerare, versus meridiem, Zach. 14. Iosue 19. Iud. 20. 21. 2. Esd. 11. Aliud in tribu Zabulon Ios. 19. Item nomen Idoli Syriaci. 4. Reg. 5.

רמון Rimmou, malum granatum.

Remonphrases, 16. Mansio Israelitarum, Num. 33. רמון פרץ Rimonpharez, mali granati diuisio.

REMPHAN, Act. 7. à Stephano ponitur in dicto Amos, in quo LXX. Interpretes Ebraeam vocem,

כיון Chiun verterunt ἄω φων, Quæ vox incertū est, quid significet, vel qua occasione irrepserit. Ali-

qui suspiciantur Lunam significari, alij Saturnum, alij Sirium, quo cum Sole exoriente, Nilus exundat.

Nam Græca vox est κύνων Canis, videlicet Sirius, à cuius exortu cosmico, annum Aegyptij inchoabant,

& à quo tanquam numine exundationem Nili felici-

terem petere solebant. Hunc Idoli cultum taxare Amos existimatur. Ebraicè Chiun significat firmum, stabile, paratum à כיון. vide Moloch.

RESEMOPHIN, Gen. 46. In Ebræo sunt duo nomina duorum filiorum Benjamin, Ros & Muphim.

רוש caput. מפים portentum.

In Latina versione loco alterius nominis irrepfit, Iethros.

RESEN, pars amplissima vrbs Niniue, Genes. 10. רסן Resen, frenum.

Reseph, regionis nomen, Esa. 37. 4. Reg. 19.

- רֶזֶפֶּח Rezeph, à carbonibus ignitis.
 Refia, filius Zorababel, cuius in Genealogia
 Christi Luc. 3. mentio fit, à רֶזֶפֶּח stilla Domini.
 Respha, concubina Saulis, 2. Reg. 3. 21.
 רֶזַפְּהָ Rizaphah, carbo, carbo ignitus.
 Ressa, 18. mansio Israelitarum, Num. 33.
 רֶסֶה Rissah, freni.
 Rethma, 15. mansio Israelitarum, Num. 33.
 רִתְּמָה Ritmah, sonitus aut iuniperus.
 REV, filius phalech, abauus Abrahæ, Gen. 11.
 רֵעֵי Reu, amicus seu pastor.
 Reuocatus, martyr sub Galieno Imp.
 RHODVS, insula in mari Lycio, ad quam
 adpellit Paulus Act. 21. Hæc à Coos, unde soluit
 Paulus, rectiss: linea non plus 9. mill. distat.
 Sed interiecta est Chersonesus Caria, cuius ad Isth-
 mum, Halicarnassus, Herodoti patria, sita est. Rhodi
 vrbs amoenitate cæli, peritia rei naualis, studio elo-
 quentiæ, splendore vrbis, & bonitate soli celeberrima
 fuit. Habet eleuationem poli graduum 36. Fit
 Rhodi mentio, 1. Macc. 16.
 RICHARDVS, rex Angliæ, pater S. Swil-
 baldi & Walburgis, profecturus Roman & Iero-
 solymam, Luca in Hetruria obiit circa annum Chri-
 sti 790.
 S. Richardis, filia regis Scotorum, coniunx Ca-
 roli Crassi Imp. à quo repudiata monasteriū Andlow
 in monte Vogeso condidit, anno Christi 880.
 RIPHAT,

RIPHAT, filius Gomer, nepos Iapheth, Genesis 10. Quem Iosephus & Ieronimus scribunt occupasse Paphlagoniam, qua olim Henetos habitasse certum est ex Homero. ἰλ: 6. Παφλαγόνων δ' ἠγείτο Πυλαμίδεσσι λάσιον κῆρ ἐξ Εὐεπιδῶν. Ex Paphlagonia Veneti in Italiam deducti sunt, vt Linius lib. 1. inquit. Casibus deinde varijs Antenorem cum multitudine Henetorum, qui seditione ex Paphlagonia pulsus, & sedes & ducem, rege Pylemene ad Troiam amisso, querebant: venisse in intimum maris Adriatici sinum &c. Et ex eadem Asia parte ulterius versus septentrionem progressi esse in Sarmatiam existimantur, & Riphæis montibus ad Tanais fontem, nomen deditisse. רפא Gigantes, vel stabulum, רומאδע.

Robertus, primus autor ordinis Cisterciensium.

ROBOAM, filius Salomonis, 3. Reg. 11. 2. Paral. 9. 10. Matth 1. ex vxore Ethnica Ammonitide, à qua ad cultum Idolorum filius assuefactus est, 3. Reg. 14. 11. Successit patri in Regno tribus Iuda & Benjamin, cum reliqua decem tribus stoliditate & tyrannicis ipsius minis mota, ab eo defecissent, 3. Reg. 12. 14. 2. Paral. 10. 11. 12. Syrach. 47.

רעכעם ReHabeam, dilatatio populi.

Roboth, fluius Idumæ, Gen. 36.

רובת ReHoboth, à latitudine.

ROCHVS, princeps montis Pessulani, relictis omnib.

omnibus in Italiam religionis ergo peregrinatus est, ubi mirandam opem multis peste laborantibus tulit: post 20. annos domum reuersus, velut explorator necatus est, anno Christi 1314.

ROGEL, Fons vicinus Ierosolymæ versus ortum, iuxta quam exploratores Dauidis, consilia Absolonis à sacerdotibus cognoscunt, 2. Regum 17. Ios. 15. 18. 3. Reg. 1. רֹגֵל Rogel, explorator, vel Regel, pes.

ROGOMELECH, Dux Persarum, pius & cultor religionis Iudaicæ, Zach. 7.

רֹגֵמֶלֶךְ Regemmelech, purpuratus regis. ROMA, Vrbs Italiae, & orbis olim domina, habet grad. long. 36. 40. lat. 41. 40. Conditæ est anno mundi 3212. annis 750. ante natum Christum. Distat à Ierosolymis circiter 400. milliaria germanica, à Corintho vnde Epistolam Paulus scripsit, circiter 200 mill.

In EPISTOLA ad ROMANOS, Paulus, vt artifex, summam & velut corpus integrum, totius doctrine Euangelij, complectitur. Capite PRIMO, post epigraphen, & exordium, constituit Propositionem totius Epistolæ: Paratus sum vobis Romanis predicare Euangelion Christi, quod est potentia Dei ad salutem omni credenti. Iusticia enim Dei in eo patet ex Fide in fidem, sicut scriptum est, Iustus ex fide viuet. Deinde negatiuam propositionem præmittit: Homines non iustificantur coram Deo propria iusticia, seu proprijs operibus, Quia OMNES

HOMINES Gentes & Iudei sunt PECCATORES, rei iræ Dei, & æternæ mortis, propter peccatum. Hanc sententiam in reliqua parte primi capituli & toto secundo, & principio Tertij illustrat.

Capite III. principalem Propositionem complectentem præcipuum euangelij locum de Iustificatione, illustribus verborum luminibus constituit, Iustificamur GRATIS, Dei gratia, per redemptionem, factam à CHRISTO IESU, quem proposuit Deus propitiatorum, per fidem in sanguine eius, ad ostendendum, quod iustificet remissione peccatorum, quæ adfuerunt, quæ tolerauit Deus &c. Ca-

pite IIII. De iustificatione & Fide disputat, & Decem argumentis Propositionem confirmat, & Rhetoricam descriptionem τῶν ἠεὶ ποιῶνς Fidei adiungit. Cap. V. De effectibus Iustificationis, & de pace ac letitia conscientie, ac quiescentis in dilectione Dei erga nos, docet. Deinde doctrinam de PECCATO Originis, & de GRATIA, seu de gratuita remissione peccatorum propter Christum illustrat.

Cap. VI. & principio VII. De bonis Operibus docet, Nouam Obedientiam, necessariò in iustificatis sequi oportere. Reliqua parte septimi capituli DE

LEGE DEI, de effectibus Legis, & de peccato manente in sanctis, disputat. Cap. VIII, rursus de Gratia & effectu Gratiæ, de discrimine

uirum hominis non renati & nouæ iustitiæ

à Spiritu sancto in renatis accensa, de beneficijs Spiritus sancti, de discrimine Peccati Venialis & Mortalis, de consolatione cruci & calamitatibus opponenda, & de æterna piorum gloria, splendidè disserit.

Capite IX. docet, Quæ sit vera Ecclesia seu populus Dei, videlicet non Iudæi confidentes illa populi, lege, & carnali generatione, sed omnes credentes promissioni, qui gratuita misericordia Dei propter filium eliguntur, siue Iudæi sint, siue Gentes. Capite X. Deplorat defectionem Iudæorum. I. Collocationem Iustitiæ legis, & iustitiæ Dei seu fidei, in Euangelio reuelat & illustrat. II. De modo seu merito, per quod Deus iusticiam fidei hominibus imperit, & ecclesiam eligit, videlicet de ministerio Euangelij, eiusq; efficacia, disserit. Capite XI. monet, non totam gentem Iudaicam esse reiectam, sed Deum res reliquias Ecclesiæ, etiam ex Iudæis colligere. II. Causam reiectionis Iudæorum monet esse contemptum Euangelij. III. Adhortatur gentes, ne carnali fiducia, Iudæos despiciant, neque secure, in retinenda doctrina negligentiores fiant. IIII. Exclamatione abruptis disputationem, & docet, Non curiose querendas esse causas omnium euentuum in gubernatione diuina, non reuelatas in verbo Dei.

Capite XII. absoluta summa Euangelij, addit Paulus doctrinam de BONIS OPERIBVS moralibus, ac initio generalem sententiam, ab antithesi cultuum Leuiticorum sumtam, ponit, quæ præcipit

cipit obedientiam iuxta totum Decalogum, Deinde
 de obedientia in vocatione, & vitanda *πλουρησι*
μασιών, & arrogantia in iudicando de ignotis, con-
 ditionatur, postea aceruum præceptorum moralium ad-
 dit, quæ ad conuenientia præcepta Decalogi referan-
 tur. Capite XIII. I. Doctrinam de Magistratibus
 & ordine politico, & de officijs Magistratum, &
 subditorum, exponit. II. Epilogum capitis 12. & 13.
 addit, in quo Magistratui & priuatis, Decalogum ve-
 lut normam vitæ præponit. In fine addit adhortatio-
 nem à tempore sumtam, vt Euangelion amplectantur
 & peccata vitent. Capite XIII. De vsu rituum
 ἀδιαφόρῳ, hanc regulam tradit: Infirmos dociles,
 non esse subita nouitate rituum, & intempestiua ob-
 seruatione vel violatione traditionum humanarum,
 ab Euangelio deterrendos, aut in dubitationem ad-
 ducendos, sed apud pertinaces hostes exemplis liber-
 tatis vtendum esse. Capite XV. Concludit locum
 de tolerandis infirmis, in fide & moribus, exemplo
 Christi, qui Iudeos & Gentes suscepit & redemit.
 Quare nec Iudei, gentes non vtentes suis ritibus,
 condemnent: nec Ethnici, Iudeos retinentes ritus
 Mosaicos, contemnant. Deinde addit mitigationem,
 Etsi vos ipsi doctrina & omni bonitate excellitis, ta-
 men ad vos scripsi, quia sum Apostolus, cui munus do-
 cendi Euangelij inter gentes commendatum est.
 Postea recitat sua itinera, & petit, vt pro se orent.
 Caput XVI, consumitur in salutationibus, & in se-

ritur admonitio, ut veram doctrinam à Paulo traditam constanter retineant, & corruptelas vitent.

ROMANVM se esse, hoc est, Ius ciuitatis Romanae habere, affirmat Paulus Act. 16. 22. Nam vrbe Tarso, in qua natus est Paulus, ciuitatis Romanae ius contulerat Antonius Triumuir. Vitur itaq; Paulus in sua defensione, priuilegio ciuium Romanorum, quos praesertim si ad populum Romanum, & postea ad Caesarem prouocassent, non licebat flagrare cedi, aut capitali supplicio affici, nisi in crimine lese maiestatis deprehensi essent, & nisi in ipsa vrbe Roma, coram populo Romano, aut coram Imperatore causam dixissent.

ROMA, Ebraicè significat excelsam, sublimem, quae tantum alias inter caput extulit vrbes, quantum lenta solent inter viburna cupressi. à ׀׀׀ exaltatus est. Graecè robur, à ῥώμη.

Roma, oppidum Iud. 2. 2. Ios. 15.

דומה Dumah, tacens.

Roma, concubina Nachori, fratris Abrahae, Genes. 22. רומה Reumah, à ראה vidit.

ROMANVS, ciuis Antiochenus, martyr sub Galerio Maximino varijs tormentorum generibus horribiliter excruciat, celebratur à Prudentio à ῥώμη Hymno 10. qui omnium est eruditissimus. Abus, Abbas in territorio Lugdunensi, die 28. Februarij celebratur.

ROME

ROMELIA, pater Phacee regis Israel, Esa. 7.
 4. Reg. 15. רמליה Remaliah. sublimitas Domini.

Romulus, martyr sub Nerone.

ROOB, vrbs Leuitarum, & regio in finibus tri-
 buum Aser & Napthali, ad radices montis Libani,
 Ios. 10. 21. Num. 13. Iud. 1. 2. Reg. 10. רהב Re-
 bob, latitudo.

RUBEN, primogenitus Patriarchæ Jacob ex
 coniuge Lea, (quæ nato filio exclamat רובן videte
 filium, Vidit DOMINVS afflictionem meam, quæ
 a viro hæctenus contempra fuit. Gene. 29.) sed cum
 polluisset se Ruben incesto concubitu cum nouerca
 (Gen. 35.) iure primogeniti, penes quem regni &
 sacerdotij in familijs patrum administratio, & ius
 duplam hereditatis portionem accipiendi erat, à pa-
 tre priuatur, Genes. 49. Deut. 33. 1. Paral. 5. & ius
 Regni ad Iudam, ius sacerdotij ad Leui: ius dupli, in
 hereditatis diuisione accipiendi ad Ioseph transfer-
 tur, 1. Paral. 5. conatur liberare fratrem Ioseph,
 Gen. 37. 42. Filij Ruben & familie, ab ipso propa-
 pagate recensentur, Gen. 46. Exod. 6. Num. 26. 32.
 1. Paral. 5. Iosue 13. Ierem. 22. Tribus Ruben, Num.
 1. 2. 7. 10. 34. Ios. 13. Ezech. 48.

Ruffina, virgo Romana, martyr sub Valeriano.
 Alia, martyr Hispalensis.

RUFFINVS, presbyter Ecclesiæ Aquileien-
 sis, multos scriptores Græcos in latinam linguam
 conuertit, Basilium, Nazianzenum, Historiam Ec-
 clesiæ

clerasticam Eusebii, Origenis libros $\omega\epsilon\iota\ \delta\epsilon\ \chi\alpha\iota\tau\alpha$,
 & alia quæ à Gennadio recensentur. Fuit $\omega\upsilon\gamma\ \delta\epsilon\ \rho\omicron\sigma\sigma\omicron$
 & emulus S. Ieronimi circa annum Christi
 400.

RVFVS, Romæ Christi doctrinam amplexus est,
 cui salutem Paulus adscribit Rom. 16. Ebræis significat
 medicum a רפוא . Alius, miles, socius S. Sebastiani,
 martyr sub Diocletiano.

RVMA, Iud. 9. apparet esse locum vicinum vrbis
 Sichem. כרומה Arumah, palatium.

Rumoldus filius Davidis regis Scotiæ primus
 Mechliniensium apostolus circa annum Christi 600.

RVPERTVS, regio Francorum genere natus,
 circa annum Christi 530. episcopus Vvormatiensis.
 Inde in Bavariam missus à Theoberto rege Franco-
 rum venit, sub Theodone II. & III. quem baptiza-
 vit circa annum Christi 540. Tandem Saltzburghæ
 Scholam seu monasterium ad D. Petrum, & episcopi
 sedem collocavit.

Rusticus, cum Dionysio Arcopagita scribitur
 Parisijs Euangelion docuisse, & capitis supplicio affe-
 ctus esse.

Rusticus Helpidius, medicus Theodorici Vero-
 nensis circa annum Christi 500. carmen de Christi
 Iesu beneficijs & Tristicha historiarum veteris & no-
 ui Testamenti scripsit.

RVTH, Moabitis, illustre exemplum pia, indu-
 stria,

stria, casta, sedula, & omni virtute matronali præstantis mulieris. Fuit vxor Chelion Bethlehemitæ: Quo mortuo vnâ cum socru Noemi in Iudæam profecta est, vbi Booz proauo Dauidis regis nupsit, Ruth. 1. 2. 3. 4. Matth. 1. רות videns, ארנה, vel festinans sedula, vel irrigata, ארוה.

S.

SABA, filius Chus, nepos Cham, Gene. 10. à quo Sabæi, Arabiæ Felicis populi ad sinum Arabicum, nomen acceperunt, vbi Sabam metropolin Ptolemæus collocat, ad grad. long. 76. lat. 13. scribitur per Samedech, Esa. 43. 45. Psal. 72. Reges Arabum & Saba dona adducent. סבא ebrietas.

Alius est SABA filius Regma, nepos Chusi, Gene. 10. qui per ש scribitur, & vterq; coniungitur, Psal. 72. מלכי שבא וסבא Reges Arabum & Saba dona adducent. Vterq; enim in Arabia felice, thuris, auri, & myrrhæ ferace, sedes posuit, vt Plinius lib. 6. inquit, Sabæos Arabum populos, propter thura clarissimos, ad vtraq; maria porrectis gentibus habitare. De Saba venient, aurum & thus deferentes. Hec patria fuit reginæ Saba, que ad Salomonem venit, 3. Reg. 10. Fit eiusdem Sabæ mentio Ioelis 3. Ezech. 27. 28. & Iob. 1. Sabæi & Chaldæi pecora Iob abesse scribuntur. שבא א שב reuersus est, respicit,

puit, vel à שׁבַּ sedit, Saba, sedes regia.

Alius, filius lectan, nepos Heber, iisdem literis scribitur, et Sabæorū in India stirps esse putatur, quos Dionysius de situ orbis, India populis connumerat: $\tau\omega\upsilon\ \eta\ \mu\acute{\epsilon}\sigma\sigma\iota\ \nu\alpha\iota\sigma\iota\ \sigma\alpha\beta\alpha\iota$, $\eta\gamma\iota\ \tau\acute{\alpha}\ \lambda\omicron\iota\ \acute{\epsilon}\nu\theta\epsilon\varsigma$.

Alius Saba, nepos Abrahæ, Gen. 25.

Sabaa, 1. Reg. 13. non est in Ebræo.

SABAM, vrbs Moabitidos in tribu Ruben, abundans vineis, Ios. 13. Num. 32. Esa. 16. Iere. 49.

שבמה Sibmah, sedes eorum.

SABAOTH, Dominus Deus צבאות Zebaoth, exercituum, cælestium & terrestrium, qui declarat suam potentiam in omnibus creaturis, & in sua potestate ac manu habet victorias in bellis.

SABAARIM, locus in finibus terre sanctæ, versus septentrionem, Ezech. 47. סברים Sibarim, circuitus montium. Item locus in agro vrbs Hai versus orientem, Ios. 7. שברים Sibarim, fractura.

SABATHA, filius Chus, nepos Cham, Gen. 10. tenuit partem Arabiæ Felicis, cuius metropolin Prolemæus Sabatha nominat, lib. 9. סבתה Sabatha, circumueniens.

SABBAS monachus Aegyptius inter sanctos relatus, cuius meminit Ieronimus in vita Hilarionis. Cappadox, ex nobili familia ortus, eremita, propter pietatem & miracula quædam inter Divos relatus est, cum obiisset Ierosolymis, anno 524. die 5. Decembris, celebratur à Nicephoro lib. 17. cap. 24.

SAB-

SABBATH, mensis Ebræorum undecimus, cum nostro Ianuario fere congruens Zach. 1. שבת
Sabbatius, Presbyter Nouatianus, contendit diem Pasce decima quarta Luna primi mensis necessario celebrandum esse, Trip. lib. 9. cap. 37.

SABBATVM, septima hebdomada dies, Quietis & Ocio non inerti ac ignaui, sed liberali ac religioso destinata à Deo (Gen. 2. Exod. 20. Deut. 5. 12. & c.) ut monumentum esset creationis mundi, à qua Deus, Homine condito quieuit, in quo, ut in extremo & summo opere suo adquiescere Deus voluit, & cuius causa præcipue hoc pulcherrimum nature rerum thesaurum condidit, & miranda arte & sapientia distribuit & ornauit ut Deum opificem hominibus monstreret, & vtilitatibus hominum seruiat, & schola sit sapientie, bonitatis, presentie, & omnipotentie Dei, qua agnita in æternum ab hominibus celebretur. Deinde ut de Sabbato Redemptionis seu quietis Filij Dei in sepulchro, qui nobis honorem Sabbati in lapsu amissum restituit: Item de Sabbato vite æternæ, Ebr. 3. 4. & de Sabbato anime spirituali, à solo Deo se doceri & agi patientis commonefaciat, & die illa non solum à laboribus corporis homines & iumenta recreentur: verum multo magis ad studia doctrine de Deo, & communem precationem & laudes, aliosq; cultus Dei obeundos, quietem & ocium habeant. Vnde שבת vel שבתון latinis, quies seu ocium, Græcis, schola, Germanis Feiertag à feria seu ieiunio, nuncupatur.

Sabbatum

Sabbatum secundo primum, Luc. 5. Theophylactus ait esse Sabbatum sequens festum diem incidentem in parasceuen sabbati. vel diem proximum post sabbatum, quem Dominicam, sicut nos vsitate feriam secundam, nominamus.

SABELLIVS, natione Apher, Pentapolitanus, docuit vnam esse tantum personam in diuinitate, & Trinitatem tantum in nominibus, non in rebus ac subsistentijs, seu $\omega\sigma\upsilon\alpha\sigma\omega\sigma\iota$ distinctis confitebatur. Historia Eccles. lib. 7. cap. 5. lib. 10. cap. 29. vixit circa annum Christi 260.

SABECARIATHAIM, Genesis 14. כְּשֹׂה קִרְיָתַיִם Besaue Kiriathaim, id est, in placie Cariathaim, quam in regione, a Moabitibus postea occupata fuisse apparet ex Deut. 2.

SABEE, oppidum tribus Simeon, Ios. 19.

שֶׁבַע Seba, septem.

SABINA, vxor Valentini patritij Romani, pia & benefica matrona, hospes sanctorum, Roma propter confessionem Christi interfecta est, sub Adriano Imp. Alia, soror S. Sabiniani, placide obiit circa annum Christi 780.

SABINVS, episcopus Assisij, cum Exuperantio & Marcello diaconis, martyr sub Maximiano Imp. die 30. Decembris.

SABID, filius Nathan, consiliarius regis Salomonis, 3. Reg. 4. זָבֹוּד Zabud, donatus.

SACCHA, oppidum tribus Iuda, Ios. 15.

סככה Secacha, tecta.

SADOCH, filius Achitob, ortus ab Eleazar filio Aaronis, sacerdos in Ecclesia Iudaica, tempore Davidis & Salomonis, 2. Reg. 8. 15. 20. vngit Salomonem, 3. Reg. 1. succedit Abiatharo in summo sacerdotio, 3. Reg. 2.

SADDVCAEI, ab Ebraea voce, קצריק id est, iustus. Repudiabant autem omnes Prophetas, excepto Moyse. Messiam somniabant fore Regem politicum. docebant animas hominum mortales esse, & una cum corporib. interire, multo minus corpora mortuorum resurrectura esse. Negabant esse Angelos aut Spiritus. Act. 23. Matth. 22. Vide Iosephum Antiq: Iud. lib. 18. cap. 2. Matth. 3. 16. Luc. 20. Act. 4. 5.

SADOK, in Genealogia Christi, Matth. 1. קצריק Zadik, iustus.

SAHAR, filius Simeonis patriarchæ, Gen. 46. Exodi. 6. צהר Zohar, candidus, Num. 26. & 1. Paral. 4. צרח nominatur.

Salabim, Iud. 1. oppidum in tribu Dan, vide Selebin.

SALACHA, Ios. 12. & Salecha, Ios. 13. oppidum regni Basan, Deut. 3. Vide Selcha.

SALAI, auus maternus Iosaphat regis Iuda. 3. Reg. 22. שליחי Silhi, missus, legatus.

Salamihel, filius Surisaddai, princeps tribus Simeon, Num. 1. 2. שמיאל Selumiel, pax mea Deus. צורי שדאי ZuriSadai, petra mea omnipotens.

SALAMIN, vrbs Cypri, in qua Euangelion Paulus docet, Act. 13, distat à Seleucia 24. mil. germ. Condità est autem Salamin, à Teucro, fratre Aiacci. & Achillis patruele, qui post bellum pulsus à patre Telamone, in Cyprum venit, & vrbi à se conditæ, nomen patriæ insula Salaminos, quæ Athenis vicina est, attribuit. Huius vrbis, annis 300. post semina euangelij à Paulo isthic sparsa, episcopus fuit Epiphanius.

SALAMITH, mater blasphemi lapidibus obruti. Leui. 24. שלמות pacifica filia, רברי loquax.

SALATHIEL, filius Iechoniae Regis, pater Zorababel, Matth. 1. Aggæi, 1. Esd. 3.

Sealthiel שאלתיאל postulatio mea Deus.

SALE, pater Heber Gen. 10. 11. Luc. 3. vixit tres annos post mortem Abrahæ. שלח Selah, ramus vel gladius.

SALEM, vrbs regni & sacerdotij Melchisedech, quæ postea Hierusalem dicta est, teste Iosepho lib. 1. Antiq. Iud. cap. 18. & Ieronymo in Questionibus Ebraicis in Genesis caput 33. Alia est Salem, vrbs Sichimitarum prope Iordanem, iuxta quam aliquandiu habitauit Iacob, Gen. 33. & postea Iohannes baptizauit, Iohan. 13.

Saleph, filius Iectan, nepos Heber, Gen. 10. שלף à שלף extraxit.

Salim, 1. Reg. 9. apparet locum esse in finibus tribus Benjamin. שעלים, pugni pleni.

SALISA

SALISA, oppidum in finibus tribuum Iuda & Ephraim. **שלישה** mensura magna vel tertia.

SALLEM, filius Nephtalim, Gen. 46.

שלם Sillem retribuit.

SALMANASSAR, rex Assyriorum, sexto anno Ezechiae regis Iuda, Samariam cepit, & decem tribus Israel, & in his Tobiam, in captiuitatem abduxit, 4. Reg. 17. 18. Tob. 1. Idem vastauit Arbelam urbem, vt indicatur Ose. 10. Omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastauit Salmanassar Arbelam in die prelij, matre supra filios allisa.

שלמנאסר Salmaneser, perfectus ad vincendum. **סר** vinxit. vel pacificus Assyrius. 1. Esd. 4. nominatur. **סנפאר** Asenaphar.

SALMANA, Rex Madianitarum, à Gedeone interfectus, Iud. 8. Psal. 82.

צלמנע Zalumna, imago vaga.

SALMON, maritus Rachab, pater Booz, Matth. 1. Luc. 3. Ruth. 4. **שלמה** Salma, per Sin, vestimenta mea.

SALMONA, 35. mansio Israelitarum. Num. 33. vbi populus à serpentibus ignitis ictus, aspectu serpentis aenei à Mose erecti sanatus est. Numeror. 21.

צלמנה Zalmona, imaguncula.

SALMONE, Cretæ promonterium orientale, Gnido & Rhodo obuersum, Act. 27.

SALOME, vxor Zebedæi, mater Iohannis Evangeliste, & Iacobi maioris, existimatur fuisse soror Ioseph;

Iosephi sponsi Mariae. Marc. 15. 16. Matth. 27. Colloquium Christi & Salomes, ex Euangelio Aegyptiorum recitat Clemens lib. 3. Ἐρωπιατικῶν, Interrogat Salome Christum, Quando sit venturum regnum Dei? Respondet Christus, Cum cessabit opus mulieris. Nam veniente regno Dei post resurrectionem, cessabit non modo generatio, quae est opus Dei in coniugio, sed etiam peccatum & mors, quae sunt propria opera Euae in genere humano.

SALOME, filia Herodiadis, quae praeium bellae saltatiunculae petijt & accepit caput Iohannis Baptistae, Matth. 14. Marc. 6. Niceph. lib. 1. cap. 20.

SALOMON REX, filius Davidis, ex Bethsabea Vriae, 2. Reg. 12. 1. Paral. 3. Matth. 1. Cognomen habuit Iedidia, Dilectus Domino, 2. Reg. 12. Psal. 45. Hunc successorem in regno sibi constituit David, 1. Paral. 28. 29. 22. 23. 3. Reg. 1. Antecelluit autem sapientia & eruditione omnibus regibus toto orbe terrarum, & de natura omnium stirpium & animalium libros composuit, 3. Reg. 4. 3. 10. Syrach. 47. Ex storge materna sapientissime iudicat ἀσχηματισμένην mulierem non esse veram matrem. 3. Reg. 3.

Tandem ἀμαρτυρήσας τε καὶ σὸφῆσσαν ἰδωλῶν
dementatus a mulieribus, & tolerans ac colens Idola,
3. Reg. 11. Propter quod peccatum postea Regnum
dilaceratum, & decem tribus auulsa sunt. Fit Sa-
lomonis mentio in Nouo Testamento, Matth. 1. 6. 12.
Ebraice

Ebraice שלום *pacificus*, Fridericus, אשלום
 Salom, *pax.*

TEMPLVM SALOMONIS conditum
 est anno mundi 2933. in monte Moria, in quo Isaac
 immolari iussus est, Gen. 22. ad quod per gradus ascen-
 dendum fuit, Luc. 18. Act. 3. Id templum à Nabugdo-
 nosor crematum est, anno mundi 3364. Instaura-
 tum à Iesu & Zorobabel, in quo, Christum ipsum
 predicasse, iuxta vaticinium Aggae, magis consenta-
 neum est, quàm quod Iosephus scribit, Herodem ali-
 ud magnificentissimum extruxisse additis porticibus
 splendidissimis: Ex quibus vna propter operis digni-
 tatem & elegantiam Salomonis Porticus nominari
 putatur, Iohan. 10.

Extant autem in Canone Bibliorum tres Salo-
 monis libri: Proverbia, Ecclesiastes, & Canticum
 Canticorum, & aliquot Psalmi à Salomone scripti,
 quorum argumenta breuiter recitabo.

PROVERBIA continent sententias seu præ-
 cepta, de omnibus virtutibus, iuxta totum Decalo-
 gum, addita mentione præmiorum & poenarum.

In PRIMO Capite initio Propositio ponitur.
 Sententiæ Salomonis filij David, ideò scriptæ, vt
 inde discatur sapientia, & disciplina, hoc est,
 vera Dei agnitio, & honesta gubernatio morum.
 II. Qualis debeat esse auditor: Audiens sapientior
 erit. Non contemptores doctrinæ cœlestis, sed aman-
 tes verbum Dei, & habentes initia, proficient. III.

III. De timore Dei, quo & veram agnitionem Dei,
 & omnes ceteras primæ Tabulæ virtutes, & ^{et} ~~omnes~~
~~doxæ~~ complectitur. IIII. De parentum doctrina
 reuerenter amplectenda. V. Admonet ne vel o-
 pibus, vel potentia, vel multitudine impiorum à Timore
 Dei & pietate abducamur. Certo enim herebunt
 in panis. VI. Querela de contemptu verbi Dei in
 ministerio sonantis, & de horrendis panis contento-
 rum. **SECUNDVM** Caput est Adhortatio ad
 studium discendæ doctrinæ à Deo traditæ, & admo-
 nitio, ne decipiamur iudicijs Epicureorum, & ali-
 orum impiorum. pertinet ad I. & III. Preceptum
 Decalogi. **IN TERTIO**, Primus locus est De stu-
 dio Verbi Dei, & premijs eorum, qui obediunt verbo,
 II. De fide seu fiducia in solo Deo collocanda. III.
 De collatione facultatum ad conseruationem mini-
 sterij. IIII. Consolatur in cruce. V. Precipit de
 studio sapientiæ, hoc est, doctrinæ à Deo traditæ in
 Lege & Euangelio, & amplissima bona promittit dis-
 centibus hanc doctrinam, eiq; obedientibus. VI. De
 non impedienda aliorum vocatione & consilij salu-
 taribus. VII. De Liberalitate: Bis dat, qui cito dat.
 VIII. De iusticia & Fidelitate. Non noceras alijs,
 vel manifesta violentia, vel in Iudicijs, pretextu lu-
 piorum. **QVARTVM** Caput Adhortatur ad
 audiendam & seruandam doctrinam in verbo Dei
 traditâ

traditam & promittit præmia obtemperantibus. II. Admonet de vitandis exemplis impiorum. III. Præcipit de disciplina, & $\kappa\epsilon\mu\epsilon\iota\sigma\mu\omicron\nu$, de corde, sermone, oculis, pedibus regendis, ne uagentur extrametas in verbo Dei ipsis circumdatas. QVIN-
 TVM præcipit de Castitate, & fugienda scortatione.
 II. Prohibet Prodigalitatem, & præcipit de usu rerum propriarum, de Liberalitate & Parsimonia.
 III. Approbat coniugium & mutuam amorem & suauitatem coniugum, prohibet adulteria. SEX-
 TI capitis, Primus locus est de vitandis sponsonibus.
 II. De labore seu sedulitate, & fugienda igna-
 uia. III. De polypragmosyne & vicinis vicijs, $\Phi\iota\lambda\omicron\upsilon\epsilon\alpha\iota\alpha$, superbia, sophistica, crudelitate &c.
 IIII. De fugiendo adulterio, & colenda castitate. SEPTIMUM Caput totum est concio de colenda in timore Dei Castitate, & fugiendis consuetudine meretricum, quarum gestus, habitum & ceteras illecebras describit, ut moneat occasiones & irritamenta illa vitanda esse. OCTAVUM Caput est adhortatio ad sapientiam, hoc est, ad studium verbi Dei, seu doctrinæ à Deo traditæ, Legis & Euangelij, quæ est æterna sapientia Dei quæ etiam ante mundi conditionem in Deo fuit, & postea per Filium hominibus reuelata est. IN-
 NONO Capite, pingit profopopæiam Ministerij Euangelici, per quod sapientia seu verbum Dei

hominibus proponitur. II. Monet doctrinam celestem non esse proponendam Epicureis, sed docilibus & pijs. III. Præcipit de Castitate, & prohibet consuetudinem adulteræ, quæ simul admonet de puritate cælestis sapientiæ seu verbi Dei retinenda, & vitandis corruptelis, quibus vera doctrina adulteratur.

In DECIMO Capite incipit recitare breves *ὑπόμνησες*, velut Aphorismos, quæ singule, vel præcepta de moribus, vel sententias de præmijs virtutum aut poenis scelerum, vel descriptiones casuum vite continent. Et referendæ sunt ad Locos communes Virtutum, & præcepta Decalogi conuenientia. DECIMI Capitis prima sententia de storge parentum, & pietate ipsis debita loquitur. II. & III. Consolatio opponenda scandalo crucis. Iusti Deo curæ sunt, Impij, quanquam potentes sunt, punientur; pertinet ad I. præceptum IIII. & V. De Sedulitate & Ignauia. VI. & VII. Consolatio contra scandalum crucis piorum. VIII. de Docilitate. IX. de Simplicitate seu integritate vite. X. de Hypocrisi, quæ pugnat cum Veritate. XI. Piorum sermones & consilia sunt honesta & salutaria. XII. de Iracundiâ reprimente odia & condonante aliorum iniurias. XIII. & XIIIII. de Lingua frenanda. XV. XVI. de insolentia diuitum, & vsu diuitiarum. XVII. de obtrectatione. XIX. de garrulitate. XX. XXI. de salutari vsu linguæ, quæ sapientiâ & pietate regitur.

gitur. XXII. DEO iuuante labores sunt salutare.
 XXIII. de carnali securitate. XXIII. XXV.
 Iustis bene erit, malis male, pertinet ad primum præ-
 ceptum XXVI. Ignauia Tabellariorum. XXVII.
 XXVIII. XIX. XXX. Pys bene erit, impij peri-
 bunt. XXXI. XXXII. De salutari vsu lingue,
 pertinet ad 8. Præceptum. In VNDECIMO
 I. De Iusticia Commutatiua. II. De Humilitate &
 Superbia &c. Hoc modo singula sententiæ in toto li-
 bro Prouerbiorum distribui, & ad Locos Communes,
 & præcepta Decalogi conuenientia referri possunt.

ECCLESIASTIS argumentum tribus locis
 includi potest. Principalis scopus totius libri est, Asse-
 ueratio de Prouidentia, quod verè sit Deus, qui in-
 tantis vitæ humanæ confusionibus & ærumnis sit in-
 spector & IVDEX, puniens contemnentes Deum,
 & seruans timentes eum, cui debetur obedientia in
 cuiusq; vocatione, iuxta doctrinam ab ipso traditam.
 Hunc scopum totius libri Salomon ipse constituit in
 sine, his verbis: Deum time, & mandata eius
 serua, Hoc est præcipuum omnibus homini-
 bus. Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in Iudi-
 cium, etiam occulta, siue bonum, siue malum.
 II. Consolatio. Etsi tantæ sint confusiones vitæ
 humanæ, tam multa obedientiæ impedimenta inci-
 dant, difficultates, aduersi casus, errata, irriti labo-
 res, infelices euentus, ingratitude, calumniæ, contu-
 meliæ, similes exitus bonorum & malorum, cupidi-

tas fruendi laboribus nostris, & dolor in non fruendo: tamen propter hæc mala non abijcias officia vocationis, nec frangaris desperatione. Sed sedulo & fideliter facias labores tuæ vocationi conuenientes, exitus Deo commendes, & in Deo acquiescas, nec de voluntate Dei ex secundis aut aduersis euentibus & confusionibus huius vitæ iudices, sed ex ipsius verbo, in quo testatur se inspectorem & iudicem esse verum humanarum, vindicem scelerum, & adiuuantem pios, ac dantem felices successus fideliter laborantibus in sua vocatione. Hac consolatione sustentatus tranquillo animo comede in leticia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, & perfruere vitæ cum vxore, quam diligis, quia Deo placent opera tua.

III. Multa insignes sententiæ de Deo, de prouidentia, de consolatione piorum, de gubernatione vitæ, de virtutibus, de vicijs, & de communibus vitæ casibus passim inferuntur, præsertim cap. 4. 5. 7. 8. &c. In summa, totus liber est Doctrina de Prouidentia, & Consolatio piorum, qui in gubernatione & vita politica, & Oeconomica versantur.

Prima sententiæ in primo capite (Vanitas vanitatum, & omnia vanitas) non damnat creaturas Dei, nec affirmat res à Deo conditas esse vanas & malas, sed de cogitationibus, consilijs & negocijs humanis, quæ non reguntur luce fidei seu verbi diuini loquitur. Hæc consilia & negocia sunt vana, irrita, æruginosa, in quibus non potest acquiescere hominis animus

animus, & veram tranquillitatem consequi. Ac sicut Sol nunquam consistit, & flumina assidue voluuntur & reuoluuntur: ita miseria humana nunquam cessant, sed assidue redeunt & augentur.

CANTICVM CANTICORVM, id est, prestantissimum canticum (sicut sanctum sanctorum, id est, sanctissimum) est Gratiarum actio pro politia & Ecclesia diuinitus constituta, & aduersus hostes domesticos & externos defensa: Et precatio, vt deinceps eam seruet. Miscentur & consolationes, vt in calamitatibus & cruce Ecclesia in Deo confidat & acquiescat.

LIBER SAPIENTIAE, quem Iudaei Philonis esse aiunt, alloquitur Magistratus, qui in Ecclesiam & homines pios tyrannidem exercent, & adfirmat, Deum inspectorem actionum humanarum, certo puniturum esse Tyrannos & omnes impios: Pius autem & sanctis aeterna praemia post hanc vitam daturum esse. Ostendit etiam discrimen inter poenas piorum & impiorum: & Iudaicam Ecclesiam tyrannide oppressam, diuinis promissionibus, & exemplis piorum beneficiorum & liberationum, consolatur.

Salonius episcopus Viennensis, mysticam explanationem Prouerbiorum Salomonis scripsit.

SALVIANVS presbyter Massyliensis, cuius scripta Gennadius recenset, circa annum Christi 480. floruit. libri 8. de Iudicio & Prouidentia Dei, & libri 4. ad ecclesiam catholicam adhuc extant.

SALPHAAT filius Ephraim, nepotis Manasse, pater quinque filiarum, quae patri in hereditate terrae ipsi attributae succedunt. Num. 26. 27. 36. Iosua 17.

זלפהד Zelaphehad, umbra timoris.

Saltus, pater Adeodati, 2. Reg. 21. In Hebræo est יאיר Iaire, sylva, saltus.

SAMARIA, metropolis & sedes regni Israel, in monte tribus Manasse, condita ab Amri (3. Reg. 16.) à qua regio tota nomen accepit. Absuit à Ierusalem circiter decem mill. germ. intus circumplexa montem circumhabitatum ab ima valle ad summum verticem domibus priuatorum instar pinus, in cuius vertice arx Regia fuit, ex qua vsq. ad Ioppen & Arabiam Pertram prospectus patebat. Cum autem Salmanassar Rex Assyriorum anno 722. post urbem Samariam conditam decem tribus in Babylonem abduxisset: transtulit in Samaria regionem novos incolas, qui reliquos populi Israelitici miscebantur, Babylonios, Syrios, Cuthaeos & alios gentiles, qui Idola & cultus Idolatricos in sua patria vsitatos retinebant, & tamen interea colere etiam Dominum Deum Israel videri volebant, 4. Reg. 17. Ideo Iudaei à Samaritanis, perinde vt ab Ethnicis Idolatricis abhorrebant, Ioh. 4. & Christo magni probri loco obijciunt, quod Samaritanus esset, Ioh. 8. Ex hac colluue Gentium & Iudeorum degenerum, Deus sibi per ministerium Philippi Diaconi ecclesiam colligit, Acto. 8. Nomen Samariae significat custodiam, seu arcem custodiam. Landsbut, à מוש custodiuit.

- SAMARAIM, oppidum in tribu Benjamin, Iosue 18. צמרים Zemaraim, lancie.
- SAMARITHES, filius Chanaan, nepos Cham, Gen. 10. fortasse oppido Samarim nomen dedit. צמרו Zemari, lancis.
- SAME, oppidum tribus Iuda, Ios. 15. שמה sama.
- SAMIR, oppidum tribus Iuda, Ios. 15. ubi habitauit Thola, Iudex Israel, Iud. 10. שמיר custodia.
- SAMMA, frater Dauidis regis, 1. Reg. 16. 17. שמה ibi.
- SAMOTHRACIA, insula vicina Thracia, in mari Aegæo, à Samiis incolis, cum prius Dardania vocaretur, nomen accepit. Habet gradus long. 52. 45. latit. 41. 15. Samothracie mentio fit in historia profectiois Pauli, Actor. 16.
- Thraces, id est, tumultuatores, à Τρογίλοι.
- SAMSON, filius Manue, ex tribu Dan, Iudex populi Israel annis 20. Historia eius extat in libro Iudicum cap. 13. 14. 15. 16. Ebr. 11. Ebraice שמשון Simson, Sol eorum, 1. Reg. 12. nominatur Bedan, quia ex tribu Dan natus est.
- SAMVA, filius Dauid regis, 2. Regum 5. שמו nomen.
- SAMVEL, Propheta, filius Helcane, ortus à Core, filio Isuar, filij Chaath, filij Leui, 1. Paral. 6. cuius historia natiuitatis, pueritie, & rerum gestarum

nam recitatur, 1. Reg. 1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 12. 15. 16. 25.
 Syrac. 46. Psal. 99. Jerem. 15. Rexit populum Israel
 una cum Saule annos 40. Acto. 13. Concionatus est
 de Christo, Actor. 3. Scripsit historiam initiorum re-
 gni Davidis, 1. Paral. 29. שמעון, postulatius a
 Deo, 1. Reg. 1. a שמואל vel nomen eius Deus.

Samuel, presbyter ecclesie Edessene, scripsit
 contra Nestorianos, circa annum Christi 500.

SAMVEL, filius Amiud, vnus ex diuisoribus
 terra Canaan, Num. 34.

SAMVS, insula maris Icarij, vicina Epheso,
 patria Pythagore, ad quam appellit Paulus, Acto. 20.
 1. Maccab. 15. Descriptio totius insule extat apud
 Strabonem lib. 14. Terra Samia siue sigillata
 Σαμια ἢ Σαμιαῖος est contra pestem. Samus, שמוש
 Sol.

SANAN, oppidum tribus Iuda Ios. 15.
 זנאן Zenan clypeus, Micheas cap. 1. זנאן Zae-
 nan scribit, alludens ad verbum נצח quod egredi,
 expatiari significat. Non egressa est habitatrix Zae-
 nan, Das spanirngehen wird jr verboren wer-
 den.

SANCTVS, Diaconus ecclesie Viennensis in
 Gallia, martyr Lugduni, sub Antonino, Euseb. lib. 5.
 cap. 1.

SANGAR, filius Anath, Iud. 3. 5.

שנגר Samgar, humiliator.

SANIR, pars montis Hermon, continua Liba-
 no,

no, Deut. 3. Ezech. 27. Cant. 4. שְׁנִיר Senir,
lucerna, seu deus vigiliarum, teste Ieronymo.

Sanir, Iudic. 10. Vide Samir.

Sannanim, regio tribus Nephtalim, Ios. 19.

צֵעֲנַיִם Zaanaïm, translationes.

Sannes, Persa, propter confessionem Christi in
seruitutem redactus, tempore Arcadij Imp. Tripart.
lib. 10. cap. 32.

Saphacias, filius Dauidis regis, 2. Reg. 3.

Alius, filius Mathan, princeps in aula Sedechie,
Iere. 36. שֵׁפְטִיָּה Saphatiah, Iudex Dominus.

SAPHAN, filius Asua, filij Mesulam, scriba
templi sub Iosia rege Iuda, 4. Reg. 22. 2. Par. 3. 4.

שָׁפָן Saphan, cuniculus.

אֲזַלְיָהוּ Azaliah, diuisit Dominus.

מֶשֻׁלָּם Mesullam, Dominus eorum.

SAPHAN, pater Aiachan, patroni Ieremie,
Ierem. 2. 46. Reg. 25. שָׁפָן cuniculus.

SAPHAT, pater Helisei Propheta, 3. Reg. 19.
שָׁפָט Iudex.

SAPHAT, filius Huri, explorator de tribu Si-
meon, Num. 13. חֹרִי Hori, illustris.

SAPHATIA, filius Iosaphat regis Iudae, inter-
fectus à fratre Ioram, 2. Par. 21.

שֵׁפְטִיָּה Iudex Domini.

SAPHON, oppidum in tribu Gad, Ios. 13.

צָפֹן Zaphon, specula.

SAPHIRA, vxor Anania mentientis spiritui
sancto.

sancto, interficitur à Petro, non violentia externa: sed
vi spirituali, & impetu Heroico, Act. 5.

Σάπφειρα, vel à gemma aërii coloris, vel à שפ
pulchra, formosa.

SARA, vxor Abrahæ, cum esset sterilis, fide ac-
cepit vim concipiendi, & præter tempus ætatis pepe-
rit, Ebr. 11. Gen. 11. 17. 21. Esai. 51. Primum ro-
cata est שרי sarai, domina mea, Gen. 11. Deinde
שרה Sarah, (Gen. 17.) domina, princeps, vel, vt
Paulus Gal. 4. interpretatur, libera. Lutherus in
48. caput Genesis, adfirmat Saram fuisse filiam Tha-
re adoptiuam. Ideoq; vocari sororem Abrahæ &
filiam patris Abrahæ, & non filiam matris ipsius, Ge-
nes. 20. mortua & sepulta in Hebron, Gen. 23. 49.
Alia est Sara, filia Raguelis, vxor Tobie iunioris,
Tob. 6. 7. 3. Alia, filia Aser Patriarchæ, Gen. 46.
Num. 26. 1. Paral. 7. שרה Sarah, domina, odo-
rifera.

SARAA, vrbs in tribu Iuda & Dan, ad ripam
fluminis Sorec, Ios. 15. 18. 2. Paral. 11. patria Samsonis,
Iud. 13. צרעה Zareah, leprosa.

SARABELLA, Chaldaea seu Tyria vox, Dan.
3. significat purpuram Domini. Sarra enim Tyris
purpura est, Bal Dominus vel pallia seu tunicas ex-
teriores & fluxas, quales nobilitas gestabat.

Sarabaitæ, in regula D. Benedicti nominantur
monachi epicurei, quibus desideriorum suorum volu-
ptas pro regula est.

Sarais,

Sarias, scriba regis Dauid 2. Reg. 8.

SARAIAS, summus sacerdos, tempore Sede-
thia & captiuitatis Babylonica, interficitur à Nabu-
zardan. 4. Reg. 25. Ier. 36. 51. 52. Fuit filius Asariae,
nepos Helchie, cuius mentio fit 4. Reg. 22. 23.

שרייהו Seraiab, princeps Domini.

SARASAR, filius Sennaberib regis Assyrio-
rum, interficit patrem, Esai. 37.

שראצר Sarazer, princeps Assyrius.

Alius eodem nomine Dux persarum, vt Iudei
existimant, Zach. 7.

SARATHASAR, vrbs in tribu Ruben, Ios.
13. צרתהשחר ZerethhaSaHar, tribulatio mar-
tutina.

SARDIS, vrbs Lydie, quam mediam Pacto-
lus Fl: $\Sigma\epsilon\upsilon\sigma\phi\omicron\sigma\varsigma$ perfluit, metropolis regni Ly-
dorum, cuius mentio fit Apoc. 1. 3.

Sarca, Ios. 15. vide Saraa.

SAREA, Dux Iudaicus, Ierem. 40, idem signi-
ficat, quod Saraias.

SARED, filius Zabulon, filij Iacob patriarchae,
Gen. 46. Num. 26. סרר soled, peruerse domi-
natur.

SAREDA, oppidum in tribu Ephraim, patria
Hieroboam, 3. Reg. 11. צררה tribulator domi-
natur.

SAREPTA, oppidum in littore maris medi-
terranei inter Tyrum & Sidonem, ad radices Liba-
ni sit

in situm, & Sidoni subditum: sicut Sarepta Sidoniorum à Christo nominatur, vbi vidua Eliam propter tam hospitio excepit, 3. Reg. 17. Luc. 4. & in Abdia.

צַרְפָּתָה Zarpatah, ab excoquendis & conflandis metallis nomen habet q. d. conflatorium.

SARETH, in Genealogia regis Saulis, 1. Reg. 9. in Ebr. eo fonte non extat.

SARGON, Esai. 20. scribitur esse Sennaberib rex Assyriorum. סַרְגוֹן princeps horti.

SARIM, oppidum tribus Iuda, Ios. 15. 1. Regum 17. שַׁעְרִים Saarim, portæ vel mensuræ.

SARION, nomen montis Hermon apud Sidonios, Deut. 3. שִׁרְיוֹן Sirion, lorica.

SARITH, oppidum in extremis finibus tribuum Zabulon & Isaschar, in littore maris prope Carmelum promontorium, Ios. 19.

שָׂרִיד Sarid, reliquæ.

SARMA, vrbs in tribu Iuda, Ios. 15.

Ebraicè Horma הַרְמָה anathema.

SAROHEN, oppidum tribus Simeon, Ios. 19.

שָׂרֹהֵן SaruHen, cantor gratiæ.

SARON, regio vicina Ioppe & Liddæ, abundans fertilissimis campis & pascuis, Esai. 33. 35. 65. Ios. 12. 1. Paral. 27. Act. 9. שָׂרֹן campestris regio

אֶרֶץ שָׂרֹן umbilicus.

SARTHAN, oppidum Iordani vicinum. Ios. 13. 3. 1. Reg. 7. vbi in terra argillosa Salomon vasa templi & alia ex cupro fundi curat.

Zarhan,

צרתן Zarthan, à צר adflixit.

SARVCH, proauus Abrahæ, Gen. 11. Luc. 3.

שרוג Serug, ramus, propago.

SARVIA, soror Dauidis regis, mater Ioab,

Abisai, & Asabel, 1. Paral. 2. 2. Reg. 28.

Ebraicè צרויה Zeruiab, vel à צר Zeri, gutta seu liquor domini, vel à צר Zar, afflixit.

SATAN. Hanc vocem Petrus interpretatur cap. 5. Aduersarius noster Diabolus circumit tanquam leo rugiens. Nam שטן latine significat Aduersarium, Matth. 4. 6. Marc. 1. 3. 4. & c.

SATURNINVS, & Sifinnius, martyres Romani sub Maximiano Imp. decollati sunt 29. Nouembris. Alius ab Apostolorum discipulis primus Episcopus Tolose ordinatus, martyr, à Fortunato celebratus. lib. 2.

Saturninus, Antiochenus, circa annum Christi 140. Simonis Magi hereses sparsit, & suas addidit, videlicet mundum & homines ab Angelis factos esse, alios quidem natura bonos, alios vero malos, & Deum Iudæorum vnum fuisse ex malis Angelis, ad quem destruendum Christus venerit. Coniugium docuit à malis Angelis ortum esse, Irenæus lib. 1. cap. 22. Euseb. lib. 4. cap. 7.

Saturninus & Satyrus, fratres, martyres in Africa sub Galieno. Alius ex 18. martyribus Cesar-augustanis, sub Diocleciano.

SAVE, Gen. 14. appellatiuum est.

שׂוּב Id est, planities.

Savinus, episcopus Placentinus, apud Gregorium lib. 3. cap. 10. Dialogorum, Pado fl: inundanti & gros vicinos mandat, vt intra alueum redeat.

SAVL, filius Cis, de tribu Benjamin. Primus Rex populi Iudaici constituitur à Samuele Propheta, 1. Regum 9. 10. 11. Filius autem vnius anni erat Saul, cum regnare cepisset (1. Reg. 13.) hoc est, vnus annus abierat post electionem, vel adeo bonus & innocens erat Saul, vt infans vnius anni: & duobus tantum bene regnavit. Postea negligit mandatum Dei, de interficiendis Amalechitis, accenditur flammis emulationis aduersus Dauidem, interficit sacerdotes, viros sanctos & innocentes, (1. Reg. 22.) Ideoq; à Domino desertus, errat deinceps in omnibus consilijs, ac ruit præceptis in æternum exitium. Fit etiam Saulis mentio Act. 13. vbi 40. annos regnasse scribitur, quod de annis Samuelis & Saulis coniunctim intelligatur.

שׂוּב Saul, postulatus, vocatus.

SAVL, filius Simeonis Patriarchæ, Genes. 46. Num. 26.

TERRA SAUL, fuit regio in tribu Manasse cis Iordanem, 1. Reg. 13. שׂוּב Saul, vulpes.

SAVLVS, Nomen proprium Sancti Pauli Apostoli, quod inter Iudæos & Syros retinuit, Actuum 7. 8. 9. 11. 13. donec Gentium vocationem inchoavit conuerso Sergio Paulo, Cypri Proconsule, a cuius

à cuius familia Saulum, vna tantum litera ad sonum Romanis auribus concinnioremmutata, PAV-LVM nominatum esse consentaneum est.

SCARIOTH, Ἰσκαριώτης, cognomen Iudae proditoris, vide supra Iudas Iscariotes.

SCENOPEGIA, σκηνοπηγία. Festum Tabernaculorum, quod celebrabatur 15. die mensis septimi, institutum, vt memoria eductionis populi Israel ex AEGypto, & mirandae defensionis in deserto, dum sub tabernaculis Israelitae degebant, conseruaretur. Fit mentio festi Scenopiegiorum Iohan. 7. & 1. Macc. 10. Nehem. 8. 3. Esd. 5.

SCOTVS superior, Iohannes Erigena, peragratis praecipuis toto orbe terrarum Scholis, tandem in caenobio Mamelsburnensi, à discipulis, quorum vna taxauerat, inter legendum stylis confossus est, Anno Christi 884. Huius de caena Domini liber, ex quo Berengarius suae opinionis semina & rationes sumfisse scribitur, in concilio Vercellensi damnatus est, cum multò ante σὺγγρον & ipsi Paschasius sententiam de corporali praesentia Christi tribus libris, quos Scoti disputationibus oppositos esse apparet, defendisset.

Alius paulò superior Iohannes Mailrosius, Scotus, Bedae discipulus & Alcuini ac Clementis primorum Academiae Parisiensis doctorum condiscipulus.

SCOLASTICA, virgo, soror S. Benedicti, præfuit collegio virginum, ad fratris Regulam instituto, obiit die 10. Februarij, Gregorius lib. 2. Dial. cap. 33. 34.

SCYTHOPOLIS, vrbs Palestine, non procul à mari Galilææ, à Scythis condita, teste Plinio lib. 5. cap. 18. Abfuit à Ierosol: 600. stad. seu 15. mill: germ: 2. Macc. 12.

SCEVAE filij, exorcista (Acto. 19.) monent exorcismis non pelli Diabolum, sed sola ardenti fide & inuocatione filij Dei. Sceua, id est, clamator, vel vanus & mendax, à ΝΥ.

SEBA, 2. Reg. 16. vide Siba.

SEBALDVS, regis Daciae filius fuisse, & Parisijs studuisse, ac inde in solitudinem aufugisse scribitur. Postea in Germaniam missus à Gregorio II. circa annum Christi 730. Ratisbonæ & Noribergæ docuit. Inter Sanctos relatus à Martino V. die 19. Septembris.

SEBASTIANVS, patria Mediolanensis, fuit illustris Dux militum sub Diocletiano. Cuius autem doctrinam Christi amplexus esset, iussu Imperatoris alligatus arbori, & à militibus, qui in Sebastianum velut ad scopum iacula collimabant, confossus est, anno Christi 297. die 20. Ianuarij. Fit Sebastiani mentio apud D. Ambrosium in Psal. 118. octon. 19. *Gracis ὁ ἁγῶς, venerandum, augustum significat.* Qui

Qui pestilentiam arceri à Sebastiano senserunt, fortasse Latinam etymologiam à peste sinxerunt.

SEBEON, Horreus, pater Ana, socii Esau, Gen. 36. Ebraicè צבעון Zibon, discolor, à צבע Zaba, tinxit.

SEBIA, vxor Ochosiæ, mater Ioas Regis Iuda, 4. Reg. 12. 2. Par. 24. צביה Zibiah, gloria Domini.

SEBOLETH, שכולת, impetus aqua decurrentis. Hanc vocem Calaaditæ Ephratæis fugientibus pronunciandam proponebant, Iud. 12. Sed hic cum literam Schin non possent exprimere, efferunt סבולת sibolet, per samech.

SEBOIM, vna ex quinq; vrbibus, quæ sulphure & igne cœlitus demisso conflagnarunt, Genes. 10. 14. Osè. 11. Deut. 29.

Ebraicè צבים Zeboim, gloria vel decor, vel præ. Nam צבי Zebi vtrumq; significat.

Sechem, filius Galaad, Num. 26.

שכם Sechem, humerus.

Sechenias, collector spontanearum oblationum in ecclesia Iudaica, tempore Ezechie, 2. Paral. 31.

שכניה Sechania, habitaculum Domini.

Secri, filius Oziel, filij Caath, Exod. 6.

סתר Sithri, præceptor.

Secrona, oppidum prope Ioppen, Ios. 15.

שכרונת Sichronah, ebrietas.

Secundus, Thessalonicensis, deducit Paulum ex Achaia redeuntem, in Asiam, Acto. 20. Alius, docuit

Euangelion in Hispania, ideoq; submersus est. Alius senator Romanus, martyr sub Decio.

SEDADA, oppidum in tribu Nephtholim, ad radices Libani situm, limes Terræ sanctæ versus septentrionem, Nume 34. Ezech. 47.

זדדב Zedadab, latus eius.

SEDLIVS, quem patria Scotum fuisse, & circa annum 430. floruisse Sigebertus Gemblacensis refert, versibus Heroicis scriptum opus Paschale reliquit, diuisum in 4. libros, quorum primus præcipua ex veteri testamento miranda Dei opera celebrat. Tres posteriores clara salutiferi tractant miracula Christi, vnâ cum Historia Passionis & Resurrectionis. Ac in secundo libro, paraphrasis etiam præcationis Dominicæ insignis inserta est. Huius Sedulij poema est Hymnus, (A Solis ortu cardine) cuius ætymologia des totum Alphabetum continent, ac ei parti, quæ die Natali Christi vsitate canitur, statim succedunt versus à literis H. I. K. L. M. N. incipientes, ex quibus Hymnus in festo Epiphaniarum (Herodes hostis impie) exceptus est. In Decreto Dist. 15. his verbis Sedulij mentio fit: Viri venerabilis Sedulij opus paschale, quod Heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus.

SEDECHIAS, filius Iosie, postremus Rex Iudæ, captus à Nabuchodonosor, & oculis priuatus 4. Regum 25. 2. Paral. 36.

Sedechias, filius Chanaan, Pseudopropheta, prædi-

predicit Achab victoriam contra Syros, à quibus in eodem bello interficiebatur, 3. Reg. 22. 2. Par. 18.

צִדְקָה Zidekia, iusticia Domini.

Alius, pseudopropheta, filius Maasia, Iere. 29.

Alius, princeps in aula Ioachim regis, Iere 36.

SEGOR, vrbs Moabitidos, Sodomæ vicina, cui propter hospitem Loth pepercit Deus, Gen. 13. 19. 14. Esa. 15. Ebraicè זְעַר Zoar, parua.

Paulinus. Et cum Pentapolin perfunderet igneus imber

Exiguam Segorim Sodomis secernit iniquis.

Segub, filius Ahiel, instauratoris vrbis Iericho, 3. Reg. 16. שִׁגּוּב Segub, excelsus, munitus.

SEIR, princeps Arabiæ Petrææ, à quo orti sunt Horrei, qui tenuerunt partem Arabiæ Petrææ, que in Biblijs mons seu montana Seir appellatur, finitima Iudæa versus meridiem. Habuit septem filios, & filiam Thimnam, quæ Eliphazo, filio Esau nupta genuit AMALECH. Pulsi sunt autem Horrei à quatuordecim nepotibus Esau, Gen. 36. Et ab Esau, qui Edomi cognomen habuit, Gen. 27. regio Idumæa, deinde appellata est.

שַׁיַר Sair, hispidus, pilosus, satyrus, ein Zeldeteuffel/ Gene. 14. 32. 16. Deut. 1. 2. Esai. 21. Ezech. 25. 35. Ios. 11. 12.

SELA, סֵלָה, quod in Psalmis septuagies semel, & ter in Oratione Abacuc, versibus additur: Aquila transtulit SEMPER. Huius sententiam probat

ZZ 5 Ierony-

probat Ieronymus in Epistola ad Marcellam Tom. 4.
 fol. 42. Quidam Diapsalma, commutationem metri
 dixerunt esse, alij pausationem spiritus: nonnulli al-
 terius sensus exordium. sunt qui rythmi distinctio-
 nem, & quia Psalmi tunc temporis iuncta voce ad
 organum canebantur, cuiusdam musice varietatis
 existiment silentium. Nobis nihil horum videtur, cum
 Aquila, qui verborum Hebræorum diligentissimus
 explicator est, SELA, hoc est, diapsalma, SE M-
 PER transtulerit: & inueniamus in Psalmorum
 quoq; sine diapsalma positum, vt Psal. 3. & 23. Scire
 autem debemus apud Hebræos in fine librorum,
 vnum è tribus solere subnecti: vt aut Amen scribant,
 aut Sela aut Salem, quod exprimit pacem. Igitur vt
 solemus nos, completis opusculis, ad distinctionem rei
 alterius sequentis medium interponere, explicit, aut
 feliciter, aut aliquid istiusmodi: ita & Hebræi, vt
 quæ scripta sunt roborentur, facere solent: vt dicant
 Amen, aut in sempiternum &c. Burgenensis vocem en-
 cliticam, Poetis tantum familiarem esse arbitratur,
 ad explendum numerum & modulationem versus,
 vt Græci & Latini syllabis paragogicis vtuntur,
 τὸν σκηπηρῶ ἐλάσσασκε, ἔμοκλῆσασκε, ἦ μὲν θεῶ
 pro ἐλάσσε. Quod tamen expleri nulla ratione pote-
 stur, pro potest. Mei præceptores Notam attentionis
 esse dicebant, qua mentes ad diligentem & accuratam
 tam considerationem sententiæ in eo versu expositæ,
 excitentur.

excitentur. Quod mihi quidem simplicissimum videtur. Sed vſitatissima opinio est, vocis eleuationem in cantu ea voce indicari.

SELA filius Iudæ Patriarchæ, Gen. 38. Num. 26.

שלה Selah, pacificus.

Sela, oppidum tribus Benjamin, Ios. 18.

צלה Zelah, costa.

Sela, 4. Reg. 12. סלה Silla, laudauit.

SELCHA, oppidum regni Basan, in montibus

Libani prope Machati, Deut. 3. Ios. 12. 13.

סלכו Salchah, semita.

SELEBIN, oppidum in tribu Dan, Iosua 19.

3. Reg. 4. שעלבין Sealabin, pugillus lateris.

Selemias, Iere. 16. שלמיהו Pax Domini.

SELEVCVS, cognomine Philopator, Rex Sy-

riæ, pater Demetrii regis Syriæ, filius Antiochi magni,

frater Antiochi Epiphanis. 1. Maccab. 7. 2. Mac-

cab. 3. 5. mittit Heliodorum, vt thesauros ex Tem-

plo auferat.

SELEVCVS NICANOR

Dux Alexandri magni,

Antiochus Socer.

Antiochus Theos.

Seleucus Callinicus.

Seleucus Ce-
raunus

Antiochus Magnus

7

SELEV-

7

SELEVCVS PHL.

lopator, 2. Maccab. 3.

1. Macca. 7. Dan. 11.

Antiochus Epi-
phanes.

Alexander.

Demetrius obses Romæ, 1. Macca. 7.

SELEVCIA, vrbs Syriæ munitiss. condita à Seleuco Nicanore, primo rege Syriæ, sita ad ripam Orontis fluuij, qui 40. stadijs infra urbem in mare influit: ab Antiochia distat 120. stadijs versus occasum. In hanc urbem venit Paulus ex Antiochia in Cyprum profecturus, Actor. 13. Fit eiusdem mentio 1. Macca. 11.

Seleutiani, Heretici, sinxerunt materiam mundi Deo coeternam fuisse, Animas ab Angelis creatas esse, Christum sedentem ad dexteram Patris, non retinere naturam humanam &c.

SELIM, vrbs in tribu Iuda, Ios. 15.

שלמים Silhim, postulati.

SELLA, vxor Lamech, primi bigami, Gen. 4.

צלה Zillah, vmbra eius, צל Zel, vmbra.

SELLVM, decimus quintus rex Israel fuit vno mense, interficit suum Dominum Zachariam. Ideo rursus interficitur à Manahen, 4. Reg. 13.

Ebraicè שלום Sallum, retributor, à שלום.

Alius, maritus Oldæ Prophetissæ, 2. Par. 34.

SELLVM, cognomen Ioachaz regis Iuda, filij Iosia, Iere. 22. 1. Par. 3.

SEL

SELLVM patruus Ieremie Prophetæ, pater Anamehel, Ierem. 32. Alius, pater Ezechie Ducis Ephratæi, 2. Paral. 28.

SELLEM, filius Nephtalim, Num. 26.

SELMON, pars montis Garizim, Iud. 9.

זלמן Zalmon, imago.

SEM filius Noha, præcipuus Doctor & gubernator ecclesiæ Dei post diluuium fuit annis 502. Vixit cum omnibus filijs & nepotibus suis & post mortem Abrahæ 35. annos. cum Isaac 110. cum Iacob 50. annos. mortuus est ante descensum in Aegyptum sexagesimo nono anno.

Cogitemus autem quam pulchrum & venerandum Collegium fuerit Doctorum senum, in quo præfuit SEM, qui mundum ante diluuium viderat, adolescens, auum Lamech & proauum Mathusalem senes audiuerat: qui ambo Adamum primum parentem senem viderant.

Hic sedem Ecclesiæ & Scholæ suæ habuit in vrbe Salem, quæ postea Ierusalem dicta est, vbi Sacerdos Dei altissimi doctrinam de Deo, de creatione mundi & generis humani, de lapsu & reparatione hominum, de causa peccati & mortis, de venturo semine, quod abolito peccato & morte redditurum esset iusticiam & vitam credentibus, de vera inuocatione Dei faciendâ in spiritu & veritate, de fiducia promissi seminis, de veris cultibus Dei & discrimine spiritualis obedientiæ cordis & externæ disciplinæ ac sacrificiorum, de consolationibus in cruce, de extremo iudicio & vita

& vita piorum aeterna, & illustria testimonia i^{te} Dei aduersus peccatum in diluuiio praeipue declarata, & praesentia Dei in mirandis liberationibus, posteris suis tradidit. Letatus est etiam (cum plurimi ex posteris, relictis & abiecta ipsius doctrina, idolis seruirent) diuina voce atatis suae 465. octauum nepotem suum Abrahamum, ad vere ecclesiae societatem vocari, & promissionem de semine mulieris benedicto, & omnes gentes benedicente, renouari: & sedem certam in terra Canaan Abrahae promitti, vt nascentis Messiae hospitium & docentis schola esset. Scribit autem Hieronymus ad Euagrium, Hebraeorum constantem sententiam esse, quod Melchisedech rex Salem, & sacerdos Dei altissimi, fuerit Sem filius Noe, Genes. 14.

שֵׁם Sem, nomen, ex cuius posteritate is nascetur, cuius nomen est supra omne nomen, vel a שֵׁם positus, vt sit stirps Messiae, & vere Ecclesiae Dei, in quo nomen Domini semper praedicabatur.

SEMEBER, Rex Seboim, vrbis vicina Sodomae, Gen. 14. שֵׁם־בֵּר nomen magnificum.

Semeger, princeps Chaldaicus, Iere. 39.

שֵׁם־גֵּר Samgar, aroma vel serra.

SEMEI, filius Gerson, nepos Leui, Exodi 6. Num. 3. Zach. 12.

SEMEI, filius Gera, de tribu Benjamin, acer-
bissimis sarcasmis vexat Dauidem fugientem in exi-
lium, deinde deprecans, veniam petulantiae confe-
quitur.

quitur, tandem verò Dauidè mortuo, à Salomone
necatur, 2. Reg. 16. 19. 3. Reg. 2. שמעי Simei,
fama.

Alius, Leuita, ortus ab Heman, Diaconus Eccle-
siae sub Ezechia, 2. Paral. 29. 31. Alius, praefectus
Salomonis, 3. Regum 4. Alius, pater Matthatie,
Lucæ 3.

Per familias Semei (Zach. 12.) Ieronymus scri-
bit Doctores significari. Nam ex ea tribu magistro-
rum agmina pullulasse.

SEMEIAS, Propheta, dehortatur Roboam
à bello contra decem tribus, 3. Reg. 12. 2. Par. 11. 12.

שמעיה Semaiah, auditor Domini.
Semeias Neelamites, pseudopropheta in Ba-
bylone, Epistolam à Ieremia ad captiuos in Babylone

scriptam mittit sacerdotibus in Ierusalem, Ierem. 29.
Alius, Leuita, delectus ad visitationem ecclesia-
rum sub Iosaphat, 2. Paral. 17. Alius princeps Le-
uitarum sub Iosia, 2. Paral. 35. Alius pater Da-
laie, Ierem. 26.

Semeron, oppidum tribus Zebulon, Ios. 19. 11.
שמרון Simeron, custos.

Semida, filius Galaad, Num. 26.
שמידע nomen notum.

Semla, rex Idumæe, Gen. 36.
שמלה Samalah, sinistra.

Semma, filius Agge, vnus ex Heroibus in exer-
citu Dauid, 2. Reg. 23.

שַׁמָּא Samma ibi.

SEMMVA, filius Zechur, explorator de tribu
Ruben, Num. 1. 3.

שַׁמוּעַ Samua, fama, obedientia.

זְכוֹר Zachur, memor.

Sempronius, Latomus, cum fidem Christi am-
plexus, nollet Idola sculperre, iussu Diocletiani in a-
quam demersus est.

Semron, filius Isaschar, Gen. 46. Num. 26.

שִׁמְרוֹן Simron, custos.

Semron, oppidum in tribu Zabulon, Ios. 14.

Sen, Locus in tribu Benjamin, 1. Reg. 7.

שֵׁן dens.

Sene, nomen collis vicini oppido Machmes. 1.
Reg. 14. סֵנָה Seneh, spinus.

Senna, Num. 24. Ebraicè צִנְחָה Zinnah, puto
esse desertum Sin seu Zin prope Cades.

SENNAAAR, regio, quae deinde à metropoli
Babel, Babylonica dicta est, Gen. 10. 11. 14. Esai. 11.
Dan. 1. Zach. 4. Ebraicè Sinear שֵׁנַע excusio
dentium, à נֵעַר & שֵׁן Sen, & Naar, vel repetenti
excursionem שָׁנָה Sanah.

SENNATHERIB, Rex Assyriorum, successit
Salmanassari, qui decem tribus abduxit. Hic cum
obsideret Ierosolyma & regem Ezechiam: amisit de
exercitu 180000. virorum caesa ab Angelis. Ipse fu-
giens in Niniven, à proprijs filijs quos Nisrocho idolo
immolaturus erat, interfectus est, anno regni septimo,
4. Reg.

4. Reg. 18. 19. Esai. 36. 37. 2. Paral. 32. Tob. 1. Confer Herodoti narrationem de obsidione Pelusy, lib. 2. סנהריב Sanherib, acutus gladius vel spinus arefactus.

SENNIM, vallis vicina Cedus in tribu Nephthalim, Iud. 4. צענים Zaanaim, migrationes.

SENON, ciuitas in tribu Isaschar, non procul à mari Tiberiadis, versus occasum, Ios. 19.

שִׁיּוֹן Sion, tranquilla.

SENSENA, vrbs in tribu Iuda, Ios. 15.

סנסנה Sansanna, surculus, palmes.

SEON, Rex Amorrhæorum, tenuit regionem inclusam ab occasu, Iordane: à borea, torrente Iaboc: ab ortu, Ammonitide: à meridie, fluuio Arnon. Hunc regem, cum Israeltiis facultatem transeundi non daret, interfecit Moses, & regionem occupatam tradidit tribubus Ruben & Gad, Num. 21. 32. Deut. 1. 2. 29. Ie. 48. Psal. 135. 136. Ios. 2. 12. 13. 9. Ebraicè סִיחֹן SiHon, vastator.

SEOR, pater Ephron, à quo Abraham agrum emit, Gene. 23. צוהר Zohar, albus, nitidus.

SEOR, proauus regis Saul, 1. Reg. 19.

צָרוֹר Zoror, tribulator.

SEPHAMA, oppidum in finibus Palestine versus ortum, Num. 34. Ieronimus in 47. caput Ezechielis scribit urbem Apameam significari.

שֵׁפֶמָה Sephamah, mandibula.

SEPHAMOTH, 1. Reg. 30. שֵׁפֶמוֹת Siphamoth, buccæ, labia.

SEPHAR, mons orientalis, fortasse Imans, Gene. 10. ספרא Sepharah, ciphra, vel Notarius.

SEPHARVAIM, vrbs vel regionis nomen est, 4. Reg. 17. 18. Esai. 36. 37. Sed vbi sita sit, nondum inueni. Fortassis Syria vel Mesopotamia pars est. Ieronymus totum illum locum, Esai. 37. in quo decem nomina propria ponuntur, fortiter transiit, & addit, Manifesta transcurremus, vt in dubijs immoremur.

SEPHAT, vrbs in tribu Iuda, qua deinde Horma dicta est, Iud. 1. צפת a צפה intuitus est.

SEPHER, 20. mansio Israelitarum, Num. 33.

שפר Saphar, pulchritudo.

Sephet, oppidum Galilææ, in tribu Nephthalim, patria Tobie, cap. 1. Hac etiam etate munitissimum est.

Sephi, filius Zabal, nepos Seir, Gene. 36.

שפו Sepho, caseus bubalus, vel a שפה contriuit.

Sephi, Philistæus, Gigas, 2. Reg. 21.

ספ saph, postis.

Sephon, filius Gad, nepos Iacob, Gene. 6. Num. 20. צפיון Ziphion speculator.

Sephor, pater Balach, Num. 22.

צפר Ziphor, coronatus.

Sephora, vxor Moysis, Exod. 2. 18.

צפורה Ziporah, corona vel passer.

Sephora, obstetrix Aegyptia, Exod. 1.

שצרה Siphrah, formosa.

SEPHRO-

SEPHRONA, oppidum in tribu Nephtalim, ad radices Libani, situm inter Sedad & Euchazor, limes terræ sanctæ, versus septentrionem, Num. 34. Sedhua, filius Heliphaz, nepos Esau, Gen. 36. זפ"ו Zepho, speculator.

SEPTEM DORMIENTES, tempore persecutionis sub Decio in sylvas & solitudines ex urbe Epheso aufugisse ac dormiisse, & annis 180. post, sub Theodosio Iuniorè rursus euigilasse scribuntur à Nicephoro lib. 14. cap. 45. Nomina eorum annotata sunt, Maximianus, Malchus, Martinianus, Dionysius, Iohannes, Serapion, Constantinus, die 27. Iunij.

SEPTEM FRATRES, filij S. Felicitatis, Ianuarius, Felix, Philippus, Syllanus, Alexander, Vitalis, Martialis, sub M. Antonino. Imp. interfecti, 10. Iulij, Anno 170.

Sepulcra Concupiscentiæ, 13. mansio Israelitarum in deserto. Num. 11 33.

Ebraicè קברת התאוה Kiberoth bathauah. SER, oppidum tribus Nephtalim, Ios. 19. Quidam existimant vnius urbis nomen in eo textu esse, Affedimser, vel Ziddimser.

צ"ר Zer, tribulatio. SERAPHIM, Angelici ordinis nomen שרפים q. d. ardentes, quia sunt essentiæ lucidæ, diuinæ lucis radijs vibrantes, & διαφωρία, agilitate, celeritate, vi penetrandi, flammam ignis referentes, Psalm. 103. Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos

flammam ignis, vel quia ardent amore Dei & ecclesie
sue, Hymnus angelorum Seraphim: Sanctus, Sanctus,
Sanctus Dominus, Deus Zebaoth, plena est omnis ter-
ra gloria eius &c. Esa. 6. recitatur.

Seraphia, martyr Romae sub Adriano.

SERAPION, episcopus Antiochenus, tempore
Commodi Imp. Huius scripta recenset Eusebius lib. 6.
cap. 10. Alius martyr Alexandrinus, sub Decio Imp.
Euseb. lib. 6. cap. 31. Alius in persecutione lapsus mori
non potuit, nisi prius percepta Eucharistia, cap. 3. 4.

Serenus, Origenis discipulus, martyr, Euseb.
lib. 6. cap. 4.

Serefer, princeps in exercitu Chaldeorum, Ie-
rem. 39. סרפרא Serezer, princeps thesauri.

Seron, Praeses Syriae, profligatus a Iuda Macca-
baeo, 1. Macca. 5.

SERVATIVS, episcopus Tungrorum, vixit
circa annum Christi 412. Paulo post Hunnis graf-
fantibus, sedes episcopi Traiectum, & inde Leodium
translata est, anno Christi 710.

SERVEVS, Michael Seructus Arrago Hi-
spanus, nostra etate heresim Pauli Samosatemi reno-
uavit & alios errores multos, de mysterio incarnati-
onis, de Iustificatione, Baptismo, de Angelis & ani-
mabus hominum sparsit, editis septem libellis de er-
roribus Trinitatis & duobus Dialogis de Trinitate.
Item de iustitia Regni Christi. Combustus est Gene-
uae in Sabaudia, anno Christi 1553. die 17. Octobris.
Seruilius,

Seruilius, martyr sub Adriano.

SESA, pater Helioreph & Abia scribarum Salomonis, 3. Reg. 4. נשש, sex.

SESACH, rex Aegypti, diripuit Ierosolymam, & spoliauit Templum, tempore regis Roboam, 3. Regum 14. 11. 2. Paral 2.

שש Sifak, שש Sakak, discurret vel Saccus munerum. Herodotus Sabacum nominat.

SESACH, sic nominatur vrbs Babylon à Jeremia cap. 25. 51. שש.

SESAI, Gigas ex posteritate Enakim, incola vrbs Hebron, Iud. 1. Ios. 15. שש munificus, vel Eques.

SESEIMA, Oppidum in tribu Isaschar, prope regionem Dalmanutha, Iosu 2. 19.

שש Saba Zumah, superbum Ieniunium.

SETH, filius Adæ, Gene. 4. 5. Syra. 49. Luc. 3.

Natus est anno mundi 130. Obijt 1042. anno 14. ante natum Noha, anno 55. post translationem Enoch in caelum, cuius haud dubie spectator fuit.

ש Positio seu fundamentum Ecclesie & promissionis de Christo.

SETHIM, ciuitas est & palmetum, inquit Iosephus, contra Ierichuntem, procul à Iordane stadijs

60. in campestribus seu planitie terre Moab, (quæ

fuit 42. & vltima mansio Israelitarum ex Aegypto

egressorum) vbi populus cum Beelphoger & filiabus,

Moab fornicatus est, & 23000. vna die occisi sunt.

Num. 25. 1. Cor. 10. Ibidem rursus numeratur populus, Num. 26. Ordinatur Iosua in Ducem populi, Num. 27. Feruntur Leges de sacrificijs dierum festorum, cap. 28. 29. de votis, cap. 30. trucidantur Madianitæ, cap. 31. tribubus Ruben, Gad & Manasse, regio trans Iordanem distribuitur, cap. 32. constituuntur limites & diuisores terræ, cap. 34. MOSES postrema concione legem Dei repetit & explanat in toto Deuteronomio, & tandem condito Testamento suo, Deut. 31. 32. 33. moritur, Deut. 34. Ex eo loco Iosua exploratores in Iericho mittit, Ios. 2. 3. **סִטִּים** Sittim spinæ.

Num. 33. Abelsittim, seu Belsathim, vt in nostra versione scribitur, nominatur. **אֶבֶל־סִטִּים**, abel Sittim, planities Sittim, vel luctus spinarum.

Ligna Sethim, quorum in Exodo sepe mentio fit, Ieronymus in Ioelē scribit esse genus arboris, spinæ albæ simile colore & folijs, hoc est, maculas albas folijs aspersas esse, alioqui tam grandes arbores, vt latissima ex illis tabulata cedantur. addit præterea lignum fortissimum & incredibilis leuitatis & pulcritudinis esse. Ebraicè **סִטִּים** Sittim, aliqui vertunt pinum, aliqui spinam.

Seuerinus episcopus Coloniae, anno Christi 400. Christianam religionem superiorum annorum persecutionibus & Euphratæ Ariani episcopi perfidia ferè extinctam instaurauit. Præfuit 40. annis, obiit 23. Octobr. A. C. 438.

SEVERINVS, post Attilæ vastationes, instauravit Ecclesias in Austria, tempore Martiani Imp. circa annum Christi 460. 470. familiaris Odoacro Rugio, Obijt die 8. Ianuarij. 481.

Seuerus, Sulpitius Aquitanus, vitam S. Martini descripsit, celebratur à Gennadio.

Seuerus, Hereticus, negauit resurrectionem mortuorum, reiecit vetus Testamentum, iactitauit adflatus, habuit prophetissam Φιλῶδωλεω &c. vixit tempore M. Antonini.

Seuerus, episcopus Rauennæ, cum prius textor fuisset, vixit circa annum 430.

SEVERINVS, episcopus Coloniensis circa annum Christi 420. Alius Abbas, cum Clodoucum Gallia regem febris liberasset, oblatam pecuniam mercedis & muneris loco non accepit, sed petijt omnes captiuos in toto regno dimitti.

Seueritæ, Eutyichianorum secta, cuius auctor fuit Seuerus Antiochanus, circa annum Christi 500. vide Niceph. lib. 18. cap. 49.

SIBYLLA, mulier vaticinatrix. à Σιός, Deus, & Βέλη, consilium q: d. Θεοβέλη, Dei Vates. Vel Ebraum nomen est Kabyla, significans doctrinam de Deo & moribus honeste regendis à S. Patribus per manus traditam, quod καθεδωσι Græci vocarunt. Cum autem amissa Patrum kabyla integra, pauca tantum breues sententia alia aliunde accepta spar-

sim extarent quibus propter praeceptorum sanctita-
tem & antiquitatem singularis grauitas & aucto-
ritas inerat: rursus à Phocylide Milesio quaedam col-
lecta esse scribuntur, quae prorsus cum Decalogi legi-
bus congruunt.

πρῶτον θεὸν τίμα, μετεπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
Φεῦγε δὲ λατρείας ἀνόμους, θεῶν ζῶντων λάτρευε
εἰς θεὸς ἐστὶ μόνον & καὶ οὐκ ἐστὶν θεὸς ἄλλος
ἢ γὰρ οἱ ἀθάνατοι κεχολώσεται ὅσως ἀμάστη.

Græci extincta patrum religione, cum nomen
Kabyla solum sinere extaret, Fœminam longeuam
& fatidicam fuisse Sybillam commenti sunt, quæ
eiusmodi graues sententias & oracula prodiderit ac
decem Sibyllas sinxerunt, primam Persicam S A M-
BETHEN, à Sem & Iaphet dictam, 2. Libycam.
Delphicam. Cumæam. Erythream. Samiam. Cu-
manam. Hellepontiacam, Phrygiam, Tiburtinam.
Vidè Lactantij Instit. diuin. lib. 1. cap. 6. lib. 4. cap.
15. 16. 17. 18. 19. & octo libros Sibyllinorum Oracu-
lorum Græco & Latino carmine editos. quorum po-
stremo, omnes ferè articuli Symboli Christiani, ac
inter cæteros, hi versus recitantur.

αὐτὸν σὸν γινώσκει θεὸν θεῶν ἕν ἑόντα.
καὶ λόγος ὁ κτίζων μορφάς, ὡ παντὶ ἰσακείει,
ἐκὼν ἐς ἀνθρώπου ἐμὴ λόγον ὁρῶν ἔχουσα.
Exemplumq; Dei quicq; est in imagine parua &c.

SICHAR, oppidum Sichem. Iohan. 4. iuxta quod Christus colloquitur cum Samaritana.

SICELECH, oppidum tribus Simeon Ios. 19. 2. Esd. 11. in extremis finibus Iudææ, ad torrentem Bozor, quod direptum ab Amalechitis, liberat David, 1. Reg. 27. 30.

Ebraicè זקלג Ziklag, cortex, inuolucrum.

SICERA, omnis potus inebrians præter vinum, יקו inebriauit, fortassis idem nomen est, cum Saccharo, quod nunc quoque potui miscetur.

SICHEM, filius Emmor, principis Sichemitarum, qui stuprauit Dinam filiam Iacob, Gen. 33. 34. Ab hoc nomen vrbs Sichem extitisse putatur.

SICHEM & Sichar (Iohan. 4.) & Sichima, vrbs in tribu Ephraim ad montem Garizim sita, propè quam Abraham, ex Haran Mesopotamiæ in Palestinam profectus, primum habitauit Gen. 12. & Iacob postea agrum emit Gen. 48. in quo & ossa Ioseph sepulta sunt, Iosue 24. Ipsum etiam oppidum Sichem, à Simeone & Leui, propter stupratam sororem Dinam cadibus exhaustum Iacob possedit. Gen. 34. 48. Fuit vrbs Leuitarum & Refugij, Ios. 20. 21. in qua paulò ante mortem, Iosue comitia celebrat, in quibus Israelitas ad cultum veri Dei seueriss. cohortatur, Ios. 24. Funditus, deleta est ab Abimelech, Iudic. 9. Deinde rursus instaurata est à Hieroboam rege Israel, qui sedem aule illic habuit, 3. Reg. 12. Ieronymi tempore Neapolis dicta est.

שכם Sechem, humerus, fortasse à situ in monte: vel pars agri. Nam Gene. 48. vbi nos habemus, Do tibi partem vnā, in Ebr. eo est, Do tibi Sichein.

Fuit autem Sichein, pars deserti prope Iericho, in qua latrones interdum grassatos esse apparet ex Ose. 6. Turba Sacerdotum similis est latronum, qui insidias faciunt in via versus Sichein &c. Hinc Christus sumit similitudinem, Luca 10.

SICLVS, Iudaica moneta est, semunciam argenti, seu dimidium Ioachimicum pendens: cuius crebra in Biblijs mentio fit. Vnum latus, calycem thymiamate fumantem, & epigraphen, SEKEL ISRAEL, alterum latus, virgam Aaronis frondentem, & epigraphen, IERUSALEM HAKADOSCH (id est sancta) representat.

Præcepit autem DEVS Exod. 30. vt singuli Israelitæ quotannis dimidium Sicli, seu Didrachmon hoc est, quartam partem Ioachimici, Templo soluant. Quam pensionem cum postea Romani ad se transfuissent, Christus etiam, exigentibus Didrachma, in fine capituli 17. Matthæi, Staterem, hoc est, presentem nummum, ex ventre piscis extractum pro se & Petro soluit. Num. 18. primogenita hominum, Deo vel Templo consecrata quinq; Siclis, hoc est, duobus Ioachimicis seu aureis Rhenensibus & dimidio reddi iubentur. Leuit. 27. vbi de votis agitur, plus quam decies Sicli mentio fit. Si fuerit masculus
à 20.

20. anno vsq; ad 60. dabit 50. Siclos argenti (25. Taleros) si mulier, triginta Siclos (15. Taleros) Num. 7. plus quam tricies Siclus nominatur, cum quilibet ex principibus tribuum Israel, patinam argenteam pondo 130. Siclorum (65. Talerorum) & phialam habentem 70. Siclos (35. Taler.) in dedicatione Templi offert. Deut. 22. vicians virginem, iubetur eam ducere, & 50. Siclis (25. Taleris) dotare. Existimantur etiam triginta argentei, quibus Iudas Christum vendidit, tales Sicli fuisse, quorum singuli marca Lubecensi seu dimidio Talero valuerint. Cetera loca Num. 3. Ios. 7. 2. Reg. 17. &c. omtto.

SIDE, vrbs Pamphiliæ, cuius mentio fit 1. Maccab. 15.

SIDON, vrbs Phœnicie antiquissima, & post Babylonem celeberrima, in littore maris mediterranei in extremis finibus Palestine, versus septentrionem, condita à Sidone filio Canaan, patruelis Nimrodi, Genes. 10. & Sidon magna vocatur, Ios. 11. vbi prime vitri officina fuerunt, incidit postea in tribum Aser. Iosua 19. Iud. 1. Capta est & cremata ab Ocho rege Persarum, vt narrat Diodorus Siculus, lib. 16. pag. 43. Ideo tempore Alexandri nihil fuit. Sed Tyrus colonia Sidonis, quæ metropolin splendore & opibus superauit, magnis laboribus ab Alexandro expugnata est. Fit mentio Sidonis

Sidonis, Matth. 11. 15. Marc. 37. Luca 6. 10. Actor.
12. 27. Esai. 23. Ezech. 28. Zacha. 9. 1. Macca. 5. 15.
Iosue 11. 19.

Ebraicè זידון Zidon, venator, א זוד, vel זאד Zad, venatus est.

SIDONIVS Apollinaris, episcopus Auernorum
in Gallia, cuius extant poemata, & nouem epistola-
rum libri eleganter & argute ad Plinij II. imitatio-
nem scripti: vixit tempore Zenonis Imp. circa an-
num Christi 500.

SIDRAC, cognomen Ananiae collegae Danielis,
cap. 1. 2. 3.

שדדדד mamma tenera.

SIENE, vrbs in finibus Aegypti, & Aethiopiae,
subiecta Tropico Cancr. Habet gradus long. 62. lat.
23. cuius mentio fit Ezech. 30.

סננה Seneneh, illustris. Incole eam hodie Gua-
gheram appellant, teste Iouio.

S. SIGISMVNDVS, rex Burgundiae, filius
Gundebaldi ab Alcimo Auito in religione Christiana
eruditus quo hortante monasterium martyrum A-
gaunensium S. Mauricij & sociorum eius ad Rhoda-
num condidit. Tandem a Clodomiro Francorum
rege captus, & vna cum vxore & liberis in puteum
precipitatus est, circa annum Christi 520.

Athanasicus

Gundiochus

Chilpericus

Gundebaldus
fratrem inter-
emit.

Clotildis

Sigismundus a
Clodomiro cae-
sus.

Christiana

Clodomirus.

Gaudesolus pri-
mus Rhenum
transgressus, a-
gros in Sequanis
& Heduis oc-
cupavitClodouenus
Magnus

SIHOR, fluvius vide STOR.

SILAS, ex Concilio Apostolorum mittitur legat-
us ad perferenda Ecclesijs decreta, de abrogatione
legis, deinde comes fuit & collega Pauli, docuit Eu-
angelion Philippis, Thessalonica, Corinthi, Actor. 15.
16. 17. 18. 1. Iheff. 1. 2. Corinth. 1.Silas, felix, abundans, a שׁלח, vel legatus missus
cum certis mandatis, שׁלח.SILOH in Vaticinio Iacob Gen. 49. Non aufe-
retur sceptrum de Iuda donec veniat שׁלח CHRI-STVM significare non dubium est, sicut Chaldaei
Messiam interpretati sunt: sic dictum, vel a SA-LAH, SALVS, SALVATOR, faustus felix,
fortunatus, vel a שׁלח secundum Choreon membra-na, cui foetus in aluo inuoluitur, & Synechdochice
Foetus vel Filius: & pronomine adfixo הׁ faemini
generis

generis: Filius eius, scilicet Formine seu virginis, vt in prima promissione semen mulieris, non viri, vocatur: vel donec veniat Filius eius, id est. Iude Ebr. 7. Rom. 7. vel à מִיִּשׁׁי misit, per מ. sicuti Hieronymi tempore scriptum fuisse apparet, qui reddidit MITTENDVS in mundum ab eterno patre, vt à peccato & morte genus humanum liberet.

SILO mons & oppidum in finibus tribuum Ephraim Benjamin & Iuda situm ad grad. longit. 65. 58. latitut. 31. 58. distans à Ierosolymis versus occasum solstitialem 4000. passuum, seu vno milliari Germanico. In hoc monte sedes fuit Tabernaculi & ministerij Ecclesiastici præcipua vsq; ad Samuelis Propheta etatem, cum Arca fæderis, à Philistinis capta, & paulò post in Cariathiarim reducta, & inde à Dauide in montem Sion traducta est. Vt autem notior adolescentibus mons Silo fiat, situm illius in tabula aspiciant, & cætera sacra Historie loca, in quibus mentio illius fit, attentè perlegant, 1. Regum 1. 4. Ios. 18. 22. 23. Iud. 21. Psalm. 78. Et reliquit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, vbi habitauit inter homines, & tradidit in captiuitatem virtutem eorum. Ierem. 7. Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum principio, & videte quæ fecerim ei. Fuit patria Abie Propheta, 3. Reg. 14. Hodie ad S. Samuelem dicitur. שִׁלֹה, pacificus, felix, opulentus.

SILOE, Fons scaturiens ad radices montis Si-
on versus orientem, vnde emanans riuus piscinam
efficit, in qua cæcus lauare oculos iubetur, Iohan. 9.
Hanc portæ vrbis vicinam muro cinxit & Turrim
addidit Sellum, Nehe. 3. Luc. 13. Esa. 8.

Ebraice מילוא Siloa Hmissus, Iohan. 9. εἰς τὴν
ῥοαμὴν ἢ θραῖ & σιλωάμ ὁ ἔρμω εὐεταὶ ἀπε-
σαλμῶ. Ierouymus in Ierem. 19. scribit, vallem
Gehennon fontibus Siloe irrigatam fuisse.

SILVANVS, sic nominatur Silas in epigra-
pha prioris epistolæ ad Thessalonicenses & 2. Cor. 1.

SIMEON, secundus filius patriarchæ Iacob, ex
Lea, Gene. 29. seuus & trunculentus homicida fuit,
qui ciues Sichem contra datam fidem trucidauit, Ge-
ne. 34. & præcipuus interficiendi fratris Iosephi au-
tor fuit, ideoq; a Ioseph postea in Aegypto vinctus re-
tinetur, Gene. 42. 43. maledicitur a Iacob, Gene. 49.
Vbi Lyræ prouerbium Iudeorum de dispersione tri-
bus Simeon recitat. Non est pauper scriba, nec peda-
gogus nisi in Simeon, h. e. nati in tribu Simeon discur-
rebant per sortes aliorum, ad querendum victum scri-
bendo, vel pueros docendo, sicut clerici pauperes faci-
unt apud Christianos. Filij Simeonis & familie ab
ipso ortæ recensentur, Genes. 49. Exod. 6.
Nume. 26. 1. Paral. 4. Narrat etiam Ieronymus Iu-
dam Ischarioten ex hac tribu ortum esse, fortasse qui
Iohan.

Iohan. 13. Iudas Simeonis nominatur. Fit alioquin tribus Simeon mentio, Num. 1. 2. 7. 10. 13. 34. Apocal. 7. Ezech. 48. Iud. 1. Paral. 4. ubi etiam nomina oppidorum, quæ possederunt eodem serè ordine, quo Iosue XIX. recensentur.

Simeon, proavus Iudæ Maccabæi, Iosephus lib. 12. cap. 7. à quo Asimonæi.

SIMEON, Ben Hillel, condiscipulus Ionathæ Ben Uzziel auctoris Targum senex CHRISTVM infantem in vlnis gestat, Lucæ 2. & breui Canico gratias agit DEO, pro exhibito Messia, & de Vocatione gentium, & beneficijs Christi Ecclesiam docet. Scribitur obiisse die 3. Februa. Filij huius Simeonis in Euangelio Nicodemi nominantur Charinus & Lenthus.

Alius, episcopus Seleuciæ in Persia, martyr sub rege Sapore, die 21. Aprilis, Trip. lib. 3, cap. 2.

SIMEONIS Metaphrastæ Constantinopolitani, de vitis Sanctorum, Tomi VIII. Roma excusit, nihil serè à communibus Legendis Sanctorum differentes.

SIMON, APOSTOLVS, cognomine Zelotes, Lucæ 6, Actor. 1. & Cananites, Matth. 10. Marti 3. Nam **ΝΙΖ** Kana significat Zelotem seu annulatorem, teste Ieronimo in cap. Matth. 10. sed Nicephorus & alij scribunt eum ab oppido Cana Galilææ, in quo natus sit, nomen accepisse. Existimatur autem ex Maria sorore Mariæ virginis & Cleophæ fratre

fratre Iosephi, natus esse, Euseb. lib. 3. cap. 11. Fuit itaq; frater vterinus Iacobi minoris & Iude Thaddeei Apostolorum, Matth. 13. Marc. 6. Post resurrectionem Christi scribitur Euangelion in Aegypto, Libya & Persia docuisse. Inde reuersus S. Iacobo in gubernatione ecclesie Ierosolymitanae successit, & anno etatis sue 130. cruci affixus est sub Traiano Imp. Euseb. lib. 3. cap. 11. 32. lib. 4. cap. 22. Graci in 10. Maij festum eius collocarunt.

SIMON, nomen proprium S. Petri Apostoli, Matth. 4. 16. Luc. 5. 24. 22. 4. 6. Iohan. 1. 21. quod discipulum seu auditorem docilem significat.

SIMON Phariseus, apud quem prandens Christus, mulierem peccatricem absoluit, hac oratione: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, cui verò minus remittitur, minus diligit. Luc. 7.

SIMON, leprosus, apud quem cœnat Christus Bethanie, biduo ante passionem, Matth. 26. Marc. 14. SIMON Cyrenæus, gestat partem crucis Christi exeuntis ad supplicium, Matth. 27. Luc. 23. in omnes pij Simones, id est, auditores & discipuli Christi, partem crucis ferre coguntur.

SIMON, coriarius, ciuis Ioppe, hospes S. Petri, Acto. 10. SIMON NIGER, Doctor Ecclesie Antiochene, Act. 13.

SIMON, filius Matthathi, frater Iude Macchabei & Ionathæ, cui in Sacerdotio & Principatu succedens

cedens præsuit annos 8. tandem à genero interfectus est, 1. Macca. 2. 13. 14. 15. 16.

SIMON, Oniæ filius summus sacerdos pater Oniæ, Iasonis, & Menelai, quorum duorum opera Antiochus primum in Iudæam attractus est celebratur à Iesu Syrach, cap. 5. vide in serie Pontificum.

Simon, de tribu Benjamin, prœdit thesauros Templi Ierosolymitani Seleuco Philopatori, 2. Macc. 3. 4.

SIMON MAGVS, natus in oppido Samariae Gyttho. Cum Philippus Diaconus Euangelion in Samaria predicaret, credidit & ipse & baptizatus est, ac cum videret à Petro & Iohanne Apostolis, per impositionem manuum dari spiritum sanctum, offert illis pecuniam, qua potestatem conferendi dona spiritus sancti se emturum confidebat. Hinc appellatio Simonie orta est. Docuit autem, Vnam tantum in Diuinitate personam esse, quæ aliàs nomine Patris, aliàs nomine Filij, aliàs aliter se patefecerit. Circumduxit mulierculam Helenam, seu Selenem, quam finxit summi Dei $\epsilon\upsilon\upsilon\omicron\iota\sigma\omega$, & omnium verum matrem esse. Ab hac enim Angelos, ab Angelis malis mundum conditum, & Legem Moysi, ac Prophetias traditas esse. Cumq; Angeli mundum male regerent, summi Dei $\delta\upsilon\omega\alpha\mu\upsilon\ \mu\epsilon\gamma\acute{\alpha}\lambda\omega$, in specie hominis, non tamen verum hominem, venisse, nec vere sed putatiue dare. Legem & Prophetas tanquam à malis Angelis, mundi conditoribus ortos, abiicit. Negavit resurre-

resurrectionem carnis, & magnum chaos fanaticarum opinionum sparsit, quas postea Menander, Cerdon, Valentinus, Basilides, Marcion, & ceteri latissime propagarunt. Discessit autem Simon Magus ex Samaria Romam, ubi temporibus Claudij & Neronis Imp. per prestigias magicas adeo inclarauit, vt iussu Claudij statua ipsi & ara collocata sit, cum hac inscriptione: SIMONI DEO SANCTO. Tandem Petri & Pauli Apostolorum precibus, prestigie ipsius detecte sunt, & cum in cælum se volaturum esse, iactitasset, ex sublimi decidit, & extinctus est. Historiam integram legant studiosi apud Irenæum, lib. 1. cap. 20. Euseb. lib. 2. cap. 13. & alibi. Epiphanium lib. 1. Tom. 2. & in Legendis sanctorum Petri & Pauli.

Simpedritus, episcopus Ratisbonensis, tempore Caroli magni.

Simplicius, Romanus, martyr sub Diocletiano.

SIN, Desertum, pars Arabiae Petrae, inter Helim & Sinai, octaua mansio Israelitarum, Exod. 16. Num. 33. SD , id est, dumetum.

Aliud est Desertum Sin S prope Cades, Num. 13. 20. 27. 33. 34. Iusue 15. vide Cades.

MONS SINAI, in deserto Arabiae petrae, supra ceteros montes, quos Melanes seu Nigros Geographi nominant, altissime eminent, & à recto itinere, quod ex Aegypto in Palestinam ducit, versus dexteram & Petram Arabiae metropolin declinat, & ab

vrbe Ierofolyma 30. milliaria germ: ab Hauila portu maris rubri, quindecim milliar. à Petra Arabia totidem mill. distat. Gradus long. 65. lat. 30. cum dimidio obtinet. Ad hunc montem Sinai, duodecimis castris, filij Israel ex Aegypto egressi, peruenerunt, Exod. 19. Num. 33. ac in deserto, quod monti Sinai adiacet, continuos vndecim menses, & 20. dies commorati sunt, Exod. 19. Num. 10. Quo tempore L E G E M in cacumine montis Sinai D E V S, anno mundi 2453. die 50. postquam ex Aegypto egressi erant, sua voce promulgauit, Exod. 20. 21. 22. & Tabernaculum seu templum fabricari iussit, quod die prima anni secundi post exitum Moses erexit, Exod. 40. & proximis 30. diebus leges de sacrificijs & discrimine mundorum & immundorum in toto Leuitico tulit, & tandem censu de filius Israel acto, Num. 1. 2. & Pasce celebrato, Num. 9. die 2. mensis secundi mouere castra iubet, Num. 10. סיני, dumetum.

Hodie ab Arabibus TVR, à Christianis Mons S. Catharinae nominatur, ex cuius iugo summo sinum Persicum & mare rubrum ac finitimas longe lateq; regiones prospici posse narrant Iouius, lib. 37. & Breidenbachius, qui peregrinationis suae, in ea loca, religionis ergo susceptae, commentarios reliquit.

Contiguus autem vel potius pars montis Sinai est, O R E B, rotundo & abrupto ambitu, alte sursum eminens & singulari cacumine, humiliore ta-
men

men aliquanto, quam est montis Sinai vertex vicinus, à cæteris omnibus seiunctus, cuius in historia legis à DEO Moysi traditæ, Deut. 4. 1. Exod. 33. & Eliæ aliquantisper in eius spelunca latentis. 3. Reg. 19. & in historia vocationis Moysis, & alibi mentio fit.

SION, Mons in parte meridionali vrbs Ierosolime, supra quem Arx Davidis collocata fuit, 2. Reg. 5. Psal. 48. 2. 59. 124. Ebr. 12. Apoca. 14. Fit Sionis mentio ferè in omnibus capitibus Esaia, in Threnis Ieremia, & alibi. Ebraicè צִיּוֹן Zion, titulus, vel signum, vel specula.

Cupressos in monte Sion natas esse apparet Eccles. 24.

Sior, oppidum Iudææ, Ios. 15.

צִיּוֹר Zior, paruus.

Sior & Labanath, oppida in tribu Aser propè Ptolemaidem, Ios. 19. שִׁיחֹר לִבְנָה Si Hor Libnah, nigra & candida.

SIOR AEGYPTI, 1. Paral. 13. fluuius in extremis finibus AEGYPTI & Palæstina, à nigredine seu turbidis aquis nomen habet, Quod appellatiuè ab Interprete nostro, Ios. 13. & Ierem. 2. redditum est, cum proprium SIHOR, vt 1. Paral. 13. retinendum fuisset. Est autem Sihor, non Nilus, sed alius fluuiolus infra Gazam, & Raphiam, qui Rhinocolurus à Ptolemæo nominatur & ad oppidum eiusdem nominis in mare mediterraneum influit, & Palæstinam ac extremos

AEgypti fines determinat. Ebraicè שִׁיחֹרֶר Si Hor.
Niger, à nigredine aquarum.

Silai, Gigas, ex posteris Enach. incola vrbis Hebron, Num. 13, Ios. 15. Iud. 1. שֵׁשַׁי Sesai, Eques, tractator equorum, vel succisor à שֵׁשׁ.

SISARA, Dux Iabin, regis Asor, victus à Deborah & Barac, Iud. 4. Psal. 82.

סִסְרָה Sisera, praeuaricator.

Silinius, Lector Nectarij episcopi Constant. qui dixit: disputationes non modo non vnire schismata, sed etiam haereses ad maiorem contentionem adducere, Tripart. lib. 9. cap. 19.

Alius, martyr sub Maximiano.

SIXTUS, episcopus Romanus eius nominis primus, martyr sub Adriano Imp.

SIXTUS II. natus Athenis, episcopus Romanus, qui vadens ad supplicium, Laurentio Diacono Thesauros ecclesiae commendat, sub Decio Imp. martyri coronam accepisse scribitur à Prudentio.

SMYRNA, vrbs Ioniae, in minori Asia, cuius mentio sit Apoc. 1. 2. vbi filius Dei inter cetera hanc insignem consolationem Angelo ecclesiae Smyrnae scribi iubet: Retineto fidem vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitae. In hac vrbe Episcopus fuit S. Polycarpus discipulus Iohannis Euangelistae.

SOBA, regio Syriae, inter Damascum & Euphraton, cuius Regem vincit Dauid, 2. Regum 8. 10. 2. Paral. 8. 1. Reg. 14. Psalm. 59.

- צובה *Zobah, miles.*
 Sobab, *filius Davidis Regis, 2. Reg. 5.*
 שׁוֹבַב *rebellis.*
 Sobach, *princeps militiae regis Adadezer, 2. Regum 10.* שׁוֹבַךְ *rete, perplexitas.*
 Sobal, *Horræus, ad finis Esau, Gene. 36.* שׁוֹבַל *pes, vel spica.*
 Sobi, *filius Naas, Ammonita, præbet Davidi in exilio versanti, commeatum, 2. Reg. 17.* שׁוֹבִי *versus.*
 SOBNA, *Quæstor & Præfectus prætorio in aula Regis Ezechia, cuius hypocrisin & securitatem taxat Esaias cap. 22.* שׁבְנָא *Sebna rebellis שבב.*
 Alius existimatur esse Sobna scriba seu Cancellarius Ezechia, Esaiæ 36. 4. Reg. 18. 19.
 Sobochai, *miles in exercitu Davidis, interficit Sephi Gigantem Philistæum, 2. Reg. 21*
 שׁבְכִי *Sibbechai, perplexus.*
 SOCCOTH, *secunda mansio Israelitarum ex Aegypto egredientium, Exod. 12. 13. Num. 32.*
 שׁבְת *Succoth, Tabernacula, a סכך textit.*
 SOCCOTH, *oppidum trans Iordanem prope Mahanaim, in quo figit Tabernaculum Iacobus, Gen. 33. Eiusdem mentio fit, Ios. 13. 2. Paral. 4. Hoc oppidum Gedeon, captis Madianitarum regibus euertit, Iud. 8.* שׁוֹכֹת *Sucoth, tabernaculum.*
 Aliud est oppidum Iudæ, inter Azecbam & Macedam, cuius mentio fit Ios. 15. 1. Reg. 17. 2. Paral. 11. 28. 3. Reg. 4. שׁוֹכוֹ *Sochoh, sepes, tumentum.*

- Sochet Benoth, Idolum Babyloniorum, 4. Reg.
- 17. סכות בנות Gallina cum pullis.
- SODOMA, vrbs nota ex historia Genes. 10. 18.
- 19. סדומה Sedomah, mysterium, vel a סד fundamentum eorum, spes & fiducia eorum. Fit mentio Sodomorum, Ezech. 16. Amos 4. Sophon, 2. Matth. 10. 11. Lucae. 10. 2. Pet. 2. 4. Esd. 2. Esa. 1. 13. 3.
- Somer, pater Iosaphat patricidæ Ioas Regis, 4. Regum 12. שומר Somer, custos.
- Sommoria, filius Roboami regis, 2. Paral. 11.
- שמריה Semariah, custos Domini.
- Soon, frater Somorrie, 2. Paral. 11.
- זהם Zaham, abominatio.
- SOPATER, natus Berrhææ in Macedonia, comes Pauli ex Achaia per Macedoniam redeuntis in Asiam, Acto. 20.
- SOPHAN, oppidum in tribu Gad, inter Tazer & Mahanaim, Ios. 13. Num. 32. שופן cuniculus.
- Sophar, amicus Iob. צפר Zophar, speculator, Iob. 2. 11. 20.
- SOPHIA, mater trium virginum martyrum, Fidei, Spei, & Charitatis, quarum corpora sepeliens, & ad tumulum orans, placidè obdormuit, circa annum à nato Christo 130. die 15. Maij.
- Sopher, 4. Reg. 25. ספר scribe, der oberste musterschreiber.
- SOPHONIAS, Propheta, prædicit populum Iudaicum in captiuitatem Babylonicam abductum

iri,

iri, sed tamen reliquias populi mansuras esse, vt ex eis
Christus nascatur. Alius, sacerdos, legatus Sedechia
regis ad Ieremiam, Ier. 21. 29. 37. 4. Reg. 25.

צפניה Zephaniah, arcanum, seu secretarius
Domini.

SOREC, שורק Soreck per Smol, Latine vi-
tem generosam significat, Iud. 16. Vallis Sorek, Das
Weinsbergertal.

SOSIPATER, natus in oppido Macedonia
Berrhaea, comes Pauli ex Graecia in Macedoniam re-
deuntis. Actor. 20. Rom. 16. Postea scribitur fuisse
Episcopus Iconij. σωσίπατρος seruator patris,
vel gaudij interpretis a שוש gaudium & פתר in-
terpretatus est.

Sothenes, Archisynagogus Iudeorum Corinthi
habitantium, amplexus est doctrinam Christi prae-
dicante Paulo, Actor. 18. 1. Corinth. 1.

Alius Chalcedonensis, martyr sub Diocletiano.

Softratus, praefectus Antiochi, in arce Ierosoly-
mitana, 2. Macc. 4. σωστρατῆς seruator exercitus.

Soter, episcopus Romanus, instituit vt coniugia
& cum consensu parentum contraherentur, & certis
ritibus publice coram Ecclesia confirmarentur, vixit
tempore M. Antonini. σωτηρ, seruator.

Spartitæ ciues vrbs Sparte seu Lacedaemonis,
sitæ in Laconica regione Peloponnesi. Cum his ami-
citiæ & foedus ineunt Ionathas & Simeon Asmonæi,
1. Macca. 15.

Speratus, vnus ex martyribus Scyllitanis Carthagine supplicio affectis.

S P E S, filia S. Sophiæ, martyr sub Adriano.

SPIRIDION, episcopus Cypri, interfuit Concilio Nicæno. Recitantur duo eius miracula, alterum de captis furibus noctu caulas inuadentibus, alterum de resuscitata filia Irene, vt deposita apud eum pecunia locum monstraret. Cùm ad eum venisset hospes tempore Ieiunij quadragesimalis, nec alios cibos in domo haberet, porcina carnem hospiti apposuit. Is negat se vesci carnibus tempore Ieiunij, quia Christianus sit. Tum Spiridion, propterea magis, inquit, vesci debes, quia Christianus es. Omnis enim creatura bona est, & omnia munda, mundis, Tripart. lib. 1. cap. 10.

Stachys, amicus S. Pauli, Roma. 16. scorus
Spica.

STANISLAUS, Polonus, episcopus Cracouiensis cùm regem Boleslaum II. propter adulterium & alia scelera excommunicasset, ad aram ab eo dilaniatus est, anno Christi 1078. die 8. Maij post annos 175. in Diuorum numerum relatus est anno Christi 1253. Cùm inuocatus à quodam resuscitasset mortuum, vt de emtione prædij testimonium ferret.

STATER argenteus, quatuor drachmis valuit, & æqualis pondere fuit Siclo Ebræo: cuius dimidium singuli Israelitæ quotannis Templo pendere cogebantur

tur, Exod. 30. Ideo Christus pro se & Petro integrum
 staterem dari iubet, Matth. 17.

Stephanæ familia omnium prima Euangelion
 Christi amplexa est in Achaia, & Corinthi à D. Pau-
 lo baptizata, 1. Cor. 1. 16.

Stephana, vxor cuiusdam militis, propter con-
 fessionem fidei ab arboribus incuruatis discerpta est,
 sub Antonino Imp.

STEPHANVS, Diaconus ecclesie Apostolorum
 vir plenus fide & spiritu sancto, Actor. 6. Accusatur
 coram Synedrio blasphemie & seditionis, quia dix-
 erit Legem & Politiam Mosi delendam esse. Summa
 accusationis hoc Syllogismo includi potest.

Blasphemia & seditio est docere, Legem ab ipso
 Deo traditam, non iustificare, sed vnà cum Templo
 & tota Politia Mosi delendam esse.

Stephanus docet, Legem & Sacrificia Mosaica
 non necessaria esse ad consequendam remissionem pec-
 catorum & salutem aternam; & simul affirmat Ce-
 remonias & Sacrificia Mosaica, non esse veros &
 precipuos cultus Dei, sed vnà cum Politia & Templo
 abolenda esse.

Ergo Stephanus est blasphemus & seditiosus, &
 per consequens, lapidibus obruendus.

Huic accusationi longam APOLOGIA Mop-
 ponit Stephanus, Actor. 7. quæ tamen clamoribus Iu-
 dæorum obstrepentium interrumpitur. Vt autem
 plus

plus lucis accedat lectioni illius proluxa concionis Stephani, distribuam totius defensionis summam in tres Syllogismos.

I. De Iustificatione. Vna & eadem est ratio Iustificationis Patrum & omnium sanctorum omnibus temporibus.

Patres, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph &c. consecuti sunt Remissionem peccatorum & salutem aeternam, non propter Legem aut Sacrificia in Templo oblata, quae tunc nondum instituta fuerunt, sed per solam Promissionem de Benedictione propter Semen Abrahæ Iesum Christum credentibus donanda.

Ergo neq; nos propter Legem Moysi, sed propter solum Semen Abrahæ IESVM CHRISTVM saluamur, sicut etiam Petrus postea restatus est. Act. 15. Credimus nos per gratiam Domini nostri Iesu Christi saluari, quemadmodum Patres saluati sunt.

II. De cultibus Dei. Vnus & idem est principalis cultus Dei, communis omnibus sanctis omnibus temporibus mundi.

Patres rectè coluerunt Deum, & tamen non seruauerunt Legem Moysi, non obrulerunt victimas in Templo, quod postea primum conditum est.

Ergo Ceremonie & Sacrificia Mosaica non sunt veri & principales cultus Dei, sed veri cultus Dei sunt, credere verbo Dei, fide accipere remissionem peccatorum propter Christum, inuocare Deum, gratias agere, & mandata vocationis officia sedulo facere, vt scriptum

scriptum est: Misericordiam volo, & non sacrificium,
& scientiam Dei plus quam holocausta.

III. De abrogatione Legis & excidio Politia.
Christus, quem ipse Moses Deut. 18. iubet au-
diri, est finis Legis. Nam Leges Ceremoniales & For-
renses, & tota Politia Mosi, ideo constituta est, vt
esset sedes Ecclesie & locus nascentis Christi, ac vt
exhibito Christo cessaret. Christus iam est exhibi-
tus. Ergo Leges Mosaicae vna cum Politia & Tem-
plo delebuntur, eam quoque, ob causam, vt hoc ipsum
excidium testetur, Messiam, patribus promissum, iam
exhibitum esse, & Leges Mosaicas non esse ad iusti-
ficationem & salutem necessarias.

Propter hanc confessionem eiectus ex vrbe Ste-
phanus, ibat ouans animis, & spe sua damna leuabat,
& inter preces factas ad Filium Dei, lapidibus obrui-
tur, & per tot lapides Petra coniungitur vni, ac vere
et proprio, corona Martyrii coronatur omnium pri-
mus post resurrectionem Christi, Fortunatus lib. 1.

Pertulit hic martyr pro Christo Orientis in axe
Ecce sub occasu templa beatus habet.

Fundatus virtute Dei, de morte triumphans,
Excepit lapides, cui Petta Christus erat.

Gens Iudaea, ferox Stephanum quem perdere credit
Et si carne, tamen nescit honore mori.

Ille tenet palmam meritis, tu crimine poenam,
Possidet ille polos, tu magis ima petis.

Persecutionis, in qua Stephanus martyrij coronam accepit, mentio fit, Actor. 11. 22.

Stephanus I. episcopus Romanus, martyj sub Valeriano.

STEPHANVS I. Rex Vngariae Christianus, à S. Adalberto Episcopo Pragenſe baptizatus, cui Gifela ſoror Henrici II. Imp. nupta fuit, condidit Eccleſias Strigonienſem, Colocenſem, Albæ Regalis, VVeſbrinnenſem &c. obiit 1038. Genealogia.

Arpad, vnus ex ſeptem Ducibus, qui anno Chriſti 744. Hunnos in Pannoniam duxit.

ab hoc ortus

Zulcan

Toxus ab Ottone ad Auguſtam caſus.

Geytza

Michael

Ladiſlaus Caluus, VV. ſul.

Andreas

Bela

S. Stephanus.

Sthur, filius Michael, explorator de tribu Aſer.

Num. 13. $\sigma\tau\omicron\iota\kappa\iota$ arcanus,

STOICI, Philoſophi, diſputant cum Paulo concionante Athenis, Actor. 17. Nomen habent à ſoç porticu, in qua Zeno Citticus docuit. Hæc $\sigma\tau\omicron\iota\kappa\iota$ dicta eſt à varijs picturis, quarum argumeta recenſet Pausanias in Atticis pag. 10.

STRÆ

STRABVS, Abbas Augiensis, primus Glossam
ordinariam in Biblia ex patribus collegit, circa an-
num Christi 840.

Sturmius, discipulus S. Bonifacij, primus Abbas
Euldensis.

SV A, rex Aethiopiae & Aegypti (ab alijs Sabachos
vocatur) à quo Osee rex Israel auxilia petit contra
Assyrios, 4. Reg. 17. Huius mentionem facit Herodo-
tus lib. 2. pag. 72. סוּא Soa, à סוּא satum.

Succellus, martyr Caesaraugustanus, Hymn. 4.
Prudent.

Sue, filius Abrahae, Gen. 25. שוּה Suah, orator.

SVE, socer Iudae Patriarchae, Gen. 38. 1. Par. 2.
שׂוּי Sua, clamor, vel opulentus.

Suhan, filius Dan, Num. 26. שׂוּהם Suham,
fovea eorum, Gen. 46. nominatur Vsan.

SVIBERTVS, Anglus natione, primus episco-
pus Verdensis ad Alleram, à Carolo magno constitu-
tus anno 786. cuius memoriam 1. Martij diocesani
celebrant.

Sulpitius & Seruilianus, martyres Romae sub
Traiano die 20. April.

SVLPITIVS SEVERVS, Biturigum in
Gallia episcopus. Historiam sacram seu Chronicon
ecclesiae ab initio vsq; ad annum Christi 387. dedu-
ctam & B. Martini, episcopi Turonensis vitam, &
Dialogos de monachorum Orientalium & beati
Martini virtutibus scripsit, circa A. C. 420.

Alius, Romanus, martyr sub Traiano.

SVNAM, Civitas in tribu Isaschar, propè Naim, in qua Heliseus hospite sue filium mortuum in vitam reuocat, 4. Reg. 4. Ios. 19. 1. Reg. 28. 3. Reg. 1. שונם Sunem, à שנים anni.

SVNAMITIS, Cant. 6. 7. in Ebræo est שלמות Sulamith, id est, pacifica, perfecta.

Suni, filius Gad Patriarchæ, Gen. 46. Num. 26. שני שוני secundus.

Supham, filius Benjamin, Num. 26.

שפופם Sephupham, contritor mandibule.

SVR, Desertum seu pars Arabia, Petra à mari rubro, vsq; ad fines tribus Iuda, Gene. 16. 20. 25. Exod. 15. 1. Reg. 15. 27.

שור inspector, à שור intuitus est.

Sur, princeps Madianitarum, Num. 31. Ios. 13.

צור, petra fortis.

Suriel, filius Abiaiel princeps familie Meraritarum, Num. 3. צוריאל Zuriel, petra mea Deus. אביהיל Abihail, pater meus fortis.

SVSA, metropolis Persiæ, sita ad flumen Euleum, in qua Daniel habuit visionem de Ariete & Hirco, hoc est, regno Persico & Alexandro magno, Dan. 8. & Nehemias pincerna Artaxerxis Longimani facultatem proficiscendi in Iudæam à rege impetrat, Nehe. 1. 2. 1. Esd. 4.

Ebraicè שושן Susan, Rosa, fragrans odore celestis doctrine.

SVSAN-

SVS ANNAE, h.e. Rose gratiosa historia, Prophetia Danielis in latinis Biblijs adiungitur.

Sufanna, una ex mulieribus ministrantibus Christo, ἐκ τῶν ὑπελάχοντων, Luca 8.

Suthala, filius Ephraim, nepos Ioseph, Numeri 26. שותלה, fundamentum recens.

Sylvanus, vide supra Silas.

Syluester, episcopus Romanus, baptizavit Constantinum magnum Imp.

SYM MACHVS, Samarites, profelytus, Biblia ex Hebræo in Græcum sermonem transtulit, tempore Severi Imp. Euseb. lib. 6. cap. 13. 14.

Symmachi, episcopi Romani, circa annum Christi 500. Apologeticus contra Anastasium Imp. extat Tomo 1. Bibl. S. patrum.

SYMPHORIANVS, Augustodunensis martyr 22. Augusti. Fortunatus, lib. 8. Augustoduno Symphoriane venis.

Latine calamitosum significat à συμφορῆ.

Symphorosa, cum septem filijs martyr sub Adriano.

STNESIVS, natus Cyrenis in Aphrica, & episcopus Cyrenaicae, tempore Theodosij & Arcadij Imp. Extant eius Epistole, Hymni & Orationes, item Caluicij Encomium. adolescens Alexandriae, studijs operam dedit, vbi magistram Philosophiae habuit Hypatiam, filiam Theonis Mathematici.

SYNTYCHE, matrona, cuius Ecclesia Dei in oppido Philippis, Philip. 4.

STRA, puteus in tribu Iuda, 2. Reg. 3.

סרר praeuaricatio.

STRACVS AB, vrbs in orientali littore Siciliae, condita ab Archia Corintho: $\tau\tau\rho\gamma\mu\delta\iota\varsigma$, cuius una pars, est in sola Ortygia, angusto freto à continenti dirempta & fonte Arethusa insignis, altera pars Acradine nominatur tertia Tyche quarta Neapolis. Habet long. 39. 10. latitud. 37. 15. In hac vrbe Paulus anno Christi 58. ex insula Melite Romam nauigans, commoratur tres dies. Act. 28. Descriptio vrbis Syracusarum integra extat, apud Strabonem lib. 6. & Ciceronem in Verrina 6. Fuit patria Archimedis Geometrae, & Theocriti Poetae.

SYRIA, regio Asiae maioris, inclusa est ab occasu, mari: à meridie, Iudaea & parte Arabiae deserta & Euphrate: à borea, parte Ciliciae & Armeniae. Sunt autem multae regiones Syriae, videlicet Comagena, cuius metropolis est Samosata, item Pieria, Cassiotis, Apamena, Chaldaica, Palmyrena, Phoenicia, Caelesyria, cuius metropolis est Damascus, Matth. 4.

Vocatur & Mesopotamia in sacris literis, Syria fluuiorum: & Herodotus Palaestinos quoque Syrorum partem esse putat, lib. 7. Ebraice ארם Aram, à filio Sem, vide Aram.

SYROPHOENISSA, sic nominatur Marc 7. mulier gentilis, nata in oppido Phoeniciae, Cana, de quo supra diximus.

STRIES,

SYRRES, sinus maris sunt vadosi & vorticosi, vicini littoribus Aphricæ, quarum mentio fit in historia navigationis Pauli, Acto. 27. tametsi naufragium illud in mari Adriatico factum esse, Acto. 27. expresse scribitur. Sed vocabulum Syrtes in genere loca breuia & vadosa significat. Σύρτις a σύραω traho. Nam vt Salustius ait, vbi mare magnum est & seuire ventis cepit, limum arenamq; & saxa ingentia fluctus trahunt. Ita & facies locorum cum ventis simul mutatur.

T.

TABBEEL, Esai. 7. Ponamus in medio eius regem filium Tabeel, id est, aliquem nobis placentem & gratum. טבאל Tabeel, bonus Deus.

TABITHA, ex morte reuocata in vitam à Petro, Acto. 9. Ταβιθά, ἡ διεπλευρομένη λίγυρ & δορκάς, Caprea, fortassis à נבט Nibbat, vidit, vt Grecum δορκάς à δερκομαι, video. Prædicatur enim singularis acies oculorum in capreis.

Tabremmon, pater Benadab, regis Syriæ, 3. Reg. 15. טברמן bonum malogranatum.

TACHASIN, locus in tribu Zabulon Ios. 19. יתהקצין Itha Kazin, tempus finis.

TALITHAKVM I, quod est, si interpreteris, Puella, tibi dico, surge, Marc. 5. מרתאקומי Thasitha, dicunt esse vocem Syriacam. Kumi est verbum imperatiui modi, coniuga: Cal. fœminini generis.

TANACH, ciuitas Leuitarum in tribu Manasse, inter Mageddo & Endor, Iosua 17, 21. Iudic.

1. 5. 3. Reg. 4. תענך Taanach fatalis.

TANIS, vnde Taphnis.

TAPHET, filia regis Salomonis, 3. Reg. 4.

תפח cœtus paruulorum.

TAPHNIS, vrbs Aegypti in terra Iessen, prope quam Iacob cum filijs habitauit, & vnde Israelite ex Aegypto educti sunt, existimatur eadem esse, quæ à Ptolemæo Tanis vocatur, habens long. 63. lat. 30. 50. Condita est septem annis post urbem Hebron, Num. 13. videlicet, non diu post diluuium, circa id tempus, quo Babylon à Nimrodo condita est. Urbem Tanim pro Titanum seu Titanum & Gigantum vrbe dici, consentaneum est.

Ebraei nominant זאן Zoan, Psalm. 78. versu 15. vbi nos habemus, In terra Aegypti, in campo Taneos. Esai, 19. Stulti principes Taneos. Ibi Ieronymus vocem זאן vertit mandatum humile. à זאן mandatum & ענה, Esai. 30. Ierant in Taphnis principes tui. כצען. Ezech. 30. Dabo ignem in Taphnis, (Zoan) & in eodem capite paulò post: In Taphnis nigrescent dies (Thahapanhes.) Ierem. 43. Iudæi reliqui euersa Ierosolyma, Ieremiam Prophetam secum ducunt in Taphnis, vbi in Ebræo est, Thahapanhes.

TAPHNES, vxor regis Aegypti, 3. Reg. 11. Ebraicè Thahpenes.

TAPHVA,

TAPHVA, Fons Taphue, cuius mentio fit Ios. 17. 16. 12. 15. prope Bethabara non procul à Iordane fuit.
 תפחא Taphuah, meditans.

PAP SAR, Jerem. 51. Numerate contra eam
 Tapfar. פפסר eruditi quidam appellatiuè ver-
 tunt, Conducite aduersus eam duces.

TARACHAS, rex Aethiopiae opem fert Se-
 thoni regi Aegyptio sustinenti hostilem impetum Sen-
 naberib regis Assyriorum ad Pelusium. Esai. 37. 4.
 Regum 19. Obsidionis Pelusij mentionem facit Hero-
 dotus lib. 2. תרבהק Tirbakah.

TARSVS vrbs Ciliciae, sita ad flumen Cyd-
 num, patria S. Pauli Apostoli, Acto. 22. 9. 11. 21.
 Scribit autem Strabo lib. 14. celeberrimam in Tarso
 Academiam floruisse, quae Athenas & Alexandriam
 superauerit. Et indigenas praecipuè diligenter τὴν
 ἀπαιεσιν ἐγκύκλιον ποιεῖσιν didicisse. Quare
 non dubium est, S. Paulum à prima etate in omni ge-
 nere liberalium studiorum, esse versatum, priusquam
 ad Gamalielelem audiendum proficisceretur in urbem
 Ierosolymam, quae 80. ferè milliaria à Tarso aberat
 sicut ex Arato Cilice & Epimenide Cretensi & Me-
 nandro sententias citat.

Nomen autem Tarsi putatur ortum esse à Tarsis,
 filio Ionis, filij Iaphet, Gen. 10. vel à Ταρσός, quae vox
 in genere ordinem rerum in longum iunctarum vt
 remorum pennarum in alis auium, osium in conuexo
 pedis & manus atq; altitudinem imi pedis significat.

Scribit enim Stephanus, Bellerophontem à Pegaso excussum in eam Ciliciæ oram decidisse, & Ἐπεὶ λέσσει. Habet long. 67. 40. lat. 36. 50. Meminit eiusdem Xenophon ασαῖα.

Tartham, vide Thartam.

TATIANVS, natione Syrus, initio Romæ oratoriam docuit & Iustino martyri familiaris Postea Valentini & Marcionis dogmata amplexus in Cilicia, Pisidia & Syria sparsit, circa annum Christi 175. Inter cetera coniugium quoque non minus quam scortationem Deo displicere contendit & Encratitarum sectam postea à Seuero auctam condidit Euseb. lib. 4. cap. 29. Irenæus lib. 1. cap. 31. Idem negauit Adam primum patrem generis humani saluatum esse. Irenæus lib. 3. cap. 39.

Tatianus, natione Phryx, martyr sub Iuliano, Tripar lib. 6. cap. 13. Alius Diaconus Ecclesiæ Aquileiensis, martyr sub Numeriano.

TAVLERVS, circa annum Christi 1340. concionatus est Colonia ad S. Gertrudem. Dictum Tauleri, quod sepe citatur, (Animus hominis nunquam est tam audius accipiendum, quin Deus multo audior sit ad dandum) extat in concione Dominice V. post Pascha.

TEBBON, oppidum tribus Iuda, Ios. 15.

תבון Cabbon, extinctor.

TECLA, Virgo nata Iconij, discipula S. Pauli, ignem,

ignem, serpentes, vrsos & leones in Seleucia Isauria
 urbe vicit per Christum, quem fide immota confiteba-
 tur. Fit eius mentio apud Epiphanium, Augusti-
 num contra Faustum lib. 30. cap. 4. de sancta virgi-
 nitate cap. 44. Ambrosium lib. 2. de Virginibus, ubi à
 Paulo velata esse dicitur, & belli de periodo seu actis
 Pauli & Teclæ non tantum dist. 15. verum etiam in
 antiquiss. scriptoribus mentio fit. Quem commentiti-
 um fuisse, & ab ipso Apostolo Iohanne Euangelista
 damnatum, testatur Tertullianus de Baptismo.

Alia, virgo Aquileiensis, soror patruelis S. Doro-
 theæ, martyr sub Nerone Imp.

TELESPHORVS, episcopus Romanus,
 martyr sub Antonino. Euseb. lib. 6. cap. 6.

TENACH, oppidum in tribu Manasse, in-
 ter Endor & Mageddo, Ios. 17. תענך Taanach.

Terentianus, Tudertinus martyr sub Adriano.

TERTIVS, amanuensis S. Pauli Apostoli, scri-
 psit, dictante Paulo, Epistolam ad Romanos, Roma.
 16. postea existimatur episcopus Beryti in Phœnicia
 factus esse.

TERTVLLIANVS, Carthaginensis Pres-
 byter, floruit circa annum Christi 200. tempore Seueri
 Imp. vt ipse Tertullianus indicat in Apologetico. cap.
 4. & in libro de Pallio. Edidit multa vtilia scripta, in
 quibus illustrauit doctrinam, de VNO solo vero
 Deo, De filio Dei λόγος quod sit persona à Patre di-
 stincta de vera carne Christi, de Resurrectione nostræ

carnis, de Pœnitentia &c. Refutauit hereticos, Marcionem, Praxeam, Apellem, Iudeos, Valentimianos, Hermogeuem, qui sinxerat Materiam Deo coeternam fuisse, & Præscriptiones seu Regulas generales aduersus omnes hereses peculiari libro collegit.

In PRIMO libro CONTRA MARCIONEM, Non duos esse Deos, alterum Bonum, alterum malum, sed VNUM solum esse verum DEVM, creatorem rerum demonstrat, & in fine, Matrimonij dignitatem defendit. In SECUNDO Vnum illum verum Deum creatorem rerum esse sapientem & BONVM, & NON ESSE CAUSAM MALI erudite confirmat, & obiectiones Marcionitarum, de Permissione diuina, de Lege Mosaica, de furto Ebreorum, Pœnituit Deum &c. dissoluit. In III. ostendit Vnum esse Dominum nostrum Iesum CHRISTVM, vnius illius veri Dei creatoris Filium, & vera carne humana præditum, de quo edita Prophetarum vaticinia, pleraq; enumerat, eaq; ostendit impleta esse. In IIII. Testimonia Prophetarum de singulis Euangelicæ historiæ per Lucam descriptæ partibus ordine recenset, incipiens à cap. 4. Lucæ, vsq; ad finem: vt ostendat, non esse duos Christos, vt Marcion sorgebat, vnum, qui sub Tibirio Imp. ad salutem gentium exhibitus sit: alterum, qui in Prophetis è Deo creatore ad restitutionem gentis Iudicæ promissus nondum venerit. In V. Ex testimonijs Epistolarum Pauli confirmat, non alium esse Christum

Quamquam Filium aeterni Dei conditoris rerum, qui per Prophetas promissus, & sub Tiberio exhibitus sit.

TERTILLVS, Orator Anania Pontificis, accusat Paulum coram Felice praeside, Actuum 24.

Tetrarcha, princeps habens sub se agricolas, opifices, curiam & militiam, sed ita ut superiori domino pareat, Lucæ 3.

TETHRON, vrbs in tribu Zabulon, Iud. 1.

קרוטון Kittron, incensum, thymiama.

THAAS, filius Nachori, fratris Abrahae, Gen. 22.

תהא Thahas, tardus.

THAATH, 23. mansio Israelitarum, Num. 33.

תהא Thahath, pauor.

THABEE, frater Thaas, filius Nachor, Gen. 22.

תבה Theba, victima.

THABOR, mons rotundus & sublimis, in finibus tribuum Zabulon & Isaschar, distans duobus miliaribus a Nazareth. Fit eius mentio Psal. 88. Ose. 5. Ierem. 46. Iud. 4. Ios. 19. Supra hunc montem vulgo existimatur facta μεταμόρφωσις Christi, & colloquium cum Mose & Helia habitum esse, Matth. 17. Lucæ 9.

THABOR, vrbs vicina monti Thabor, Iud. 8.

תכור veniens lumen.

THADAL, rex Gentium seu Insularum, Gen. 13.

תדאל Thideal, cognoscens altissimum.

THADDAEVS, cognomen Iude Lebbei Apostoli fratris Simeonis. Marc. 3. Matth. 20. Huius Thaddaei dictum recitat Eusebius lib. 1. hist. Eceles. Christus descendit è caelo solus, sed ascendit cum magna multitudine ad patrem suum.

THAMAR, nurus Iude Patriarchae, cum qua ignorans committit incestum, Gen. 38. Matth. 1.

Alia, soror Absalom, stuprata ab Amon, 2. Reg. 13.

תמר palma arbor.

THAMAR, Vrbs Syria, à Salomone edificijs ornata, latine Palmyra dicitur, habet Ptolemaeo teste, gradus long. 71. 50. lat. 34. Fit eius mentio Ezech. 27. 28. 3. Reg. 9.

THAMNA, filia Seir Horrei, concubina Heli-phaz, filij Esau, mater Amalechitarum, Genes. 36. תמנא prohibens, impediens. Est etiam Ducis Idumei nomen in eodem capite.

THAMNA, Oppidum in finibus tribuum Iuda, Dan & Ephraim, Gen. 38. Iud. 14. 18. Ios. 15. 2. Paral. 28. vnde sub imperio Romano dicta est praefectura Thamnitica. Ios. 19. in nostra versione nominatur Themna. Ebraice תמנא Thimna, perfectio.

THAMNATSARAA, in monte Ephraim, sedes Iosua, Ios. 19. 24. Iud. 2.

סרס Serab, rebellis peccator.

THAMNE, Iud. 5. in Ebraeo est, Thanach, vel Thaanach.

THANATHSELO, vrbs vicina Samaria
versus ortum, limes tribus Ephraim, Ios. 19. 15.

תאנתשלה Thaanath Silo, fatalis felicitas.

THANES, vrbs Aegypti, Esa. 30. חנס Hanes,
nec vsquam alibi hoc nomen extat. Fortasse abbrevi-
atum nomen est a תהפנס Tahapanes, Ierem.
2. vide supra Taphnis.

Thanna, Ios. 15. 2. Par. 28. vide Thamna.

THAPSA, vrbs vicina Thersa, 4. Reg. 15. 3.
Regum 4. תפסה Tapsah transitus.

Tharacha, vide Tharachas.

Tharadius, patriarcha Constantinop. circa an-
num Christi 500.

THARE, pater Abrahæ, Gene. 11. Iosue 24. Lu-
ca 3. Acto. 3. Ebraicè תרה Tharah, respiratio,
Ieronimus vertit depulsor vel abactor.

Thare, 24. mansio Israelitarum, Num. 33.

THARELA, Oppidum tribus Benjamin, Ios. 18.
תרה אלה vidit, vel אלה iuravit.

THARSIS, filius Ionis, nepos Iaphet, Gen. 10.
a quo Tarsus vrbs Cilicia condita esse existimatur.

Hinc naues Tharsis, b. e. maris mediterranei, quo
plurimum utebantur Tharsenses, ebrei vocant, &

quia nullum aliud mare ab illo Tharsensi nouerant,
omnia maria Tarsis vocarunt, vt 2. Par. 9. 3. Reg. 9.

Naues regis ibant in Tharsis, adferentes aurum, Psal.
67. Conteres naues Tharsis, Esa. 2.

Ebraeam vocem תרשיש vertunt Chrysolithum
gemmarum

gemmam vel hyacinthum. Ieronymus in Esai. 23. ver-
tit contemplationem seu explorationem gaudij.

Tharram, Idololum Eueorum, 4. Reg. 17.

תרתק Tharthak, asinus, lingua Syriaca: vel
concatenatus.

THARTAN, Capitaneus Regis Assyriorum,
4. Reg. 18. capit Azotum, Esa. 20. תרתן Ieronymus
scribit Assyrium nomen esse, & significare, Turrem
dedit seu elongauit.

THAV, abauus Samuelis Prophete ex tribu Le-
ui, 1. Reg. 1. Paral. 6. תהו Thohu, inanis.

Thebbath oppidum in tribu Manasse, Iud. 7.

תבת Thabbath, bona.

Thebeth, mensis decimus Ebraeorum, nostro De-
cembri respondens, Esth. 2.

THEBES, Vrbs vicina Sichem, in cuius oppu-
gnatione tyrannus Abimelech lapide ictus à muliere
occubuit, Iud. 9. תבת Thebetz, Lutetia.

THEBNI, filius Gineb, à parte populi eligitur
Rex Israel, 3. Reg. 16. תבני Thibni, stipula גבת
Ginath, vallis adflictionis.

THECVA, Oppidum in tribu Benjamin, in
monte situm, distat à Ierosol: vno & dimidio miliari,
versus ortum brumalem. Fuit patria Prophete Amos,
& mulieris Thecuitis, quæ Absalonem Dauidi recon-
ciliat, 2. Reg. 14. Fit eiusdem mentio Ierem. 6. Amos
1. 2. Paral. 11. 20. Nehe. 3. 1. Macca. 1.

Ebraicè תקוע Thekoa, clangor tubæ.

THE-

THEEN, filius Ephraim, Num. 26.

תחן *TaHan*, graciosus.

THEGLATPHALASSAR, Rex Assyrio-

rum 23. annis, successit Phul Beloch, qui vrbes in tri-

bu Nephtalim occupat, & populum abducit, 4. Reg.

17. 16. 2. Paral. 28. 1. Paral. 5. תגלת פלאסר

Tiglath Pileser, transmigrare facit euerfor Assyrius.

THEMA, filius Hismael, Gen. 25.

תמא *admirabilis*.

THEMAN, filius Heliphatz, nepos Esau,

partem Idumæe tenuit, Gen. 36. Iere. 25. 49. Amos 1.

תמא *auster, ventus meridionalis*.

THENACH, vrbs in finibus tribuum Manaf-

se, & Isaschar prope Mageddo & Iezrael, Ios. 12. 17.

Alia prope Samariam, versus ortum, 3. Regum 4.

Ios. 18. תענך *Thanach, seductor*.

Thenna, Ios. 19. vide *Thamna*.

Thenoemeth, pater Saree, Ducis Iudaici, Ie-

rem. 46. תנהמת *Tanhumeth a תהם consolator*

latus est.

THEOBALDVS, Gallus, in Alsatia docuit.

scribitur multos homines pauisse vno pane. Vixit cir-

ca annum Christi 1010. tempore Henrici II. Imp.

THEODORETVS, Cyri vrbs Mesopota-

mie episcopus, circa annum Christi 436. innotescere

cepit: cum in comitatu Patriarche Antiocheni,

concilio Ephesino interesset: & Nestori, in eo damna-

ti patrociniū suscipiens duodecim Capitula seu

Anathematismos Cyrilli, in Concilio decreti loco confirmatos, aliquot scriptis oppugnaret. Ideoq; à Cyrillo & reliqua Synodo tum excommunicatus, eademq; condemnatio scriptorum illius, non tantum in Ephesina II. sed etiam Constantinopolitana V. vniuersali sub Iustiniano Imp. repetita est. Verum in Chalcedonensi Concilio, ipse in episcoporum ordinem restitutus, tum alia scripta erudita & vtilia, quibus plerosq; veteris & noui Testamenti libros illustrauit, tum verò Dialogos, Eutychis controuersiam eruditè explicantes, edidit: quos ἀρετων, ἀσώχουτων, καὶ ἀπαθῶν, inscripsit: docens Christum in vnione personali duas naturas diuinam & humanam, veras, integras, non mutatas, nec confusas, retinere: nec diuinam τῆς λόγου vlli mutationi passioni aut morti obnoxiam fuisse.

Theodoretus, Presbyter Ecclesie Antiochena, martyr sub Iuliano Imp.

Theodorus, Episcopus Ancyræ in Galatia, scripsit protectorem Catholicæ veritatis contra Nestorianos, teste Gennadio.

Theodorus, qui postea Gregorius, Episcopus Ponti, auditor Origenis, Euseb. lib. 6. cap. 22.

Alius, episcopus Aegyptius, martyr sub Dioclet. Euseb. lib. 8. cap. 14. Alius, miles Licinij Imp. qui

in nomine Christi Draconem Achaia infestum trucidauit, tandem propter confessionem Christi ipse à Licinio trucidatus est. Alius, miles Maximiani Imp. martyr in Helleponto.

THEODORA, matrona Nicomediensis, martyr sub Maximiano. Alia eodem tempore in vicina urbe Nicæa, cum tribus filiis cremata est.

Theodosia, virgo Cæsareæ in Palestina, propter confessionem Euangelij decollata est, sub Diocletiano Imp. die 2. Aprilis.

THEODOTION, cuius versio Bbliorum à Ieronimo & Origene crebrò citatur, fuit Iudeus profelytus, Ephesi natus, vixit tempore Seueri Imp. circa annum 200. Facit eius mentionem Eusebius lib. 5. cap. 8. & interpret Danielis, cap. 3. & Epiphanius in libello de ponderibus & mensuris, vbi etiam de Aquila, Symmacho, & Quinta ac Sexta editione quadam commemorat.

Theodotus, Bizantius, Montani discipulus, Roma docuit Christum esse purum hominem, circa annum 190.

Theodulus, filius Olympij, prefecti Romani, propter confessionem doctrinae Christi, cum patre crematus est, sub Valeriano Imp. Alius, Phryx natione, in craticula tostus, tempore Iuliani Imp.

THEOGENES, martyr Cyzicenus sub Licinio 4. Ianuarij.

Theonas, episcopus Alexandrinus annis 19, cui successit Petrus martyr.

Theonæ monachi, linguarum, Latinae, Graecae, & Aegyptiae periti, Pythagoricum silentium praedicatur ab Eusebio lib. 8. cap. 1. & in Vitis Patrum.

THEOPASCHITAE, Eutychianorum secta, Petro Gnaphæo Alexandrino & seuero Antiocheno præcipuè defensa, quæ diuinitatem Christi passam esse sensit. Ideoq; in Trisagio Hymno Angelico, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, misericors nostri, &c. addidit hæc verba: Qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis, Nicephorus lib. 18. cap. 51. & lib. 14. cap. 46.

THEOPHILACTVS, quem Vulgarium vulgò vocant, Episcopus Bulgariae circa annum Christi 600. fuit, & Euangelistas breuibus & eruditis annotationibus ex Chrysostomo potissimum descriptis illustrauit. Habitauit Nicopoli vrbe, quam Germani Schildaw vocant, vbi Sigismundus rex Vngariae à Turcis profugatus, & Iohannes Burgundus captus est.

Theophilus, episcopus ecclesiae Antiochenae, sextus ab Apostolis, scripsit libros, quorum titulos recenset Eusebius lib. 4. cap. 24. Tres libri ad Autolyicum, quibus Religionis Christianae veritatem & antiquitatem contra gentes defendit, Tomo. V. Biblioth. S. Patrum inserti.

Alius, episcopus Alexandrinus ante Cyrillum, contra Origenem & Anthropomorphitas scripsit. Opus eius Paschale libris quatuor distinctum adhuc extat.

THEOPHILO cuidam dedicat S. Lucas historia vitæ Christi & Acta Apostolorum, à se scripta. Vox Græca est Θεῷ φίλος, Deo amicus, videlicet, amans Deum, & vicissim Deo gratus. Vnusquisq;

quisq; autem à Deo optare debet, vt μεηδεν ποτ' ειν
 άλλο, πλὴν θεῶ Φίλθ.

Theonestus, episcopus vrbs Philippenstum in
 Macedonia, preceptor S. Albani.

Theopistus, filius Eustachij militis, in eneo
 tauro cremati sub Adriano Imp.

Theopompus, episcopus Nicomediensis, mar-
 tyr sub Diocleriano.

Theotimus, episcopus ecclesie Tomitane &
 vicinarum in Scythia, de quo Eusebius lib. 9. cap. 47.

TERAPHIM, תרפים simulacra seu statuae,
 ad imaginem formæ humanæ, quam filius Dei assum-
 pturus erat, fabricatæ, 1. Reg. 19. Gene. 31. Iud. 17.
 18. Ezech. 21. Zach. 10.

THERSA, filia Salphaat, nepotis Galaad,
 Num. 26. 27.

THERSA, sedes aulae Ieroboam & sequenti-
 um aliquod Regum Israel, 3. Reg. 14. 15. 16. 4. Re-
 gum 15. Ios. 12. In tribu Ephraim long. 66. 20. lat.
 22. 13. Cant. 6. תרצה Thirzah, grata, dilecta.

THESSALONICA, vrbs Macedonia ad
 finem Thermaicum, à Philippo Macedone condita,
 cui vel à deuictis Thessalis, vel à filia Thessalonica,
 matre Cassandri, nomen imposuit, cum prius Ther-
 ma diceretur, quod nomen apud Herodotum lib. 7.
 pag. 218, 219. in Xerxis historia, & Thucydidis pag.
 14. extat. Habet long. 49. 50. latit. 40. 20. Distat à

Philippis 28. mill. ab Athenis ferè 60. mill. germ. Floruisse autem etate Pauli Thessalonicam frequentia civium & artibus, Strabo etiam testis est. Hanc ante annos 120. Amurates Turcarum Imp. qui Vladislaum Vngariae regem anno 1444. ad Varnam cecidit, Venetis eripuit, & reliquam Græciam occupavit. Qua clade motus Theodorus Gaza Thessalonicensis, & alij viri docti, relicta Græcia se in Italiam contulerunt, & Græca lingue studia in totam Europam propagarunt. Thessalonica Euangelion primò prædicavit S. Paulus, Acto. 17. & eiusdem vrbis mentio fit, Philip. 4. & 2. Timoth. 4.

AD THESSALONICENSES S. Paulus ex Athenis duas scripsit Epistolas.

IN PRIORI, tribus primis capitibus Adhortatur Thessalonicenses, vt in vera fide & confessione Euangelij, in ærumnis & persecutionibus constanter perseuerent. IN PRIMO, Gratias agit Deo, quod Thessalonicenses ad veram fidem in Christum vocavit, & laudat eorum promptitudinem in accipiendo, & constantiam in retinendo Euangelio. In SECVNDO exponit, Quanta fidelitate, veram & sinceram, & ab ipso Deo acceptam Euangelij doctrinam: nec fauorem, nec opes, nec gloriam captans, apud Thessalonicenses docuerit: & quanto amore & desiderio videndi & confirmandi eos in afflictionibus quas sustineant, teneatur. In III. rursum exponit e. paterna σὺργῆν sollicitum de ipsorum afflictionibus misisse

mississe ad eos Timotheum: & letari se eorum fide & constantia: & orare Deum, ut fidem & ceteras virtutes in eis augeat & confirmet. In IIII. primum in genere adhortatur Thessalonicenses, ut in vera pietate quotidie proficiant. 2. De Castitate precipit, quæ suum vas, hoc est, corpus castum & sanctum retinet, & omnes libidines, à Deo prohibitas, vitat. 3. De iustitia commutativa seruante equalitatem, & non defraudante alios in contractibus. 4. De Φιλαδέλφια. 5. De Sedulitate, modestè intra metas suæ vocationis manente, & propria ac necessaria sui muneris officia obeunte. 6. De vera & efficacissima consolatione opponenda morti & omnibus doloribus, quæ est certa spes Resurrectionis & vitæ æternæ. In QVINTO, De Tempore Resurrectionis & Aduentus Christi ad Iudicium admonet. 2. Hortatur ad vigilantiam & sobrietatem. 3. Commendat Ecclesie ministros. 4. Farraginem multorum præceptorum, de Christianis admonitionibus, de consolandis infirmis, de Mansuetudine, Gaudio Christiano, Precatione, Gratiarum actione, de probandis Spiritibus seu dogmatis & interpretationibus scripturæ, de vitando Scandalo &c. coaceruat. In fine Deum orat, ut eos regat & seruet.

SECUNDA EPISTOLA præcipuè illustrat articulum de aduentu Christi ad Iudicium, & statim post priorem Epistolam missa est. Imitiò laudat Eidei & constantiam Thessal: in persecutione & cruce.

Deinde *Ἐπιτέλει* aduentus Christi ad extremum Iudicium depingit. In II. De Tempore secundi aduentus Christi ad extremum Iudicium monet. 2. Antichristi descriptionem inserit. 3. Gratias agit Deo, quod Thessalonicenses ad salutem eligit, & orat, vt in vera doctrina eos constantes seruet. **IN TERTIO**, 1. De precatione. 2. De Sedulitate & labore concionatur. III. Excommunicationem eorum, qui admoniti non obtemperant, ad hunc finem dirigi iubet, vt pudore suffundantur, hoc est, vt agant penitentiam, & se emendent.

THEVD AE, cuius mentionem Gamaliel Act. 5. facit, historiam recitat Iosephus lib. 20. cap. 4. quam inde descriptam Euseb. lib. 2. cap. 11. repetit. Sed tempora non omnino congruunt. Scribit enim, **FADO** Iudæam procurante, ad Theudam magum multos confluisse, qui ab equitibus Fadi, resecto Theudæ capite, dissipati sint. Hæc autem anno 4. Claudij Imp. . qui est post resurrectionem Christi 13. gesta sunt. Alium esse Theudam, cuius Hamaliel, Acto. 5. mentionem facit, priorem Iuda Galileo, necesse est. Tumultuatus est enim Iudas Galileus, cum post Archelai filij Herodis relegationem Iudæa in prouinciæ formam ab Augusto redigeretur. Consentaneum est igitur Theudam decennio ante, statim post mortem Herodis, vnum ex ducibus seditionum fuisse, quas Iosephus lib. 17. cap. 12. describit.

THICON, in finibus Palestine & Emath, seu Syria, Ezechi. 47. תיכון Tichon, medium.

THOB, Terram Thob, in quam fugit Iephthé, Iudic. 11. existimo fuisse in tribu Manassæ cis Iordanem, & eundem locum esse, qui Iud. 7. nominatur Thebbath. טוב Tob, bonum.

THOGORMA, filius Gomer, nepos Iapheth, Gene. 10. Huius posteros Aquilonarem aliquam regionem tenuisse, apparet ex Ezech. 37. 38. Existimo Tatarorum stirpem esse. Quidam Germanos ab eo appellari existimant, primis literis κατ' ἀφ' ἑσθ' præcisis.

THOI, Rex Emath, in finibus Syria, gratulatur Davidi de victoria, 2. Reg. 8. ישי seductor.

THOLA, filius Isaschar, nepos Iacob, Gen. 46. Num. 26. תולע vermiculus, vel coccineus color.

THOLA, Iudex populi Israel, ex tribu Isaschar, Iud. 10. Tholmai, Iosue 15. vide Tolmai.

THOMAS APOSTOLVS, Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6. Acto. 1. cognomine Didymus, Ioh. 11.

20. 21. Nam Ebraea vox תומ Thom, Græcè δίδυμος, latine Gemellum significat. Christo redituro in Iudeam ad resurrectionem Lazari, & cæteris Apostolis periculosam profectionem declinantibus, Thomas

ait: Eamus & nos, ut moriamur cum eo, Iohan. 11. Thomæ sciscitanti de Via ad Patrem, Christus hac

grauis sententia respondet, Ego sum Via, Veritas & Vita. Nemo venit ad Patrem nisi per Me. Et

Iohan

Iohan. 20. dubitationem ipsius corrigit Christus hac insigni voce : Quia vidisti me Thoma credidisti, Beati qui non viderunt & crediderant. Post Resurrectionem Christi in Parthia, (Eusebius lib. 7. cap. 1.) Persis, Mediis, Carmanis, Bactris & Indis Euangelion annunciaffe, & Calamina in India sepultus esse scribitur. ΘΝΝ.

THOMAS BekeHus, patre Gilberto ciue Londinensi, matre Syra natus, anno 1164. archiepiscopus Cantuariensis, cum dignitatem & iura episcoporum contra libidinem regis Henrici II. defenderet, primum in exilium pulsus est, in quo sexennium vixit, postea reuersus, ab aliquot nobilibus, immaniter in ipso templo trucidatus est, anno Christi 1171. die 29. Decembris. Inter diuos relatus 1174.

THOMAS de Aquino, Latij oppido, monachus Dominicanus, iuuenis in Academia Neapolitana & Parisiensi aliquandiu vixit, ac postea Colonia Albertum Magnum audiuit. Plurima scripta edidit Logica, Physica, Ethica & Theologica, inter quæ SUMMA Doctrinæ Christianæ & commentarij in sententias, præcipuum acuminis ingenij, & doctrinæ illius testimonium sunt. Obijt anno ætatis 50. anno Christi 1274. die 7. Martij.

THOPHEL, locus Arabia Petrææ Deut. 1. תופל ruina.

THYATIRA, vrbs Lydiæ in monte inter Hermodum & Caicum fluuium sita, cuius mentio sit Apocal.

cal. 1. 2. Act. 16. Θυάτερος, conficiens sacrificia à
 Τείρω. Thubal, vide Tubal.

THRAS, filius Iaphet, Gene. 10. Thracie
 gentis conditor esse, & inde versus septentrionem
 progressus, vrbi & flumini Tyræ, per Rusiam laben-
 ti, nomen tribuisse existimatur. Ostio Tyræ, inter
 Boristhenis & Danubij ostia ferè medio, Ptolemæus
 tribuit long. 56.20. lat. 47.40.

תירס Thiras populator, destructor.

Thyrus, discipulus S. Polycarpi docens, Euan-
 gelion in Gallia, Aureliæ decollatus.

TIBERIVS, Imperator Romanorum, cuius
 anno 15. Christus suum ministerium incoavit, Lu-
 cæ 3. & anno eiusdem 18. crucifixus est. Huic censum
 pendere iuber, Matth. 22. Date Cæsari, quæ sunt Cæs-
 aris.

Fuit autem Tiberius priuignus Augusti.

AVGVSTVS—LIVIA prius nupta

Cæsar,

Tiberio Neroni, ex

Luc. 3.

quo nati sunt

TIBERIVS DRVSVS,

Cæsar

qui in Ger-

Luc. 3.

mania periit,

pater Clau-

dij Cæsaris

Act. 11. 18.

Ddd

4

TIBE-

TIBERIAS, vrbs sita in littore lacus, per quem Iordanis fluiuis labitur, condita ab Herode rege in honorem Tiberij Cesaris, ideo latus vicinus maris Tiberiadis vocabatur, Iohan. 21.

TIBVRTIVS, Romanus, frater S. Valeriani, sponsi S. Cæciliae, martyr Romæ sub Seucro Imp. die 14. Aprilis. Alius filius Chromatij Mediolanensis, martyr sub Diocletiano die 11. Augusti.

Tichonius, Afer, Augustini $\tau\omicron\upsilon\chi\omicron\upsilon\sigma$, cuius Regulas de figuris, velut clauis ad sacre scripturæ intelligentiam citat Augustinus in libris de Doctrina Christiana Eiusdem meminit lib. 1. contra Epistolam Parmeniani ad Tichonium, hominem & acri ingenio præditum, & vberi eloquio, sed tamen Donatistam. & epist. 48. Liber Tichonij de septem Regulis, integer extat Tom. VI. Biblioth. S. P.

Tigris, fluiuis, in Armenia maiore oritur long. 74. 40. lat. 39. 40. Assyriam à Mesopotamia, Susianam à Babylonia separans in Euphrate & sinum Persicum se exonerat, Gene. 2. Danie. 10. Tob. 6. nominatur הידקל Hidekel, acuta leuitas, à velocitate cursus. Strobo lib. 11. Tigris iuxta Niphatem riuens propter celeritatem, vndam impermixtam seruat, vnde & nomen habet. nam Medi sagittam Tigrim vocant.

TIMON, vnus ex septem Diaconis ecclesie Apostolorum Acto. 16. postea Boerhoe in Macedonia & Corinthi docuisse scribitur.

Τιμων

Τιμῶν, honorans vel puniens.

TIMOTHEVS, ad quem Paulus duas Epistolas scripsit, natus est in oppido Lycaoniae Lystra, patre ethnico, matre Iudæa, cui nomen fuit Eunice, filia Loidis, teste Paulo, 2. Timoth. 1. Actor. 16. Cum autem Paulus secundo Lystram venisset, Timotheum sibi comitem peregrinationis ἑσώεργον in predicatione Euangelij delegit, eumq; propter Iudeos circumcidit, Actor. 16. Profectus est igitur Timotheus vnà cum Paulo, Luca, Sila seu Siluano & alijs, in Macedoniam. Et à Paulo effugiente insidias Iudeorum Thessalonicensium, Berrhææ relictus, vnà cum Sila Paulum Athenis affecutus est, Actor. 17. Cum autem sollicitus esset Paulus de Fide & constantia Thessalonicensium in retinenda Euangelij doctrina nuper accepta, remisit ad eos Timotheum, vt eorum fidem confirmaret, 1. Thessalon. 3. Inde reuersus Athenas Timotheus, scribit vnà cum Paulo & Siluano duas Epistolas ad Thessalonicenses, quæ adhuc extant, 1. Thess. 1. 2. Thess. 1. Postea rursus in Macedoniam missos esse Silam & Timotheum, apparet ex Actor. 18. vbi ad Paulum Corinthi docentem ex Macedonia redeunt.

Cum autem Paulus ex Corintho Ephesum, atq; inde Ierosolymam profectus esset, rursusq; Ephesum rediisset, Timotheum cum priori Epistola ad Corinthios misit, 1. Corin. 4. 16. Actor. 19.

Postea discedens Epheso Paulus in Macedoniam (Act. 20.) existimatur reliquisse Ephesi Timotheum episcopum, quia 1. Timoth. 1. scribit, Rogavi te, ut remaneres Ephesi, cum proficiscerer in Macedoniam. Sed huic sententiae quatuor scripturae loca refragantur, Primo Acto. 19. expresse scribitur, Timotheum & Erastum praemissos esse in Macedoniam a Paulo, priusquam Epheso discederet: Deinde cum post sedatum Ephesi tumultum Paulus in Macedoniam venisset, Actor. 20. Timotheus una cum Paulo scribit secundam Epistolam ad Corinthios (2. Corinth. 1.) missam ex Philippis, vrbe Macedoniae, per Titum & Lucam, 2. Cor. 13. Tertio cum Paulus paulo post, eodem anno Epistolam ad Romanos Corintho mitteret: Timothei synergii sui nomine salutem Romanis adscribit, Rom. 16. Quarto, cum Paulus ex Graecia per Macedoniam rediret in Asiam, inter ceteros comites Timotheus quoque recensetur, Actor. 20.

Propter has causas aliqui existimant Paulum Corintho nauigantem cum Aquila & Priscilla in Asiam, Actor. 18. reliquisse Timotheum Ephesi, ac postea ex Ierosolymis reuersum, & pertransuentem Galatiam & Phrygiam, ex Laodicea Phrygiae oppido, scripsisse primam Epistolam ad Timotheum. Sed haec incerta relinquo, & lectoris iudicio permitto. Illud certum est, Timotheum Ephesi a Paulo relictum esse, ut esset inspector doctrinae & gubernator ecclesiae Dei, 1. Timoth. 1.

Deinde

Déinde cum Paulus Romæ captiuus esset, petijt à Timotheo, vt quàm primam ad se Romam proici-
retur, 2. Timoth. 4. Cùm igitur ad Paulum Romæ
captiuum venisset Timotheus, scripserunt vnâ Episto-
las ad Philippenses, ad Colossenses & ad Philemonem
Philip. 1. 2. Col. 1. Fit etiam Ebr. 13. Timothei
mentio, per quem Epistola ad Ebraeos ex Italia scribi-
tur missa esse. Postea Ephesum rediisse fertur Timo-
theus, & cum in festo Dianæ sacro, cultus Idolatricos
acerbius taxaret, lapidibus obrutus esse, die 24. Ia-
nuarij sub Nerone Imperatore, cum Episcopus Ephesi
fuisset annos quindecim.

Extant Duæ Pauli EPISTOLAE ad TI-
MOTHEVM. In priore Ideam Boni Episcopi &
totius Ecclesiasticæ gubernationis proponit. P R I-
M O Capite, Summam doctrinæ Christianæ eruditè
complectitur, distribuens eam in duos locos, Legem
& Euangelion de Christo Iesu, qui venit in mundum,
vt peccatores saluos faceret. In S E C V N D O, præ-
cipit de vera Dei inuocatione, & intexit locos de fini-
bus gubernationis politicæ, de Electione, de Media-
tore Christo, de ornatu mulierum, de Virtutibus sanctæ
matrisfamilias. In T E R T I O, De officijs Mi-
nistrorum Ecclesiæ, & Quales Episcopi & Diaconi,
eorumq; vxores, esse debeant, exponit, & in fine ad-
dit insignem descriptionem ecclesiæ, & breuem
summam doctrinæ Ecclesiæ. In Q V A R T O, va-
ricinatur de secuturis & cauendis vera doctrinæ cor-
ruptelis,

ruptelis, & vtilissimas Regulas vite & studiorum, de Ratione discendi & docendi, de Exercitijs vera pietatis & donorum, de vigilantia in cauendis lapsibus & perseverantia tradit. Inprimis autem hæc Regula vite omnibus pijs Doctoribus in conspectu sit: Typus esto fidelium in doctrina, conuersatione, dilectione, spiritu, fide, castitate. ATTENDE LECTIO- NI ET DOCTRINAE. In QUINTO Capite, pertexit reliqua ad Politiam Ecclesiæ & bonos mores pertinentia, de Comitatu in alijs admonendis, de Viduis, de Victu & Reuerentia ministris benemeritis debita, de Iudicijs Ecclesiasticis & Excommuni- catione, de Ordinatione Ministrorum, item de cura valetudinis tuendæ &c. In SEXTO, de officijs Seruorum præcipit. II. Admonet Episcopos præcipuè, & Doctores Ecclesiæ, vt sanam doctrinam Christi à Paulo traditam fideliter retineant, & duas pestes ministerij & doctrinæ fugiant, videlicet, curiosas & inutiles quæstiones & Disputationes ex cupiditate inanis gloriæ ortas. Deinde Auaritiam, quæ Religionem ad questum & opes augendas confert. Hac occasione de ΑΥΤΑΡΧΕΙΑ & aduersus Auaritiam, & de vero vsu Diuitiarum disputat. III. Inserit sacramentum, quo Timotheum & omnes Episcopos ad fidem & integritatem in tuenda vera de Christo doctrina, quæ ad fideles manus eorum ab Apostolis deposita est, astringit.

SECUNDA EPISTOLA ad genus Suasorium pertinet. Est enim Adhortatio, vt puram Euangelij doctrinam à Paulo acceptam constanter retineat, rectè doceat, & fideliter propaget. Deinde, vt persecutiones & ærumnas, confessionem Euangelij comitantes, patienter toleret.

In PRIMO capite post Epigraphen & Exordium, adhortatur Timotheum, vt donum docendi & regendi Ecclesiam ipsi commendatum exuscitet, & patiens ac constans sit in confessione Euangelij, in qua per spiritum sanctum confirmetur. II. Summam doctrine Euangelij intexit. III. Vtile præceptum de ratione discendi & docendi tradit, cum iubet *ἑκαστὸν ἰδίῳ*, certam formam & methodum sanæ doctrine, certa ratione & ordine distributæ & explicatæ, teneri, & depositum huius doctrine fideliter custodiri. In SECUNDO capite Quatuor loci sunt præcipui. I. Adhortatio, vt constans sit in tuenda & propaganda vera doctrina, & tolerandis laboribus & ærumnis, quæ doctrinam comitantur, certò enim secutura esse præmia in hac vita & post resurrectionem. II. Vtilissimum præceptum de ratione docendi seu rectè et eruditè diuidendi aut distinguendi membra doctrine Christianæ tradit, cum iubet *ἑρμηνεύειν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, & μὴ λογομαχεῖν*. III. Inferit locum de Electione. Etsi multi a veritate deficiunt, tamen Christus suos electos seruat &

uat & defendit, sicut Elia tempora 7000. seruabat.
 IIII. Redit ad precepta de ratione & modo docendi
 In TERTIO Capite, Vaticinatur de vicys & con-
 fusionibus postremorum temporum. II. Adhortatur
 eum ad constantiam in confessione & persecutionibus
 & ad STVDIA sacrarum literarum, quæ possunt
 nos erudire ad salutem per fidem in Christo Iesu. In
 QVARTO, Obtestatur Timotheum, vt doctrinam
 Euangelij fideliter tueatur, & assidue ac serio prædi-
 cet, & contumaces obiuret & puniat Excommuni-
 catione: Dociles vero leniter & amanter erudiat.
 II. Epilogum Epistolæ addit: Sis vigilans & cir-
 cumspectus in retinenda vera doctrina, sis patiens
 in afflictionibus, sis fidelis & constans in ministerio
 docendi Euangelij. Ego enim, inquit Paulus,
 cursum meum absolui, & præmia laborum in caelis
 expecto. III. Familiaria quædam de suis colle-
 gis, de suis periculis & liberatione, & salutationes
 in fine adiungit.

TIMOTHEVS, Dux exercitus Antiochi &
 Ammonitarum & vicinarum, gentium, victus &
 interfectus à Iuda Maccabæo, 1. Maccab. 5. 2. Mac-
 cab. 8. 10. 12. Alius Antiochenus, martyr sub Vale-
 riano Imp. 22. Augusti. Alius, Mauritanius martyr.
 Alius episcopus Alexandrinus scripsit contra Nestoria-
 nos, pro Eutylianis. Vide Gennadium.

TIMOTIANI, docuerunt duas naturas in
 Christo inter se confusas, & permixtas esse, Augusti-
 nus cap. 2. de Eccles. dogm.

TITVS, amor & delitiæ generis humani, Imp. Romanus anno Christi 81. deleuit urbem Ierosolyman, cuius victoriæ Arcus triumphalis Romæ adhuc extat è regione Capitolij, via, qua itur ad amphitheatrum ipsius. Honoratus, à $\tau\iota\omega$ honoro.

TITVS, agnomine Iustus, hospes S. Pauli in vrbe Corintho, Acto. 18.

TITVS, ad quem S. Paulus Epistolam scripsit, natus est ex parentibus ethnicis. Amplexus autem Euangelij doctrinam, comes fuit perfectionum & $\tau\omega\upsilon\epsilon\pi\upsilon\sigma\tau\epsilon\iota\sigma$ ministerij Pauli, nec tamen circumcissus est, Galat. 2. Interfuit vnâ cum Paulo & Barnaba Concilio Apostolorum, Acto. 15. Postea relictus à Paulo in Creta, Ecclesias isthic oppidatim instituit, & Pastores præfecit, qui doctrinam Euangelij propagarent, & contradicentes conuincerent, & morum integritate ministerium ornarent, Tit. 1. Ex Creta euocat eum Paulus, vt ad se veniat Nicopolin. qua non Macedonicæ, sed Epiri urbem significari quidam existimant, in quam peragrata Macedonia Paulus desletere, atq; isthic hybernare cogitarit. Postea Paulum verisimile est mutato consilio mandasse Tit. vt ad se Troadem veniret, vbi cum Paulus non inuenisset Titum (2. Corinth. 2.) transijt in Macedoniam. Vide Ieronymum Quæst. XI. ad Hedibiam Tom. 4. fol. 68.

Interea Titus sua sponte (2. Cor. 8.) Corinthum nauigarat, vbi explorato illius Ecclesiæ animo erga Paulum,

Paulum, proficiscitur in Macedoniam, vbi tum Paulus versans mirifice aduentu Titi recreabatur, (2. Corinth. 7.) Eo tempore scripsit Paulus secundam Epistolam ad Corinthios, eamq; per Titum & Lucam Euangelistam Corinthum misit, 2. Corinth. 8. 13. Postea Romæ aliquandiu Paulo captiuo adfuit. Inde in Dalmatiam profectus est, 2. Timoth. 4. In Legendis Sanctorum scribitur rediisse in Cretam, atq; ibi mortuus esse, anno etatis 94.

EPISTOLA ad TITVM est Epitome prioris Epistolæ ad Timotheum, in qua, Normam gubernationis Ecclesiasticæ & summam Christianæ doctrine, Tito Paulus præscribit. In Epigraphe summam Euangelij complectitur, cuius verba obscuriora sic explicari possunt: Paulus Apostolus Iesu Christi, missus ad prædicandam fidem electorum Dei, seu ad prædicandum Euangelion, vt credant electi, & agnoscant veritatem, ipsam scilicet pietatem, ex qua existit spes vitæ æternæ, quam promisit Deus verax &c. Reliqua pars PRIMI CAPITIS est Definitio Episcopi, seu Pastoris Ecclesiæ, cuius officia ordine recenset, inter quæ præcipua sunt hæc tria. I. Rectè docere, & constanter retinere veram de Deo doctrinam. II. Exhortari ad agendam Pœnitentiam, Fidem, Inuocationem, Patientiam, & omnia opera bona. III. Eruditè refutare, & euidenter conuenire contradicentes Epicureos, hereticos, Iudeos & alios, qui in traditionibus humanis, & discrimine ciborum mundo-

mundorum & immundorum summam pietatis collocant. In SECUNDO Capite, de officijs Senum, Matronarum, Iuuenum, Seruorum præcipit. Et insignem adhortationem ad Bona Opera, sumtam à causis Efficientibus & Finalibus intexit. In TERTIO Capite, De officijs & Obedientia, Magistratibus præstanda. II. De Iustitia & Lenitate seu Mansuetudine præcipit. III. Suum Exemplum proponit vt non desinat hortari ad bona opera Titus etiamsi auditorum obedientia non statim respondeat. IIII. Hac occasione pulcherrimis verborum luminibus intexit SYMMAM EVANGELII de Iustificatione & Salute propter Christum GRATIS donata propter hunc finem, vt deinceps peccata vitent, & bonis operibus Deo seruiant. Hanc salutarem doctrinam de Iustificatione iubet Titum imprimis vrgere, & inculcare, omisis inutilibus Quæstionibus & rixis, quæ nihil ad veram pietatem profunt. V. Hereticum qui pertinaciter errorem pugnantem cum hac vera doctrina defendit, & admonitus ac conuictus de errore non desistit, iubet excommunicari. VI. In fine addit familiaria, quibus intexit admonitionem, vt Christiani liberos suos rectè institui, & artibus honestis erudiri sinant, vt ad necessarias functiones Reipub. idonei sint.

TOBIAS, ex tribu Nephtalim, captiuus cum decem tribubus in Assyriam ductus est à Salmanassere, anno 6. Ezechie Regis Iuda, anno mundi 3231. Est

autem Historia Tobie, imago pijs CONIVGII, in quo, etsi multiplicibus ærumnis sancti coniuges exercentur, tamen eorum preces exaudit Deus, eosq; adiuuat, & per Angelos sanctos defendit, consolatur, & externis etiam bonis cumulate ornat. Hæc beneficia pinguntur nominibus:

Azaria, auxilium Domini, ab עזר.

Raphael, medicus Dei, à רפא.

Sara, victrix, domina.

Raguel, amicus Dei.

Extat liber Tobie in Biblijs, non quidem Ebraicis, sed Græcis & latinis inter Apochryphos. Ebraicè etiam seorsim editus est cum opere consummato Munsteri. Etsi autem summa historiae in his tribus linguis consentit, tamen multis in locis varietas est, ut collatio ostendet. Græca lectio LXX. Interpretum, Ebraicæ propior est. Latinam ex Chaldaeo sermone se transtulisse Ieronimus ad Chromatium scribit, quam Lutherus in Germanicis Biblijs potissimum expressit. Castalio Ebraicum exemplum secutus est, & sententias in Græco & Latino sermone ad rem pertinentes, certis notis à reliquo contextu distinctas intexuit.

Tobias, pater, in Ebraeo טובי Filius טוביה scribitur, à טוב bonus, probus vir.

TOBIAS, aurum contribuit ad coronam Sacerdotis Iesu, Zach. 6. טוביה.

Alius, Visitator Regis Iosaphat, 2. Paral. 17.

TOLMAI, Gigas, incola urbis Hebron, Num. 13.

me. 13. Ios. 15. תלמי Thulmai, à תלי suspensor à תלה pharetratus, armatus telis, vel à תלם sulcus, agricola.

Alius, Rex Gessur, pater Davidis, 3. Reg. 13.

TOPHETH, Iere. 7. 19. 4. Reg. 23. Vide Gehennon. תופת Thopheth à תוף tympanum, vel à תפת latitudo, Esai. 30. significat latam & spaciosam gehennam seu infernum.

Torpes, martyr Pisanus sub Nerone Imp.

TRACHONITIS, Regio inter Iordanem & montes Galaad, quam tenuit pars tribus Manasse & Gad, Nomen Græcum est ab asperitate, τραχὺς asper, sicut Trachinia Græcis dicebatur aspera & confragosa regio montium Oetæ, in sinibus Phocidos & Thessaliæ. Tempore Christi præfuit Trachonitidi regioni Philippus filius Herodis magni, maritus Herodiadis, Lucæ 3. Iosephus lib. 3. de bello Iudaico cap. 2. Trachonitin regionem his verbis describit: Ea terra incipiens à monte Libano, & fontibus Iordanis, vsq; ad Tiberaidis proximum lacum latitudine panditur. A vico autem qui appellatur Arphas ad Iulada oppidum longitudine tendit, & habitatur ab incolis Iudæis Syrisq; permixtis.

TRADITORES, quorum toties in libris Augustini contra Donatistas mentio fit, dicebantur, qui tempore persecutionis sub Diocletiano, libros sacre scripturæ exurendos Magistratibus tradiderant & qui cum illis postea communicabant.

TROAS, Nomen oppidi & regionis in Asia minori, Quae ab occasu Helleponto, a Borea Bithynia, & Aesapo flumine, a meridie & ortu Caico fl. & Phrygia maiore finitur. Metropolis Troados, quam Ptolemæus Phrygiam minorem nominat, fuit vrbs Troia seu Ilium. Oppidum Troas, à Plinio & Ptolemæos Alexandria nominatur. Fit mentio Troadis, Acto. 16. 21. 2. Corint. 2. 2. Timoth. 4.

TROGILIVM, promontorium & oppidum ad pedem montis Mycales in littore Asiae situm est, 40. tantum stadijs à Samo distans, ad quod appellit Paulus. Acto. 20. Τρώγλην caverna.

TROPHIMVS, natus Ephesi in Asia minore, comes Pauli, postremò ex Gracia Ierosolyman proficiscentis, Acto. 20. 21. 2. Tim. 4. Scribit Paulus se Trophimum reliquisse Mileti egrotantem. Nondum autem certò mihi constat, an, cum Ephesys (Acto. 20.) Mileti valediceret, an alio tempore relictus sit. Certè tunc Trophimum vnà Ierosolyman profectum esse apparet ex Acto. 21. nisi duos Trophimos fingamus. Scribitur primus Arelate episcopus fuisse, ex cuius fonte tota Gallia fidei riuulos accepit.

Τρόφιμος, alumnus, à τροφή.

TRVTBERTVS, Scotus, sub Olento Duce Alemanie & Comite Habsburgensi, Oratorium in agro Brisgoico ad Hercinie iuga adificauit, circa annum Christi 650.

TRY-

TRYPHAENA, & Tryphosa, piæ mulieres & benemeritæ de ecclesia Romana, salutantur à Paulo Roma. 16. Ebraeis Tryphena significat cibum ad afflictionis, à כרס cibus & עני.

THRIPHO N, Dux Alexandria Regis Syriae regnante Demetrio, euexit Antiochum Sedeten, Ionathan fratrem Iudæ Maccabæi dolo cepit, & interfecit & regnum ad se transtulit, sed statim ab Antiocho filio Demetrii profligatus est, vide 1. Maccab. 11. 12. 13. 14. 15. Proprio nomine dictus est Diodorus, Strabo lib. 14. Τρύφων, delicatus, mollis.

TUBAL, filius Lamech, inuenter organorum Musicorum, Gene. 4. Nomen habet à iubilando, seu clangendo, vnde & annus Iubileus.

TUBAL, filius Iaphet, Gene. 10. In Ezechiele cap. 27. 32. 38. 39. coniungitur cum Mosoch. Hinc apparet gentem septentrionalem esse vicinam Cappadociibus, quorum metropolis fuit Mazaca. Existimantur autem Chalybes Paphlagoniæ vicini hac voce significari, apud quos venæ ferri, & argenti præstantes fuerunt, vnde Chalybs dicitur. Id significat Homerus. Τηλόθεν ἐκ χαλύβης, ὅθεν ἀργυρῶς εἰσὶ γυῖθλα. Iosephus & Berofus scribunt Thubal gentis Hispaniæ conditorem esse, & in Betica urbem hoc nomine ponit Pomponius Melas, & Chalybas ferri opifices in Hispania fuisse testis est Iustinus. יבול תובר a יבול germen, ein gewechsse / quicquid supra terram, vel sub terra nascitur.

Tubin, in regione Galaadite, 1. Macca. 5.

TVBALCAIN, frater Tubal, faber ferrarius Gen. 4. cuius nomen Ethnici Poeta in Vulcanum conuerterunt. תיבלקין, possessor metallorum.

TVRCA, id est, vastator, eum verwüster.

TICHICVS, natus in Asia, discipulus & comes S. Pauli Apostoli, Acto. 20. missus ab eo ex vrbe Roma Ephesum, pertulit Epistolam ad Ephesios & Colossenses, 2. Timoth. 4. Coloss. 4. Ephes. 6. Titum 3. Τυχικός, fortunatus.

TTRVS, metropolis Phœnicie, regum Iudaicorum & Persarum temporibus, situ & opibus similis fuit Venetijs, vt apparet ex Ezechiele, qui potentiam & splendorem, & amplissimam negotiationem Tyri prolixè describit, cap. 37. 28. eiq³ excidium minatur quod & multò antè Esaias cap. 23. & alij Prophetæ prædixerunt. & Esaias nominatim vaticinatur ex terra Cethim, seu Macedonia, venturum euersorem Tyri, Alexandrum magnum, qui vrben, qua antea 700. passibus à littore aberat, continenti iunxit, eamq³ post oppugnationem sex mensium deleuit. Fuit patria Vlpiani Iurisconsulti, vt ipse scribit l. 1. ff. de censibus. Habet gradus long. 67. latit. 35. 20. distat à Patara vrbe Licia, vnde Paulus Tyrum nauigat, Acto. 21. circiter 88 mill. germ. à Ierosolymis circiter 26. mill. à Prolemaide 5. mill. Fit mentio Tyri Matth. 11. 15. Marc. 3. 7. Zach. 9. Ios. 19. 3. Reg. 9. Ebraicè תיב אֶפְרַיִם afflixit, vel munitio, vrbs natura loci & arte.

& arte munita. Græcè Τύρος, casus. Gellius lib. 34. cap 6. scribit Tyrum antiquitus Sarram esse vocatam, quæ vox vicina est Ebraicæ appellationi. Inde Sarranum ostrum.

V.

VADIANUS, antropomorphita, August: cap. 3. de Eccles. dogm.

VALENTINVS, Episcopus Interamne, quod oppidum nunc Ternia vocatur, non procul à Spoletto situm, cum familiam Cratonis Philosophi Romæ ad fidem Christi conuertisset, sanato ipsius filio, & fama miraculi plures ad amplectendum Evangelion inuitaret, capite truncatus est sub Claudio Imp. anno Christi 272. die 14. Februarij, Reliquiæ corporis illius Rubeaquum in Alsatiam delatæ scribuntur, ad quas religionis ergo ex multis gentibus cucurrerunt: à Pontificijs præfectus est morbo comitiali seu epilepsie curandæ, quam Germani den Faltenden siechtag appellant.

Valentinus, à quo Valentiniiani orti sunt, Romæ vixit tempore Antonini Imp. circa annum Christi 150. Portentosa ipsius & sectatorum dogmata prolixè recenset & refutat Irenæus lib. 1. & 2. & sequentibus. Finxerunt vnum esse æternum Deum & incomprehensibilem αἰῶνα, & cum ipso εὐνοίας seu αὐλῶ. Ex his genitum esse Νῆν καὶ ἀλήθειαν: ex

his λόγον καὶ Ζωὴν: ex his αὐτῶν καὶ ἐκκλη-
 σιάδων, & præterea ex Logo ac Zoè alia quinq; pa-
 ria, & ex Antropo ac Ecclesia, alia sex paria seu
 αἰώνως natos esse, Quorum summa XXX. αἰώνως
 seu Deos efficit. Ideo Tertullianus ait, Valentinum
 vsq; ad 30. æonum foetus, tanquam Aeneia scrofa exa-
 men diuinitatis effudisse. Inter cetera docuit Filium
 Dei non assumfisse carnem humanam ex substantia
 virginis Mariæ, sed spirituale seu cœleste corpus ha-
 buisse, quod per virginem Mariam velut per cana-
 lem transferit. Quem errorem Irenæus lib. 3. cap. 32.
 & sequentibus refutat.

VALENTINIANVS, Imperator, Panno-
 nius natione, primùm tribunus militum fuit, sub
 Iuliano Imp. Cumq; aliquando deducens principem
 in Templum Fortunæ, à sacrificulo Ethnico aspersus
 fuisset aqua lustrali, sacrificulo colaphum dedit, po-
 stea Imperator delectus, & Ecclesias rectè sentitentes
 clementer fouit, & res maximas in Germania & al-
 libi gessit. Huius tempore D. Ambrosius ad guber-
 nationem ecclesie Mediolanensis euectus est, Trip:
 lib. 7. cap. 8.

Valerianus, Episcopus in Aphrica, martyr sub
 Gensericò Vandalo, die 15. Decembris. Alius, fuit fra-
 ter S. Tiburtij, sponsus S. Cecilie, de qua supra.

VALERIVS, auditor S. Petri, sparsit Eu-
 angelion in Gallia, cum Materno & Euchario primo
 episcopo,

episcopo ecclesie Treuirensis, cui mortuo Valerius in
episcopatu successit.

VASTHI, coniunx Assueri Regis Persarum,
quem Græci nominant Darium filium Hystaspis.

VATICANVM Romæ, fortasse à DEO, qui
infantum vagitibus Romæ præsidebat, Gellius lib. 16.
ex Varrone.

VBALDVS, episcopus Engubij in Vmbria, tem-
pore Friderici Barbarossæ.

VCVCA, Oppidum in parte meridionali tribus
Nephtalim, Ios. 19. חקקח Hukkah vel Chukka,
statutum, edictum.

Vedastus, Episcopus Atrebatensis, familiaris
Ludoico regi, circa annum Christi 500. cæcum &
claudum sanasse scribitur & die 6. Februar. obiisse.

Verianus, pictor Romanus, martyr sub Decio.

VERONICA, in Euangelio Nicodemi nomi-
natur mulier, ἀποδόξασα, quæ à Christo sanata
est, quæ in passione Christi faciem cruentam limbo
impressam exceperit. Ita quisq; pius est Φερονίχη,
imaginem Christi in passione ferens, vt gloria ipsius
particeps fiat, & ferendo vincat.

Vibianus, discipulus & successor S. Ambrosij
in Episcopatu Mediolanensi.

VICTOR, miles, natione Aegyptius, martyr sub
Antonino Imp. Alius, natione Maurus, martyr sub
Maximiano. Alius, Massiliensis, sub eodem Maxi-

miano, lapide molari conteritur. Fortunatus lib. 8. Massylia Victor martyr ab vrbe venit. Alius, episcopus in Aphrica, martyr sub Galieno Imp. Celebratur à D. Cypriano lib. 4. Epistolarum. Alius, episcopus Vticensis cuius de persecutione Vandalica sub Genzerico &c. in Africa, tres libri extant. Alius Massiliensis Rhetor, cuius Gennadius meminit florentis circa annum 460. Nouendecim Geneseos capita carmine reddidit. Alius, Capitaneus legionis Thebanæ, martyr cum S. Mauritio. Alius, Cartenna in Mauritania episcopus, librum contra Arianos Genzerico regi Vandalorum inscripsit.

VICTORIA, virgo Romana, Sponsa Eugenij, martyr sub Decio Imp. Die 23. Decembris.

VICTORINVS, Apher natione, Romæ magna cum laude Rhetoricam docuit, ac inter ceteros auditores etiam S. Ieronimum erudiuit tempore Imperatoris Constantij. Huius de septem fratribus Maccabeis carmen extat. contra Arium libri 4. extant Tom. V. Bibliothecæ. Alius, Episcopus Pictaouorum, paulò etate superior, cuius de Iesu Christo, Deo & homine, carmen breue, sed pium & neruosum & in Apocalypsin commentarius extat, cuius D. Ieronimus meminit. Alius, martyr Aegyptius sub Numeriano. Alius, Romanus, martyr sub Domitiano.

Vigilantius Gallus, presbyter ecclesie Barcilonenfis contra inuocationem & cultum sanctorum scripsit, quem Ieronimus oppugnat.

VIGILIVS, episcopus Tridentinus, qui cum Zelo accensus omnia Idola in dioecesi sua deleret, à rusticis Idolomania furentibus interfectus est, circa annum Christi 470.

VINCENTIUS, Valentia in Hispania, propter confessionem Euangelij crudeliter primum fustibus caesus, deinde vncis discerptus, postea in craticula tostus, & tandem capite truncatus est, die 22. Ianuarij sub Diocletiano Imp. Vide Prudentium *de Exilio* *et* *Quaestoribus*, Augustin. Tom. 10. fol. 320. Vetula superstitiose ad etymologiam nominis Germanicam aludentes, se res amissas inuenire, invocato Vincentio paxerunt.

Alius, Romanus, martyr sub Commodò Imp.

Vincentius Gallus, presbyter apud monasterium insulae Lirinensis, cuius pro Catholica fide aduersus hereses liber extat. cap. 43. & ultimo se sub Sixto Pontifice circa annum Christi 440. scripsisse ostendit.

S. VIRGILIUS, Episcopus Salisburgensis, vixit tempore Bonifacij, & postea sub Vrilone & Tassilone III. Duce Bauariae, cui familiarissimus & intimus consiliarius fuit.

Vindemialis, episcopus in Aphrica, martyr sub Hunerico Vandalo.

VITALIS, pater S. Geruasij, ciuis Mediolanensis, martyr

martyr Rauennas sub Nerone, circa annum Christi 57. die 28. Aprilis, celebratur à Paulino in vita S. Ambrosij, & Fortunato.

VITVS natus in Lucania, Italiae prouincia, Puer annorum duodecim, propter confessionem Euangelij Christi, coniectus est in clibanum pice & plumbo liquefacto refertum, ex quo cum incolumis euassisset, tandem submersus est sub Diocletiano Imp. die 15. Iunij. VITVS, q. d. vitans vitium & regula vitæ, vel monstrans vitam vitæ.

VLA I, Daniel 3. Ieronymus existimat esse nomen portæ, vt in Troia $\sigma\lambda\alpha\gamma\alpha$ portæ, & apud Romanos Carmentalis dicitur. Sed magis consentaneum est, flumen Euleum significari, de quo Plinius lib. 6. cap. 27. his verbis scribit: Susianen ab Elymaide asterminat amnis Euleus, ortus in Medis, medioq; spacio cuniculo conditus, & rursus exortus, & per Mesopotamiam lapsus, circuit arcem Susorum, & Dianæ Templum augustiss. illis gentibus, & ipse in magna cerimonia, siquidem reges non ex alio bibunt, & ob id in longinquum portant. Infra Euleum Elymais est in ora iuncta persidi &c. Ebraicè עֵלַי .

VLPILAS, Gotthorum episcopus, sed Arianus, interfuit Synodo Constantinopolitane, & primus Biblia in linguam Gothicam conuertit. Tripart. lib. 8. cap. 13. lib. 5. cap. 36. 38.

VLRICVS, Natus in oppido Sueuiæ Tillingen ex nobilissimis parentibus, Hugbaldo & Diedburga, educatus

educatus in monasterio S. Galli, episcopus Ecclesie Augustanæ constitutus ab Henrico Aucupe Imp. clarus fuit vera pietate, eruditione, fidelitate in officio, visionibus & miraculis. Obijt anno Christi 974. ætatis suæ 84. VLRICINomen Latini aliàs Hildericum, aliàs Alaricum scribunt, cum sit Germanicum Huldreich/ latine Gratianus: Græcè εὐχάριτος: Ebraicè Iohannes.

VPHAM, filius Benjamin, Num. 26.

חופם Hupham, cubile eorum.

VR Chaldeorum, vbi Thare pater Abraham habitauit, Gene. 11. 15. vrbs est, Babylonia, quam à Ptolem. eo Orchoen nominari eruditi existimant. Habet gradus long. 78. 30. lat. 32. 40.

Ebraicè אור כשדים Vr Chasdim Ignis Demonum seu Ignis sanctus, quem, quia igni delapso vitimas incensas esse audierant, Chaldæi veluti Deum colebant. Hic Ignis à Plutarcho in vita Alexandri & Artaxerxis nominatur Orimasda, Extat eadem appellatio in Agathia, lib. 2. pag. 4. 28.

VR, princeps Madianitarum, Nume. 31.

הור Hur, princeps.

VRBANS, minister Ecclesie Romanæ, מצרי S. Pauli, Roma. 16. Ebraicè significat Lucis filium, ab אור & בן, vel lux intelligentie, à בינה.

VRBANS, Papa I. tempore Alexandri Seueri, circa annum Christi 226. Obijt 25. Maij.

VRBA-

VRBANVS, martyr Cesaraugustanus, à Prudentio celebratur. 58 Pa. 4.

VRIAS, Ethæus miles, cuius tanta fuit modestia, vt ab exercitu domum vocatus, cum uxorem haberet ingenio & forma præstantem, domi cubare noluerit, quoniam reliquus exercitus in castris erat. Huius uxorem Bethsabee, David, arte interfecto marito, rapuit, 2. Reg. 11. Matth. 1. 3. Reg. 15.

VRIAS, sacerdos tempore regis Achaz, instellens se ad voluntatem regis Idolatrici, Ecebolo similior quam Ambrosio, 4. Reg. 16. Esai. 8.

VRIAS, Propheta, filius Semei, natus in oppido Cariathiarim, interfectus à Ioachim, rege Iuda, Ierem. 26. וְיָרִיָּה Vriah. Lux mea Dominus.

VRIEL, Angeli nomen, 4. Esd. 4.

וְיָרִיָּה Lux Dei.

Vrsatius, Persa, dono liberandi obsessos claruit, Trip. lib. 5. cap. 33.

Alius, episcopus Arianus neutralis.

VRSVLA, filia regis Britanniae, cum 11000. Virginum ex insulis borealibus & vicino littore Germanico collectis, & à se ad fidem Christi conuersis scribitur in Legendis Sanctorum nauigasse in Galliam, & per Rhenum Basileam vsq³, deinde Romam profecta, Basileam rediisse, & inde per Rhenum descendens Coloniam peruenisse, vbi ab Hunnis crudeliter vna cum 11000. Virginitibus trucidata sit, circa annum Christi 450. tempore expeditionis Attilæ.

Hanc

Hanc narrationem in Legendis Sanctorum copiosissime descriptam, credant qui volent.

VRSVS & VICTOR, milites ex legione Thebana sub Maximiniano Imp. Soloduri in Heluetia supplicium pro Christi nomine sustinuerunt.

VSAN, filius Dan, nepos Iacob, Gen. 48.

וישא Husin, veloces vel magnates.

Vsazades, eunuchus Saporis regis Persarum, martyr, Trip. lib. 3. cap. 2.

VVALAFRIDVS Strabo, Abbas S. Galli de exordijs & incrementis rituum ecclesiasticorum vtilem librum scripsit, qui extat Tom. IIII. Bibliothecæ S. Patrum, parisijs editæ.

VVALBURGIS, Anglica natione, soror S. VVilibaldi & VVinibaldi Abbatis Thuringici: filia Richardi Angliæ principis, præfuit collegio Virginum in monasterio Franconiæ, Heidenheim, tempore Pipini & Caroli Regum Franciæ.

Filia regis erat, sed egenam se faciebat, Diues vt in Christo, regnaret semper in ipso.

VValtburg significat potentiam & vim diuinam, arces & oppida custodientem & seruantem. In Papatu præfuit custodia frugum, vt Ceres.

VVENCESLAVS, Rex Bohemiæ, propter amorem & studium propagandæ doctrine Christianæ à proprio fratre Boleslao interfectus est, circa annum Christi 940.

Slauiborius comes Me-
lineæ.

BORSINOVVS vel Boriuo-
rius, primus ex Ducibus Bohe-
miæ, Christi fidem amplexus
& à Methodio Moraviae epi-
scopo baptizatus est Anno
Christi 905.

LVD MIL-
LA coniunx.

Vratislaus Spitigneus

VVENCESLAVS Boleslaus I.
Sanctus, Anno fratricida
Christi 940. Boleslaus II.

Vlricus

Boleslaus II.
obijt 1030.

Bizetislaus cui Iuditha
Otthonis III. filia
vxor fuit.

Spitigneus

VRATISLAVS Rex Bohemiæ
ab Henrico IIII. creatus, anno
CHRISTI 1086.

Bizetislaus

Vladislaus

Vladislaus

Primis-

Primislaus Ottocarus I. sed Rex 3.
à Philippo Cesare factus obiit 1230.

Venceslaus IIII. filius.

Primislaus OTTOCARVS II.
Cum Margarita postremi Austriae
Ducis sorore Austriam accepit. 1278.

lutha. — Venceslaus Sanctus VI.

Rudolphi
Imp.
filia.

Venceslaus VII.
Sancti filius, vlti-
mus Rex.

Elisabeth nupta Io-
hanni Lucelburgensi.

VVENDELINVS, cuiusdam Scotorum regis
filius, monachus, & postea eremita, & custos suorum
pecorum in eo loco, vbi nunc oppidum ab ipso nomen
habet.

VVicelinus, euangelista Vandalorum in Hol-
sacia annos 35. obiit 1154. 12. Decemb. Helmoldus
lib. 1. cap. 43. vsq. ad 79.

VVIGBERTVS, à S. Bonifacio ex Anglia
euocatus, propagationem doctrinae Christianae in
Germania adiuuit. Alius S. VVigbertus, Lotha-
ringus.

Fff

ringus, cœnobium Gemblacense fundauit, anno Christi 921. Obijt 962.

VVIGLEFFVS, in Anglia sub rege Eduardo III. circa annum 1370. floruit. Articuli ipsius Constantia damnati, passim in Actis Conciliorum obuij sunt.

VVIHO, Frisius primus episcopus ecclesie Osnaburgensis, omnium prima in Saxonia fundata à Carolo magno, anno 780.

VVILHELMVS, Gallus natione, comes sacri Palatij in aula Caroli magni, presuit aliquandiu Aquitania, & Saracenos inde expulit. Tandem in Monasterium sese abdidit, quod ab eo V Vilhelmense dictum est, Obijt regnante Ludouico Pio.

Alius, primùm monachus Cistertiensis, deinde archiepiscopus Biturigum in Gallia circa annum Christi 1190. obijt 8. Ianua.

VVILIBALDVS, frater S. VValburgie filius Richardi principis Anglici, primùm Romam, & inde Ierosolymam profectus, ut loca, in quibus Christus & Apostoli docuerant, videret. reuersus in Germaniam, à S. Bonifacio episcopus constitutus est in oppido Franconia Eichstedt.

VVILLEHADVS, Anglus natione, discipulus S. Bonifacij, primus episcopus Bremensis ecclesie, fundata à Carolo magno, anno Christi 782. cum antea 33. annos in Frisia euangelion prædicasset, obijt 790. die 8. Nouemb.

VVILLI.

VVILLIBRODVVS, Anglus, docuit euangelion in Frisia, & à Pipino patre Caroli Martelli, primus episcopus Vltraiectensis factus est, circa annum Christi 694. fundauit cœnobium Externacense inter Treuerim & Lucelburgum, anno Christi, 696. obijt 739. Beda lib. 5. hist. Eccles. cap. 11. 12.

VVILIGISVS, ex sacellano ottonis II. archiepiscopus Moguntinus ab eodem Imp. constitutus, natione Saxo, carpentarij filius, sed ingenio, prudentia virtute & doctrina excellens, obijt anno Christi millesimo vndecimo. Hic Rotam insigne archiepiscopatu Moguntino dari ab Henrico II. Imp. curauit de quo epigramma: Quo virtus animi maior, quo gloria rerum Se tollit tituli nobiliore nota: Hoc humilem decet esse magis memoriq, repostum. Hoc tota VViligisi, cuius sanctissima toto virtus Christiana dum viuuit in orbe, manet. Est virtus nos esse homines cognoscere, vitam Esse homines cognoscere, vitam Esse rotam: Virtus hac facit esse Deos.

VVOLFGANGVS, natione Sueuus, ex familia comitum in Pfulligen & Achalm, institutus in schola seu monasterio Augiensi: episcopus Ratisbonensis, late propagauit Christianam religionem in Vngaria, Bauaria, Boemia, tempore Ottonis II. & III. Imp. obijt 994.

VVolfgangum quoties diuum veneranda vetustas Pinxit, ita hunc pinxit, gestaret vt ipse securim.

*Dextra, sed leua Templum cum turre decorunt.
 Hac pictura equidem voluit nihil ipsa vetustas
 Significare aliud, quam quòd Pastoris honesti
 Pontificisq; p̄j summum est super omnia munus.
 Is semper templum debet gestare, sibiq;
 Commissum populum doctrina pascere sana:
 Nec curas alias animo gestare priores.
 Deinde securi etiam fordes resecare pudendas,
 Quicquid & arboribus teneris, plantisq; nocere
 In vita posset, studio debebit eodem.*

*Veteribus Germanis nomen VVölgang, à felici-
 bus & prosperis successibus dicitur, q. d. Felix, For-
 tunatus, Faustus, Beatus, Eutychus, Aser. In Papata
 quondam venis metallicis patronum prefecerunt.*

*VVOLFREDVS, Anglus natione, cum in
 Suecia accensus zelo, idolam Torstani securi concii-
 disse, ab idolatris interfectus est circa annum Chri-
 sti 1020.*

*VVOLRADVS, abbas ad S. Dionysium
 prope Parisios, archicapellanus Pipini & Caroli ma-
 gni, legatus cum Burcardo ad Zachariam Pontifi-
 cem, egit, vt Hilderico deposito, Pipinus Rex crearetur
 & Pontifici exarchatum Longobardis ereptum
 donaret.*

*VVLGARIVS, sic nominatur in Apologia
 Theophylactus episcopus Bulgarorum.*

VZAL, filius Iectan, nepos Heber, Gene. 10.

ΖΖΝ epulo, helluo.

ZAbad,

Z.

Zabad, parricida sui Domini Ioas, regis Iuda
2. Paral. 24. זָבָד Dos.

Zabadæi, Arabes, 1. Macc. 12.

ZABADIAS, Leuita, visitator sub Iosaphat,
2. Paral. 17. Zebadiab, Dos Domini.

ZABDI, auus Achan. Iosue 7.

זָבְדִי Dotatus.

ZabdiHel, Arabs, caput Alexandri regis Syria,
qui ad ipsum confugerat, mittit Ptolemao Philome-
tori, 1. Macca. 11.

ZABVLON filius Patriarchæ Iacob, Ex Lea
Gen. 30. 46. stirps tribus Zebulon, Num. 1. 2. 7. 10.
13. 26. 34. Iud. 4. 5. 6. cuius regionis limites fuerunt
ab occidente mare mediterraneum, à Carmelo pro-
montorio vsq, ad Ptolemaidem: à meridie, tribus I-
sachar vsq, ad Capernaum: ab ortu, Iordanis: à borea,
tribus Nephtalim & Aser, Ios. 19.

Oppida tribus Zebulon celebra fuerunt Naza-
reth, patria Iosephi & Mariæ matris Christi, Luca 1.
2. 4. Cana Galilææ, Iohan. 2. 21. Gethopher patria
Iona Prophetæ, 4. Reg. 14. Chesloth Thabor, vbi
Christus in monte transfiguratus, & cum Moysè ac
Elia collocatus esse putatur, Matth. 17. In hac regione
primum Christus post captum Iohannem, publicum
ministerum docendi inchoat, Matth. 4. Esa. 9. Psal 68.
Ezech. 48.

זְבולון Zebulon à זָבָל cohabitauit, domicilium.

ZACHARIAS, Propheta, filius Barachie, collega Aggaei, 1. Esd. 5. 6. concionari coepit anno secundo Darij, qui est ante Christi natalem annus 520. In PRIMO capite & sequentibus quinq; concioni poenitentiae addit VISIONES, quae monent Aedificationem Urbis & Templi Ierosolymorum processuram esse, & per Iesum sacerdotem & Zorobabelem Ducem absolutum iri. Miscet etiam Consolationes de diuina defensione illius Politiae vsq; ad aduentum Christi. Volumen volans in Quinto capite significat falsam doctrinam, quae instaurationem Politiae secuta est, eisq; exitio fuit. In SEPTIMO capite, discrimen inter ieiunia seu ἐθελοθρησκείας, & cultus a Deo mandatos illustrat. In OCTAVO, De instauratione & defensione Politiae. II Rursum de veris cultibus Dei concionatur: quorum summam hisce duobus verbis complectitur. Diligite VERITATEM & PACEM. In NONO, Praedicit penas Syriae & Phoeniciae, & Philistinis, qui calamitate Iudeorum letabantur. II. DE REGNO CHRISTI saluantis Ecclesiam, & captiuos ex lacu seu morte aeterna educentiu, non politica potentia, sed sanguine testamenti, id est, morte sua, qua promissio sancita est, & de vocatione Gentium, & donis Spiritus sancti vaticinatur.

In DECIMO capite collectionem Ecclesiae ex Iudeis & gentibus describit. In XI. Praedicit vastationem Regni Iudaici factam per Romanos, cuius causa

causae praecipuae sunt, peccata pastorum, videlicet, sacerdotum, principum & populi. In XII. Ecclesiam noui Testamenti mirabiliter seruatum iri inter persecutiones Imperiorum praedicit, & addit dulcissimam promissionem Euangelij: Effundam super domum David Spiritum Gratiae & Precum, & descriptionem passionis Christi & luctus Ecclesiae, quae spectatrix fuit crucis Christi. In XIII. Beneficia quae filius Dei ecclesiae impertit, & passionem Christi coequalis Deo patri, & pastoris Ecclesiae, percussus à Deo: & Ecclesiae arumnas describit. In XIII. De excidio Ierosolymae & praedicatione Euangelij inter Gentes, de Extremo Iudicio, de poenis Impiorum & aeternis Tabernaculis piorum vaticinatur.

ZACHARIAS, filius Ioiada Pontificis interfectus à Ioas rege Iudae, 2. Paral 24.

Alius, Propheta, familiaris Regi Azaria, 2. Paral. 26. Esai. 8. Alius, socer Regis Ezechiae.

ZACHARIAS, Sacerdos de vice Abia, (cuius vicis mentio fit, 1. Paral. 24.) pater Iohannis Baptistae Luca 1. cuius infantis, & exiguae ac adflictae illius temporis Ecclesiae, inter tristissimas calamitates, defensionem & conseruationem mirandam, sequenti carmine Philippus, alicubi descripsit.

Tempore Zacharias Solyma quo flexit in vrbe,

Ad summi ciues iussa verenda Dei,

Imperio Lamyrus Nilotica regna gubernans,

Fff

Qui

Qui scurræ propter scammata nomen habet.
 E bello rediens Galileas sorte per oras,
 Milite robusto septus iniuit iter,
 Inq; aditu primo spernens ter dena virorum
 Millia, sanguinea strage replevit humum.
 Seuiciaq; noua gaudens, absumere morsu
 Captiuos iussit viscera cruda suos.
 Hic aliquis carnes miserandi arrosit amici,
 Quem meminit sancta se coluisse fide.
 Nondum etiam his damnis fatalis poena quieuit,
 Omnia continuis aucta fuere malis.
 Polluit Herodes ciuili sanguine terram,
 Ciuiles furia pro scelus omne mouent.
 Sanguine natorum facies respersa parentum est,
 Et sepe à matris filia raptâ sinu est.

Attamen has inter pornas & Erynias inter,
 Cum tota motus in regione forent:
 Zacharia casu tuta fuit, cunæq; Iohannis,
 Qui tuba Chryste tibi prima futurus erat.
 Sepe suæ matris dulcissimus hæsit in vlnis
 Filius, in cunis oscula sepe tulit.
 Illius lateri sepe assedere propinque
 Addita germanæ casta Maria suæ.
 Quæ pueri linguam titubanti voce professe,
 Dixerunt blando garrula verba sono.
 Molliq; in teneris sigentes basia malis,
 Fecerunt votis consona verba suis.

Da pater incolumis iustum succrescat in eum,
 Sitq₃ tui præco nominis iste puer.
 Sentiat illius florens Ecclesia fructum,
 Leta ministerio gaudeat atq₃ nouo.
 O Deus hoc agmen nostrum quod ab hoste tueris,
 Gratia perpetuò iusta canenda tibi est.
 Protege desertos porro, da plena salutis
 Tempora per Christi regna propinqua ducis.
 Sic quoq₃ nunc totum cum Mars sine lege per orbem,
 Confusa præceps seditione ruit.
 Reliquias aliquas examina parua piorum.
 Colligit, & patrio seruat amore Deus.
 Agmina discentum regit, & serit utile verbi,
 Voce ministrorum semen ubiq₃ sacri &c.
 Scribit autem Basilius hunc Zachariam tandem
 interfectum esse inter templum et altare (Matth. 23.)
 propterea quod dixerit Messiam exhibitum, & ex
 Virgine natum esse. Alius, filius Hieroboam, decimus
 quartus Rex Israel sex mensibus, 4. Reg. 15.
 Ebraicè זכריה Zechariah, memor Domini.
 ZACHAEVS, præfectus Publicanorum, qui
 publica vectigalia populi Romani certa summa pecu-
 niæ emebant, agens pœnitentiam, excipit Christum
 hospitio, Lucæ 19. זי mundatus, à זכר.
 ZAMBRI, filius Salumi, ex tribu Simeon, con-
 cumbens cum Madianitide scorto, confoditur à Phi-
 nees, Num. 25. זמרי Zimri, canticum meum.
 זלון Salu, à זלן silla, laudauit.

ZAMBRI, quintus Rex Israel, 7. diebus, 3. Regum 19. 4. Reg. 9. Est etiam regionis nomen, quae Persis & Medis coniungitur, Iere. 25.

ZAMRAM, filius Abrahae, ex Cethura, Gen. 25. זמרא Zimram, cantor, musicus.

ZANOAE, oppidum Iudaeae, Ios. 15. Nehem. 5. זנוא ZanoaH, à זנח deliquit.

ZARA, filius Iudaeae Patriarchae, frater Phares, Gene. 38. Num. 26. Ios. 7. 22. Matth. 1.

זרה Zarah, ortus est, germen.

ZARA, rex Aethiopiae, victus ab Asa, 2. Par. 14. Alius, nepos Esau, Gen. 36.

Zaraias, filius Thenameth, capitaneus Iudaeorum profugus, 4. Reg. 25.

שריה Seraiab, princeps Domini.

תנחמת TanHumeth, consolatio.

ZARE, filius Simonis Patriarchae, Num. 26. in Genesi nominatur Sahar. זרה ZeraH, semen, ortus.

ZARETH, fluuius in sinibus Idumaeae & Moabitidos. influens in mare mortuum, Num. 21. Deut. 2.

זרר Zared, aliena defensio, vel alienum dominium à ררה.

ZEB, princeps gentis Madian, ab Ephraimitis interfectus, Iud. 7. Psal. 82. זב Zeeb, lupus.

Est etiam urbis nomen, sita ad ripam torrentis Zaboch.

ZEBEE, rex Madianitarum, à Gedeone captus & interfectus, Iud. 8. זבה Zebah, victima.

ZEBE.

ZEBEDAEVS, maritus Salomes, sororis Ioseph, pater Iacobi maioris & Iohannis Euangelista Apostolorum, qui in Euangelio, Filij Zebedaei vocantur, & Boanerges, id est, filij tonitruui, Marci 3. Fit eius mentio, Matth. 4. 10. 17. 26. 27. Marc. 1. 3. 10. Lucae 5. 9. Iohan. 21. Zebedeus, dotatus.

ZEBIDA, filia Phadaia, mater Ioachim regis Iuda, 4. Reg. 23. זבירה dotata.

פריה & פרה redemit, liberauit.

ZEBVL, praefectus vrbis Sichem, loco Abimelech, Iud. 9. זבל contubernalis.

ZECHRI, filius Isua, frater Chore, Exod. 6.

זכרי Zichri, memor mei.

Alius, Dux Ephraim in bello Phacee regis Israel, aduersus Achaz, 2. Paral. 28.

ZELPHA, ancilla Lie, vxoris Iacob, mater Gad & Aser, Gen. 29. 30. 46. Ebraice Zilphag, adax os, ארל vel contemptum os.

ZEMMA, filius Rahuel, nepos Esau, Gen. 36.

שמה Samma, ibi, illic.

ZENAS, legisperitus, commendatur Tito per S. Paulum, Tit. 3.

ZENO, Episcopus Veronensis, pietate & doctrina celebris, filiam Galieni Imp. a demone obsessam liberasse scribitur, circa annum Christi 260. obiit 3. Decembris.

Zeno, martyr Alexandrinus.

ZENO.

ZENOBIVS, presbyter ecclesie Sidone, martyr sub Diocletiano, Euseb. lib. 8. cap. 14.

Alius, Episcopus Florentinus.

ZEPHATA, vallis in finibus tribuum Iuda & Dan, 2. Paral. 14. צפתה specula.

ZEPHERINVS, episcopus Romanus, recepit Natalem lapsum. Eusebius lib. 5. cap. 28. Instituit, vt adulti quotannis semel die Pasche communicarent.

ZEVAN, filius Ezer, nepos Seir, Gene. 36.

צואן Zaauan, commotio.

ZIO seu ZIF, secundus mensis Ebraeorum, nostro Aprili respondens, 3. Reg. 6. זיף Zif, Chaldeus paraphrastes reddidit mensem apertionis seu splendoris florum.

ZIPH, mons & oppidum tribus Iuda, Ios. 15. vicinum vrbi Hebron versus ortum, celebris fuga & latebris Davidis, 1. Reg. 23. 26. 2. Paral. 11. Psal. 53.

זיף, Augustinus, Psalm. 53. vertit florentem.

ZIZA, filius regis Roboam, 2. Par. 11.

זיזא splendor.

ZIZANTA, Matth. 13. lolium, ad appellatiua pertinet. Ζιζάνιον, ἀπὸ τῆς σίτου, quod noceat frugibus.

ZOELETH, petra vicina Ierosolymis versus ortum, 3. Reg. 1. זחלת ZoHeleth, reptile.

ZOMIM, cognomen Gigantum, qui Ammonitidem olim tenuerunt, Deut. 2. זמזמים Zamzumim, flagitiosi Tyranni, אדם scelus.

ZORO-

ZOROBABEL, filius Salathiel, nepos Iechoniae regis Iuda, vnà cum Iesu Pontifice reduxit populum captiuum ex Babylone, & urbem Ierosolymanam ac Templum instaurare cœpit, 1. Esd. 3. 5. 2. Esd. 4. 5. Agg. 1. 2. Zach. 4. Syrach. 49. Ebraicè זרובבל Zerubabel, desertor Babylonis, vel Princeps Babylonis.

1. Paral. 3. quidam sic ordinat seriem Genealogie.

Iechonias.

Asir.

Salathiel.

Phadaias.

Zorobabel.

Alius est Zorobabel, ortus ex posteritate Nathan, filij David, cuius Luca 3. fit mentio.

ZVPH, filius Helcana, ex posteris Cheri, atavis Samuelis Prophetæ, 1. Paral. 6. 1. Reg. 1.

TERRÆ SVPH mentio fit, 1. Reg. 9. quam sentiunt aliqui, fuisse agrum oppidi Ramatha Zophim, in quo Samuel natus est & habitauit, 1. Reg. 1.

זופ Zuph, fauus mellis.

ZVZIM, Gen. 14. זרזים postes, columnæ, Epitheton Nobilium, etliche Scharhansen zu Hofel qui se existimant Atlantes esse, qui sua fortitudine soli orbem terrarum

sustineant.

CATALOGVS
 CONCILIORVM, IN
 QVO, IUXTA SERIEM LI-
 terarum Alphabeti, nomina præcipuarum
 Synodorum, & Loca, ac tempora, quibus
 singulæ celebratæ sunt, breuiter
 indicantur.



ONCILIVM, propriè definiendū in
 Ecclesia Christiana, est cœtus multo-
 rum vera pietate et doctrina præstan-
 tium, qui confessionem de sua in
 Christum fide & sententia Scripturæ
 edunt, & perspicuè ostendunt suam interpretationem
 & sententiam in sacris literis fundatam esse. & rej-
 ciunt falsas interpretationes, & errores, eosq; perspi-
 cuè cum textu verbi Dei pugnare conuincunt, atq;
 ita suo testimonio & confessione confirmant infirmos
 rectè sentientes. Impios autem & pertinaciter in er-
 rore perseverantes, anathema esse pronunciant.

Etsi autem non omnes Synodi, quarum nomina
 hoc loco annotata sunt, pari puritate articulos do-
 ctrinæ cœlestis illustrarunt: quedam etiam manife-
 stos errores defenderunt: plerq; nihil prorsus de do-
 ctrina, sed tantum de Ceremonijs, de Iurisdictione
 Episcoporum, & moribus Clericorum, decreta san-
 ciuerunt a

viuerunt: tamen hæc vera piarum Synodorum descriptio est, quales omnibus temporibus aliqua fuerunt, quæ solius verbi diuini, & diuinarum patefactionum, ac testimoniorum primæ ecclesiæ normam in iudicando secutæ sunt.

PRIMA Synodus Noui Testamenti fuit congressus Maria, Elizabeth, Zacharia, & aliorum, in quo promulgatus est Articulus, de concepto & iuxta promissiones patribus datas, exhibito Messia Redemptore, Luca 1.

DEINDE, circa annum à concepto Christo quadragesimum octauum, præcipui APOSTOLI, Petrus, Paulus, Iacobus, Iohannes, Barnabas, Titus, Silas, & alij Ierosolymæ conuenientes decretum fecerunt de abrogatione Legis Mosaicæ, quòd videlicet Circumcisio, & observatio ceremoniarum Mosis, non sit Iusticia noui Testamenti, nec sit necessaria ad salutem, sed quod per solam Gratiã Domini nostri Iesu Christi, credentes saluentur, sicut & Patres saluati sunt, Actor. 19. Hæc Synodus Apostolorum, in nouo Testamento, inter ceteras Synodos præcipuè eminet, & illustrem imaginem & formam Christianæ Synodi exprimit.

Sequentes Synodos, quarum crebra in iure Pontificio, & in recentium scriptis mentio fit, iuxta literarum Alphabeti ordinem distribui, & singularum loca & annos Christi breuiter indicaui.

AGATHENSE Concilium in vrbe Gallie Narbonensis Agatha, quam à Massyliensibus edificatam esse, Strabo lib. 4. refert, non procul à monte Pessulano, celebratum est circa annum Christi 420. Condidit 71. decreta, de continentia Clericorum, de monasterijs, de bonis Ecclesiasticis, de moribus & etate sacerdotum, quos ante annum etatis 30. non vult ordinari, & de similibus materijs. Dogmatum nullam mentionem facit. Ritus publicæ pœnitentiæ ex Concilio Agathensi describit Gratianus distin: 50. c. pœnitentes, & , c. in Capite quadragesimæ.

ANCYRANVM Concilium, in Ancyra vrbe Galatic, habitum est, circa annum Christi 308. sub Diocleriano Imp. Imposuit Pœnitentiæ seu multas, ijs, qui in persecutione Idolis imolauerant, condidit decreta de coniugio sacerdotum, & alijs casibus conjugalibus. Item aduersus Martionem, qui esum carnum improbat &c. Canon 10. Diaconi, si in ipsa ordinatione protestati fuerint, velle se habere vxores, nec posse se continere, hi postea, si ad nuptias venerint, in ministerio maneant, propterea quia his Episcopus licentiam dederit,

ANTIOCHENA Synodus I. quæ circa annum Christi 278. Paulum Samosatenum damnauit, describitur ab Eusebio lib. 7. cap. 25. vbi insignis Confessio de tribus Personis ὁμοουσιος, à Gregorio Neocæsariense edita, exponitur his verbis. **V**NVS
Deus,

Deus, pater verbi viuentis, sapientiae subsistentis, & virtutis suae & figurae, perfectus perfecti genitor, pater filij vnigeniti, Vnus Dominus, solus ex solo, figura & imago deitatis, verbum perpetrans, comprehendens omnia, & virtus, qua tota creatura fieri potuit. Filius verus veri, & inuisibilis ex inuisibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex immortali, & sempiternus ex sempiterno, Vnus Spiritus sanctus, ex Deo substantiam habens, & qui per Filium apparuit, imago Filij perfecti, perfecta viuentium causa, sanctitas sanctificationis praestatrix per quem Deus super omnia & in omnibus cognoscitur, & Filius per omnes. Trinitas perfecta maiestate & sempiternitate, & regno minime diuiditur, neq; abalienatur, Igitur neq; factum quid, aut seruens in Trinitate, neq; superinductum, tanquam ante hac quidem non substinens, postea vero superingressum. Neq; ita desuit vsquam Filius Patri, neq; Filio Spiritus Sanctus, sed inuertibilis & immutabilis eadem Trinitas semper.

ANTIOCHENA Synodus, à Constantio Imp. Coacta quinto anno post mortem Constantini sauit Arianis, & damnauit Athanasium, Trip. lib. 4. cap. 9. 10.

ANTISIODORIENSIS Synodus in Gallia Lugdunensi, circa annum Christi 614. prohibuit vigilas in campis, vsum mulsi in Missa, baptismum extra diem Paschae, incestas consuetudines &c.

APHRICANVM Concilium Episcoporum 217. circa annum Christi 420. collegit 150. canones in superioribus Synodis, Carthagine & alibi sancitos.

AQVILEIENSE Concilium, cui etiam sanctus Ambrosius interfuit, Aquileie celebratum circa annum Christi 380. Confirmavit decreta Synodi Nicenae, damnauit Arionos, & nominatim Palladium & Secundianum.

ARELATENSIS Synodus. I. tempore Constantini Imp. habita esse scribitur, & 23. decreta condidisse de obseruatione Paschae, de rebaptizandis Arianis, de excommunicatione &c.

ARELATENSIS II. sub eodem Imperatore celebrata, & de recipiendis lapsis, de ordinatione Episcoporum, de habendis Synodis, de coniugatis non assumendis in sacerdotium, decreta fecit.

ARELATENSIS III. tempore Martiani Imp. sancit, ne quis ante annum etatis 39. Item ne quis bigamus, vel poenitens, vel laicus, ante annum conuersionis, ad sacerdotij manus ordinetur.

Dist: 17. recitantur quinq; Synodi Arelatenses: Sed nec quo tempore habite sint, aut quid decreuerint exponitur. Dist. 38. ex Arelaten. III. & IIII. citat canonem de maritis non ordinandis ad sacerdotium.

ARAVSIACVM Concilium, in Arausia Gallie prope Auinionem vrbe, quæ nunc Orenge nominatur, habitum tempore Theodosij Iunioris. Illustrauit doctrinam de peccato Originis, de imbecillitate libri arbitrij, de gratia & necessario auxilio spiritus sancti &c. viginti quinq; canonibus cognitione dignissimis, ex quibus sex priores ascribam, vt inde de cæteris iudicium fieri possit.

Primus canon. Si quis per offensam præuaricationis Adæ, non totum, id est, secundum corpus, & animam, in deterius hominem dicit commutatum, sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus, aduersatur Scripturæ dicenti: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et, nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis. Et à quo quis superatur, eius seruus addicitur.

II. Si quis soli Adæ præuaricationem suam, non & eius propagini asserit nocuisse, aut certè mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem & peccatum, quod mors est animæ, per vnum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniusticiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum Mors in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt.

III. Si quis inuocationem humanam gratiæ Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere,

vt inuocetur à nobis, contradicit Esaie Prophetæ
 vel Apostolo idem dicenti: Inuentus sum non querentibus me; palam apparui his qui me nõ interrogabant.
 IIII. Si quis vt à peccato purgemur, voluntatem
 nostram Deum expectare contendit, non autem, vt
 etiam purgari velimus, per Sancti Spiritus infusio-
 nem & operationem in nos fieri, confitetur, resistit
 ipsi Spiritui sancto per Salomonem dicenti, Prepara-
 tur voluntas à Domino, & Apostolo salubriter præ-
 canti: Deus est, qui operatur in nobis, & velle, &
 perficere pro bona voluntate.

V. Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei
 dei, ipsiusque credulitatis affectum, quo in eum credi-
 mus, qui iustificat impium, & ad regenerationem
 baptismatis peruenimus, non per gratiæ donum, id
 est, per inspirationem Spiritus sancti, corrigentem
 voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab im-
 pietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse di-
 cit, Apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur
 beato Paulo dicente: Confidimus, quia qui cœpit in
 nobis bonum opus, perficiet vsq; in diem Domini no-
 stri Iesu Christi, Et illud: Vobis datum est, pro Chri-
 sto, non solum, vt in eum credatis, sed etiam vt
 pro illo patiamini. Et, gratia salui facti estis per fi-
 dem, non ex vobis, Dei enim donum est, Qui enim fi-
 dem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalem,
 omnes eos, qui ab Ecclesia Christi alieni sunt, quo-
 dammodo fideles esse definiunt.

VI. Si

VI. Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, querentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus, vt credamus, velimus, vel hac omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem & inspirationem Sancti Spiritus in nobis fieri consitetur, aut humilitati, aut obedientie humanae subiungit gratie adiutorium. nec vt obedientes & humiles simus ipsius gratie donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: Quid habes quod non accepisti? Et gratia Dei sum id, quod sum &c.

ARVERNENSIS Synodus in Aquitania, celebrata tempore Iustiniani Imp. Inter cetera statuit, vt in Synodis nullae aliae causae proponantur, priusquam ea quae ad fidem & confirmationem dogmatum & disciplinam Ecclesiae pertinent, finiantur.

AVRELIENSIS Synodus 33. Episcoporum à Clodoueo I. rege Galliae conuocata circa annum Christi 500. Instituit Rogationes seu Litaniae triduo ante festum Ascensionis. Fecit decreta de confugientibus ad Ecclesias, de redditibus ecclesiarum dispensandis. Item, ne Abbates & Presbyteri sine assensu Episcopi petant à Principibus vel alijs beneficia Ecclesiastica. Item, vt Abbates Episcopis subiecti sint.

AVRELIENSIS Synodus, II. & III.

Ggg 3 tempo-

tempore Iustiniani primi Imperatoris, repetiuit veterum Conciliorum decreta, de Synodis quolibet anno semel habendis, de ordinatione Episcoporum, de Simonia vitanda, de casibus quibusdam matrimonialibus, de continentia Clericorum à proprijs vxoribus, de Abbatibus, vt episcoporum præceptis obtemperarent, de bonis Ecclesiasticis &c.

AVRELIENSIS IIII. circa annum Christi 560. tempore Childeberti Regis, inter cætera ad disciplinam & reditus Ecclesiarum portinentia, sanxit, vt dies Paschæ, & quadragesima ab omnibus æqualiter seruetur, vt in Missa vinum merum, non mixtum aqua offeratur, vt Sacerdotes cum coniugibus suis non habeant communem lectum.

AVRELIENSE V. eiusdem Regis tempore, damnat Nestorij & Eutychie dogmata, prohibet Clericis familiaritatem mulierum, prohibet Simoniam & rapinas bonorum ecclesie, instituit ordinem iudicij in accusatione episcoporum seu clericorum.

BASILIENSE Concilium anno Christi 1431. mense Decembri incoatum est, Primi duo anni ferè consumti sunt in citatione & accusatione Pontificis Eugenij IIII. qui Basiliense Concilium dissolvere conabatur.

Sessione 4. Boëmis ad Concilium vocatis saluus conductus, seu securitas iuxta formam Aegre ab ipsis præscriptam, mittitur.

Sessione 16. recipiuntur Oratores Papæ ad Concilium missi.

Acta cum Græcis ad Concilium venturis recensentur Sessione 19. 24. 25. 32.

Sessione 34. anno Christi 1439. deponitur Papa Eugenius IIII. qui concilium transtulerat Ferrariam, & eodem vocauerat Imperatorem & Patriarcham Græcorum.

Sessione 36. confirmatur Festam Conceptionis Mariæ.

Sessione 39. eligitur Papa Amedæus, dux Sabaudie, qui Felicis V. nomen assumpsit.

Sessione 43. anno Christi 1441. institutum est Festum Visitationis Mariæ.

Sessione 45. indicitur proximum concilium Lugduni celebrandum.

BRACARENSE Synodi duæ, in Lusitania, circa annum Christi 620. damnarunt errores Priscillianistarum, & sanciuerunt, vt idem sit ordo seu forma rituum, Baptismi, Missæ, lectionum Psalmorum in omnibus ecclesijs, vt Episcopi suas ecclesias visitent, vt nemo intra sanctorum templa sepeliatur &c.

BRACARENENSIS III. circa annum Christi 680. Primo canone sancit, vt in sacrificio non lac, non mustum ex vuis expressis, sed vinum aqua mixtum offeratur, nec intincta in vinum Eucharistia populo porrigatur.

CABILLIONENSE Concilium ad Ararum fl. circa annum Christi 480. sancit normam fidei in Synodo Nicena propositam, & veterum Conciliorum Canones inuiolatè seruandos esse. Postea de Ordinatione & Electione Episcoporum, de pœnitentia, de Iurisdictione ecclesiastica, de sanctificatione sabbati, de canticis, decreta condit.

CARPENTORACTENSIS Synodus circa annum Christi 450. constituit, ne Episcopi omnes Ecclesiarum reditus ad sese transferant, sed vt primum stipendia inferioribus ministris, deinde vt ad sustentationem ædificiorum & pauperum necessaria inde decident.

CHALCEDONENSIS Synodus IIII. vniuersalis, Episcoporum 630. tempore Martiani & Valentiniiani Imp. celebrata anno Christi 455. damnauit Eutychem Archimandriten Constantinopolitanum, & Dioscorum Alexandria Episcopum, qui vt longissimè à Nestorij sententia discederent, Docuerant post vnionem non esse duas in Christo naturas. sed has inter se confusas, & verbi ac carnis vnã & eandem naturam esse.

Diligentissimè autem & fusissimè omnium huius Concilij acta in Tomis conciliorum exposita sunt. Decretum de principali articulo vnionis duarum in Christo naturam, recitatur Sess. VI. his verbis, quæ Græcè & Latine adscribam.

ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογῶμεν ἕν ὃν τὸ κύριον
 κριον ὑμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, καὶ ὁμοφώνως ἀπάντες
 ἐκδιδασκαμῶν τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ
 τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρώπότητι. Θεὸν ἀληθῶς,
 καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λο-
 γικῆς καὶ σώματος ὁμοῦσιον πατρὶ καὶ τῷ
 θεότητι, ὁμοῦσιον ὑμῖν καὶ τῷ ἀνθρωπότητι,
 καὶ πάντα ὁμοῖον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας, πρὸ
 αἰώνων μὲν ἐκ τῆς πατρὸς γεννηθέντα καὶ τῷ
 θεότητι, ἐσχάτων ἡμετέρων, τὸν αὐτὸν δι
 ἡμᾶς, καὶ διὰ τῷ ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ
 μαριᾶς τῆς παρθένης καὶ θεοτόκῃ καὶ τῷ ἀνθρω-
 πότητι.

ἓνα καὶ αὐτὸν Ἰησοῦν χριστὸν ἕν, κύριον μο-
 νοχρῆ, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρεπίως,
 ἀδιαρέτως, ἀχωρίως γινωσκόμενον, ἔδαμῃ
 τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνηρημένης διὰ τῷ
 ἕνωσιν, σωζομένης ἢ μάλλον τῆς ιδιότητος
 ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρὸσωπον, καὶ μι-
 ᾶν ὑπόστασιν συντρέχουσας, ἔχ' ὡς εἰς δύο πρὸ-
 σωπα μερίζομενον ἢ διαμερέμενον, ἀλλ' ἓνα
 καὶ τὸν αὐτὸν ἕν μονοχρῆ θεὸν λόγον καὶ κύ-
 ριον Ἰησοῦν χριστὸν, καθάπερ ἀναθεν οἱ πρὸφῆται,
 καὶ αὐτὸς πρὸ αὐτῶ ὁ χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ
 τὸ τῶν πατέρων ἡμῖν παραδεδῶκε σύμβολον

Vnum & eundem confitemur Filium Dominum nostrum Iesum Christum, & vna voce omnes docemus perfectum eundem in Diuinitate, & perfectum eundem humanitate. Deum verum & hominem verum, eundem ex rationali anima & corpore consubstantialem patri secundum diuinitatem, consubstantialem eundem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis æqualem absq; peccato, ante secula quidem ex patre secundum diuinitatem, in extremis autem diebus eundem propter nos, & propter nostram salutem ex Maria virgine & Dæi genetrice secundum humanitatem genitum.

Vnum & eundem IESVM CHRISTVM, filium & Dominum vnigenitum, in duabus naturis, inconfuse, immutabiliter, indiuisè, in segregabiliter cognitum atq; deprecatum: haudquaquam naturarum differentiam vnione tollente, sed proprietatem potius vtriusq; nature conseruante, quæ in personam vnã & in substantiam vnã concurrat: non veluti in duas personas dissipatum aut diuisum, sed vnum & eundem filium vnigenitum DEVM Verbum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM: quem admodum antiquitus Prophetæ, & ipse de seipso nos docuit CHRISTVS, & Symbolum patrum nobis tradidit.

In cæteris sessionibus controuersie Episcoporum, de Iurisdictione, & aliæ lites dirimuntur. Sessione XV. Canones sancuerunt de Simonia fugienda, de Monachis,

Monachis, vt subiecti sint Episcopo suæ ciuitatis, de iudicijs Ecclesiasticis, de coniugio Clericorum, de concilijs quolibet anno bis in vnaquaq; prouincia celebrandis &c.

CARTHAGINENSE Concilium circa annum Christi 255. præside S. Cypriano, 84. sententijs definiuit Hereticos rebaptizandos esse. Sed post centum ferè annos alia Synodus, quæ nominatur Carthaginensis prima, tempore Constantini Imp. præside Grato episcopo Carthaginense, decreuit baptizatos in fide S. Trinitatis non esse, rebaptizandos, vt nunc baptizati à Papistis, etiamsi multos errores & Idola defendunt, tamen quia verba institutionis baptismi, & veram eorum sententiam sine Idolatria retinent, non rebaptizantur.

CARTHAGINENSIS I. tempore Valentini & Theodosij Imp. confessa est doctrinam de Tribus Personis *ὁμοουσιος*, sacerdotibus præcipit abstinentiam ab vxoribus, & alia ad Iurisdictionem Eccles. pertinentia sancit.

CARTHAGINENSIS III. circa eadem tempora præside Aurelio episcopo, quinquaginta Canones de Iurisdictione Ecclesiastica, de disciplina Clericorum, de administratione sacramentorum &c. condidit. Inter cetera decreuit, vt singulis annis in qualibet prouincia Synodus celebretur. Item vt filij vel filie Episcoporum, vel quorumlibet clericorum non iungantur matrimonio hæreticis aut gentilibus.

CARTHAGINENSIS IIII. tempore Honorij Imp. circa A. G. 406. celebrata est præsidente Aurelio episcopo Carthag: condidit 104. decreta, inter quæ primum continet FORMAM EXAMINIS DOCTRINÆ ET MORVM in ordinatione Episcopi. Proximè sequentia, Ritus initiandi septem ordines describunt. 15. præcipit, vt Episcopus vilem suppellectilem & mensam & victum pauperem habeat, & dignitatis suæ autoritatem fide & vitæ meritis, querat. Reliqua de Diaconis, de Officijs & moribus Clericorum, de vitanda consuetudine excommunicatorum, de Pœnitentibus recipiendis &c. præcipiunt. Huic Synodo interfuerunt episcopi 214. ac inter hos etiam S. Augustinus.

CARTHAGINENSIS V. eodem Aurelio episcopo præsidente, inter cætera decreuit, vt infantes, quoties non inuenientur certiss. testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, absq; vlllo scrupulo baptizentur.

CARTHAGINENSIS VI. eodem Aurelio præsidente, circa annum Christi 420. conclusit seruanda esse decreta Synodi Nicenæ, ac vt certò constet, quæ sunt in ea Synodo decreta, mittendos esse legatos Constantinopolim, Antiochiam & Alexandriam, qui vera illius Synodi decreta adferant. Nam Bonifacius & ante eum Sossimus, episcopi Romani per literas petiuerant, vt omnibus reliquis episcopis ad Romanum appellare liceret, ac in eam sententiam
citauit

titauerant canonem Concilij Niceni, quem in veris
Græcis exemplaribus non extare episcopi Africani di-
cebant. Huic Synodo interfuerunt S. Augustinus,
Prosper, Orosius &c.

CAESARAVGVSTANA Synodus in Hispania, octo decreta fecit, inter quæ postremum est, Non
velandas esse Virgines, quæ se DEO vouerunt, nisi
quadraginta annorum probata etate.

COLONIENSIS Synodus, tempore Con-
stantij Imp. damnauit Euphratam episcopum Aria-
num, Qui docuerat Christum non esse verè & natu-
ra Deum.

CONSTANTINOPOLITANA I. Sy-
nodus, & vniuersalis secunda, tempore Gratiani &
Theodosij Imp. conuocata est, anno Christi 385. vt ex
annotatione Coss: quæ extat Trip. lib. 9. cap. 22. ap-
paret. In hac Synodo, 150. Episcopi fuerunt, ac in his
præcipuè autoritatis Meletius Antiochiæ, Timotheus
Alexandriæ, Cyrillus Ierosolymæ episcopus, Item
Gregorius Nazianzenus, qui tum Constantinopoli
docebat, & Gregorius Nyssenus &c. Hi repetiuerunt
Symbolum Synodi Nicenæ, additis quibusdam verbis
& illustrato articulo de Spiritu sancto. Damnarunt
Macedonij sectatores πνευματάρχες, qui doce-
bant Spiritum sanctum esse creaturam. Item, Euno-
mianos, Sabellianos, Apollinarios. Historiam re-
quirant studiosi Trip. lib. 9. cap. 4. 5. 8. 9. & in pri-
mis 12. 13. 14. 15. &c.

Solet autem Symbolum Fidei ea verborum forma usitate in Templis cani, quae in illa Synodo praescripta est.

CREDO in vnum DEVM, Patrem omnipotentem, factorem caeli & terra, visibilium omnium & invisibilium. Et in vnum Dominum IESVM CHRISTVM, filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, & Homo factus est, passus etiam sub Pontio Pilato ac sepultus est, & tertia die resurrexit, Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos, cuius Regni non erit finis. Et in SPIRITVM SANCTVM Dominum & vivifican-tem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre filioq; simul adoratur & conglorificatur, Qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & Vitam futuri seculi. Amen.

Armenij verba quaedam addunt, Et perfectus Homo factus est.

Ascendit ad caelos in eodem corpore.

Inde

Inde venturus est in eodem corpore iudicare.

Credimus in Spiritum sanctum non factum, sed procedentem.

Qui locutus est per Prophetas & Euangelistas, qui descendit in Iordane super Christum, per quem & Apostoli predicauerant, qui etiam & hactenus in sanctis habitat.

Et resurrectio mortuorum, & iudicium cum anima & corpore, & regnum, & vitam eternam.

CONSTANTINOPOLITANA Synodus V. scilicet vniuersalis, tempore Iustiniani Imp. anno Christi 552 celebrata, Illustrauit doctrinam de modo Vnionis duarum naturarum in Christo, damnauit Anthimum episcopum Trapezuntinum, qui Constantinopolitanam sedem inuaserat, & Theodorum Mopsuestenum Cilicem Nestorij amicum, & THEODORITVM Cyri episcopum, qui XII. Capitula Cyrilli oppugnarat, & Petrum Apamenum, Severum Antiochenum, & Zoaram, monachum Syrum, de quibus Constitutio Iustiniani in Nouellis extat. Refutauit & Origenica deliramenta, que Monachi in Palestina de Animabus hominum, initio mundi ante corpora simul conditis, de resurrectione mortuorum, de salute Demonum &c. sparserant, de quibus apud Nicephorum lib. 17. cap. 28. canones extant.

Canones 14. die S. Trinitate, & duabus naturis in Christo, sancitos in hac Synodo, adscribam.

I. Si quis non confitetur, Patris & Filij, & Spiritus sancti vnā virtutem, & potestatem, trinitatem consubstantialē, vnā Deitatem in tribus subsistentijs siue Personis adorandam, talis anathema sit. Vnus enim Deus & Pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus, per quem omnia, & vnus Spiritus sanctus, in quo omnia.

II. Si quis non confitetur, Dei verbi duas esse natiuitates, vnā quidem ante secula, & sine tempore incorporaliter, aliam verò eiusdem in vltimis diebus descendētis de cœlo, & incarnati ex sancta gloriosa Dei genitrice semperq; virgine Maria, qui natus est ex ea, anathema sit.

III. Si quis dicit, alium esse Deum verbum, qui miracula fecit, & alium Christum, qui passus est, vel Deum verbum cum Christo esse dicit, quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse, vt alterum in altero, & non vnum eundemq; Dominum nostrum Iesum Christum, Dei verbum incarnatum & hominem factum, atq; eiusdem miracula & passiones, quas sponte passus est carne, talis anathema sit.

IIII. Si quis dicit, secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum aequalitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut effectum, aut virtutem, vntionem Dei verbi ad hominem factam esse, aut secundum bonam voluntatem, quasi quod placuit Deo verbo homini; quia bene visum est ei de ipso, sicut
Theodo-

Theodorus insaniens dicit, vel secundum solam hominis similitudinem, quam Græci Homonemiam vocant per quam Nestoriani Deum verbum Iesum & Christum vocantes & hominem separatam Christum & filium nominantes, & duas personas manifeste dicentes, per solam nominationem, honorem & dignitatem & adorationem, & vnā personam, & vnum Christum consingunt dicere, sed non consentunt (sicut sancti Patres docuerunt, vnitatem Dei verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali, secundum compositionem, id est, secundum substantiam factam, & propterea vnā eius substantiam, quæ est Dominus noster Iesus Christus, vnus de S. Trinitate: talis anathema sit. Cū enim multis modis vnitas intelligatur: aliquando quidem impietatem Apollinaris, & Eutychetis sequuntur, in peremptionem eorum qui conuenerunt colentes vnionem secundum confusionem prædicant. Theodori autem & Nestorij sequaces, diuisione gaudentes, affectualem vnitatem introducunt. Sancta Dei vero Ecclesia, vtriusque perfidie impietatem eiciens, vnitionem Dei verbi ad carnem, secundum compositionem confitetur, quod est secundum substantiam. Vnitio enim per compositionem, in mysterio Christi, non solum inconfusa ea, quæ conuenere, seruat, sed nec diuisionem suscipit.

V. Si quis vnā substantiam Domini nostri Iesu Christi ita intelligit, tanquam suscipientem multarū

substantiarum significationem, & propterea conatur
introducere in mysterio Christi duas subsistentias vel
personas, ab eo introductis duabus personis, vnam
personam dicit, per dignitatem & honorem & adora-
tionem, sicut Theodorus & Nestorius insanientes
conscripterunt, & calumniantur S. Chalcedonensem
Synodum, tanquam secundum hunc impissimum in-
tellectum vsum vnius intelligentiæ vocabulo: sed non
confitetur Dei verbum carni substantialiter vniri, &
propterea vnam eius subsistentiam vel personam, &
ita S. Chalcedonensem Synodum vnam subsistentiam
Domini nostri Iesu Christi confiteri, talis anathema
sit, neq; enim adiectionem personæ vel subsistentiæ
sanctæ trinitas suscepit ex incarnato vno de eadem
trinitate, Deo verbo.

VI. Si quis abusiue & non verè Dei genitricem di-
cit sanctam gloriosam semper virginem Mariam, aut
per relationem tanquam homine puro nato (Non
enim Deo verbo ex ea incarnato, sed relati secundum
illos hominis natiuitate in Deum Verbum, tanquam
coherens nascenti homini) & criminatur Chalcedo-
nensem Synodum tanquam secundum eundem impi-
um intellectum à Theodoro commentatum, Dei geni-
tricem, virginem asserentem: aut si quis hominis ge-
nitricem vocat eam aut Christi genitricem, vt pote
Christo non existente Deo, & non specialiter, & se-
cundum veritatem DEI genitricem eandem confi-
tur: ob id, quod ante secula à patre genitus Deus
Verbum,

Verbum, in vltimis diebus, ex ea incarnatus, & natus est, atq; ita pie sanctam Chalcedonensem Synodū Dei genericem eam confiteri, talis anathema sit.

VII. Si quis in duabus naturis dicens, non vt in Deitate & humanitate vnum Dominum nostrum Iesum Christum confitetur, vt per hoc significet differentiam naturarum, ex quibus inconfusa & ineffabilis vnitas facta est, neq; verbo in naturam carnis transfigurato, neq; ad verbi naturam translato (Manet enim vtrunq; quod est secundum naturam, & post factam vnitatem substantialiter) sed in diuisionem per partem huiusmodi suscipit vocem in mysterio Christi, aut numerum naturarum confitens, in vno eodemq; Domino nostro Iesu Christo Deo Verbo incarnato, & non tantummodo contemplatione differentiam eorum accipit, ex quibus & compositus est, non interempta proprietate propter vnitatem (Vnus enim ex vtriusq; & per vnum vtraq;) sed propterea numero vritur, tanquam diuisis & propriae subsistentiae consistentes naturas, talis anathema sit.

VIII. Si quis ex duobus naturis Deitate & humanitate confitens vnitionem factam fuisse, vel vnā naturam Dei verbi incarnatam, dicens, & non sic has voces intelligit, sicut sancti patres docuerunt, quod ex diuina natura & humana, vnitione secundum subsistentiam facta, vnus Christus factus est, sed ex huiusmodi vocibus vnā naturam siue substantiam Deitatis & carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit.

IX. Si quis adorari in duabus naturis dicit **CHRISTVM**, ex quo due adorationes introducuntur semotim **DEO** Verbo, & semotim homini, aut si quis ad peremptionem carnis, aut confusionem Deitatis & humanitatis vnā naturam siue essentiam conuenientium portentuose introducens sic adorat Christum, sed non vnā adoratione Deum Verbum in carnatum cum eius carne adorat, iuxta quod sancte Dei Ecclesie traditum est: talis anathema sit.

X. Si quis non confitetur crucifixum carne Dominum nostrum Iesum Christum, esse verum Deum, & Dominum glorie, & vnum de sancta trinitate, talis anathema sit.

XI. Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychen, & Origenem, cum impijs eorum scriptis, & omnes alios Hereticos, qui condemnati sunt, & anathematizati à sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia vel predictis sanctis quatuor concilijs, sed & eos qui similia cum predictis hereticis sapuerunt aut sapere noscuntur, & vsq; ad finem permanserunt in propria impietate, talis anathema sit.

XII. Si quis defendit Theodorum impijssimum Mopsuestenum, qui dixit alium esse Deum verbum & c.

XIII. Si quis defendit impia scripta Theodoretī, que contra rectam fidem exposita sunt, & primam Ephesinam

Ephesinam sanctam Synodum, & sanctum Cyrillum & XII. eius capitula, & ea omnia, quæ scripsit pro Theodoro & Nestorio impijssimo, vt alijs, qui similia prædictis Theodoro & Nestorio impijssimo sapuerunt & recipit eos vel impietatem eorum, atq; propterea impios vocat Ecclesiæ doctores, qui substantialiter Dei vnitionem Dei verbi ad carnem consitentur, & non anathematizat prædicta impijssima conscripta & eos, qui similia his sapuerunt vel sapiunt, sed & omnes qui contra rectam fidem scripserunt aut contra beatæ memoriæ Cyrillum vel XII. eius capitula, & in hac impietate defuncti sunt, tales anathema sint.

XIIII. Si quis defendit epistolam, quam dicitur Iba scripsisse ad Marim Persam. quæ denegat quidem Deum verbum de sancta genetrice semperq; virgine Maria incarnatum hominem factum, dicit autem purum hominem ex ea natum esse, quem templum vocat, tanquam alio existente Deo verbo & alio homine &c.

CONSTANTINOPOLITANA
Synodus VI. vniuersalis, sub Constantino Pogonato Imp. circa annum Christi 680. damnauit Monothelitas. Theodorum Pharanensem, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum & Paulum Constantinopolitanum episcopos, qui docuerunt Deitatis & humanitatis Christi vnã tantum voluntatem & operationem esse. Præcipue autem explicatur & djudicatur

hac controuersis Actione octaua, decima, vndecima, & decima sexta. In hac Synodo scribuntur confirmati esse canones Apostolorum distinct. 16.

Mox autem post sextam Synodum conuenerunt in Trullo regy palatij Patres amplius 220. & inter ceteros, Canonem 13. de coniugio Sacerdotum sanxerunt qui etiam distin. 31. C. Quoniam citantur. Verba canonis ex Græco reddita hæc sunt: Quoniam in Romana Ecclesia, loco canonis traditum esse cognouimus, ut ij qui digni habendi sunt ordinatione Diaconi vel Presbyteri, profiteantur, se deinceps cum vxoribus suis non congressuros, Nos sequentes veterem canonem Apostolica, & sincera, ordinationis legitimas sacrorum virorum cohabitationes conjugales etiam ex hodierno die in posterum valere, ratas & firmas esse volumus. Nullo modo eorum cum vxoribus proprijs coniunctionem seu copulationem dissoluentes, aut fraudantes eos consuetudine conjugali, quæ conueniente tempore fiat. Itaq; si quis dignus inueniatur Hypodiaconi, Diaconi aut Presbyteri ordinatione, is minime prohibendus est hunc gradum ascendere. Ideo quod cum legitima vxore cohabitet. Nec tempore ordinationis suæ postuletur ab eo, ut profiteatur, quod abstinere velit aut debeat à legitimo congressu cum propria vxore, non autem indiscriminatim cum vxoribus suis coniunctionem habebunt, sed vicis suæ tempore abstinebunt. Si quis igitur præsumserit contra Apostolicos canones, Diaconos

conos & sacerdos post ordinationem consuetudine cum legitimis suis vxoribus priuare, deponatur, Similiter & qui ordinantur, si vxores suas prætenu pietatis abijciant, excommunicentur.

CONSTANTINOPOLITANA, quam VIII. Vniuersalem nominant, celebrata est circa annum Christi 860. Imp. Basilio patre & Constantino & Leone filijs, de electione Episcoporum, ne Laici se ei immisceant, decretum fecisse scribitur dist. 63. C. Adrianus.

CONSTANTIENSE Concilium tempore Sigismundi Imperatoris, anno Christi 1414, mense Nouembri, incoatum est. Venerat eo Papa Iohan. 23. verum paucis diebus post, clam aufugit. Deinde citatus, cum non veniret, sententia Concilij à Papatu depositus est.

Sessione VIII. damnauit 45. errores ex libris Iohannis Vicleui excerptos.

Sessione XIII. vniuersali prohibitione laicis alteram speciem Sacramenti ademit, vtens inter cætera his verbis: Hoc præsens Concilium sacrum generale Constantiense in Spiritu sancto legitime congregatum, declarat, decernit & definit, Quod licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit, sub vtraq; specie, panis & vini, hoc venerabile sacramentum, tamen HOC NON OBSTANTE, licet in primitiua Ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub vtraq; specie

H h b 4 appro-

approbata consuetudo Ecclesie seruauit & seruat, vt à conscientibus sub vtraq; & à laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur &c.

Sessione XV. anno 1415. die 6. Iulij damnatus est Iohannes Hus, & nominatum reprobati sunt 30. articuli ex illius libellis excerpti, inter quos primus est: Quòd vnica sit sancta vniuersalis Ecclesia, quæ sit prædestinatorum vniuersitas.

Sessione 21. anno 1416. die 30. Maij damnatus est Hieronymus de Praga, Husse collega.

Sessione 37. anno 1417. die 16. Iulij deponitur Petrus de Luna, qui se Benedictum XVII. nominarat, & Auinione, & in Hispania tempore schismatis se pro Papa gesserat.

Sessione 39. decernitur, vt post proximos quinque annos, deinde post septem annos, & deinceps à decimo in decennium generale Concilium celebretur.

Sessione 40. proponuntur 18. capita ad Reformationem ecclesie Romane pertinentia.

Sessione 41. anno 1417. die 8. Nouembris eligitur Papa, Otho de Columna, qui nomen Martini V. assumpsit.

Sessione 44. anno 1418. 19. Aprilis, Indicitur Concilium proximum Papiæ celebrandum. Id deinde Papiæ Senas translatum est, vbi anno Christi 1424. conclusum est, proximam Synodum Basiliæ habendam esse.

EPHESINA Synodus prima, sed III. Vniuersalis à Theodosio Iuniore Imp. conuocata, anno Christi 436. Coss. Basso & Antiochio (vt Trip. lib. 12. cap. 5. dicitur) Præside Cyrillo Episcopo Alexandrino illustrauit propositionem, VERBUM | CARO FACTVM EST, & refutauit Nestorium, qui docuerat duas naturas in Christo non esse personaliter vnitas. Ideoq; negabat Deum ex Virgine natum esse, Mariam esse Dei genitricem, Deum pro nobis passum esse. Trip. lib. 12. cap. 4. 5.

Capitula duodecim à Cyrillo contra Nestorij articulos edita, quoniam sæpè à posterioribus Synodis citantur, adscribam.

I. Si quis non confitetur, Deum esse veraciter Emmanuel, & propterea Dei genitricem sanctam virginem (peperit enim secundum carnem, carnem factum Dei verbum, secundum quod scriptum est: Verbum caro factum est) anathema sit.

II. Si quis non confitetur, carni secundum substantiam vnitum Dei Patris verbum, vnumq; esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum & hominem, anathema sit.

III. Si quis in vno Christo diuidit substantias post vnitatem, sola eas societate coniungens, quæ secundum dignitatem sit, vel etiam auctoritatem & potestatem, ac non potius conuentu, qui per vnitatem factus est naturalem, anathema sit.

IIII. Si quis in personis duabus, vel subsistentijs,

H h h 5 eas

cas voces, quæ in Apostolicis scriptis continentur, & Euangelicis, diuidit, vel quæ de Christo dicuntur à sanctis, vel ab ipso & aliquas quidem ex his, velut homini, qui præter Dei verbum specialiter intelligatur, aptauerit illas autem tanquam dignas Deo, soli Dei Patris verbo deputauerit, anathema sit.

V. Si quis audeat dicere hominem Christum theophoron, id est, Deiferum, ac non potius Deum veraciter dixerit, tanquam filium per naturam, secundum quod verbum factum est caro, & communicauit similiter, vt nos carni & sanguini, anathema sit.

VI. Si quis dicit, Deum esse vel Dominum Christi Dei Patris verbum, & non magis eundem, ipsum confitetur Deum simul & hominem, propterea quod Verbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

VII. Si quis velut hominem Iesum, operante Deo verbo, dicit adiutum, & vnigeniti gloriam, tanquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere, assumptum hominem coadorandum Deo verbo, & conglorificandum ac connuncupandum Deum, tanquam alterum cum altero (nam con, syllaba super adiecta hæc cogit intelligi) ac non potius vna supplicatione veneratur Emmanuel, vnamq; ei glorificationem dependit, iuxta quod Verbum caro factum est, anathema sit.

IX. Si quis vnum Dominum Iesum Christum glorificatum dicit à spiritu sancto, tanquam qui aliena

virtute

virtute per eum usus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, posse & coram hominibus diuina signa persicere, ac non potius proprium fatetur eius spiritum, per quem diuina signa expleuit, anathema sit.

X. Pontificem, & Apostolum confessionis nostra factum esse Christum, diuina scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo & Patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum, non ipsum Dei Verbum (quod caro factum est, & homo iuxta nos homines) sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut qui dicit, quod pro se obtulisset semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis (non enim eguit oblatione, qui peccatum omnino nesciuit) anathema sit.

XI. Si quis non confitetur carnem Domini viuificatricem esse, & propriam ipsius verbi Dei Patris, sed velut alterius præter ipsum coniuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinam habentis habitationem, ac non potius viuificatricem esse, quia facta est propria verbi cuncta viuificare volentis, anathema sit.

II. Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & viuificatur, vt Deus, anathema sit.

EPHESINA II. ab eodem Imperatore coacta, præside Dioscoro Alexandriae episcopo fouit partes.

partes Eutycheis, & à gubernatione ecclesie Constantin: remouit Flavianum, qui Eutychem oppugnabat. Huius Synodi Acta paulò post in Concilio Chalcedonensi retractata sunt.

FERRARIENSE Concilium anno Christi 1438. Eugenius IIII. Pontifex instituit, vt Basilienfe impediret. Interfuit autem huic Concilio ipse Papa Eugenius, & Iohannes Paleologus Imperator Græcorum, & Iosephus Patriarcha Constantinopolitanus, qui sequente anno Florentie obiit. Disputatum est de processione Spiritus sancti ex Filio, de igne purgatorioe, de Primatu Romani Pontificis, de panis azymo in Cena Domini vsurpando. Cum pestis Ferrariae grassaretur, Florentiam Synodus translata est anno 1439. mense Februario.

Tandem mense Iulio inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam, de propositis articulis conuenit, vt ex literis Vnionis, quarum partem adscribam, apparet.

IN Nomine sancte Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, hoc sacra vniuersali approbante Florentino Concilio diffinimus, vt hæc Fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, sicq; omnes profiteantur, quia Spiritus sanctus ex Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam, suumq; esse subsistens habet ex Patre & Filio, & ex utroq; æternaliter tanquam ab vno principio & vnica spiratione procedit, declarantes quod id, quod sancti Doctores
& Pa

& Patres dicunt, ex Patre & Filio procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos verò principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius ex Patre eternaliter habet, à quo eternaliter etiam genitus est. Dissimulamus insuper explicationem verborum illorum, Filioque veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc necessitate licite ac rationaliter Symbolo fuisse appositum. Item in Azimo siue fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque, scilicet iuxta suæ Ecclesiæ siue Occidentalis siue Orientalis consuetudinem.

Item, si verè penitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis penitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omnis, eorum animas penitus purgatorij post mortem purgari, & ut à penis huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum sacrificia, Eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secundum Ecclesiæ constituta: illorumque animas, qui post Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post

post contractam peccati maculam vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus (pro ut superius dictum est) sunt purgatae, in caelum mox recipi & in-
 tueri clarè ipsum Deum trinum & vnum, sicuti est, meritorum tamen diuersitate, alium alio perfectus: Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

Item diffinimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem, in vniuersam orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum, successorum esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusq; Ecclesiae caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, & ipse in beato Petro pascendi, regendi & gubernandi vniuersalem Ecclesiam, à Domino nostro IESU CHRISTO, plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis Oeconomicorum, Conciliorum, & in sacris Canonibus continetur. Renouantes in super ordinem traditum in Canonibus ceterorum venerabilium Patriarcharum, vt Patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum Pontificem, Tertius verò Alexandrinus, Quartus Antiochenus, & Quintus Hierosolymitanus, saluis videlicet Priuilegijs omnibus et iuribus eorum. Datum Florentiae, in Sessione publica Synodali solenniter in Ecclesia maiori celebrata. Anno Incarnationis Dominicae M. CCCC. XXXIX. pridie Nonas Iulij Pontificatus nostri anno nono.

GANGRENSIS Synodus, in Gangra vrbe Paphlagonia (cuius Strabo lib. 12. & imperator in Nouellis, Const. 29. meminit) habitata est tempore Constantini Imp. non longe post Nicenam. Condidit viginti decreta, ex quibus aliquot, quae ad controuersias horum temporum dijudicandas utilia sunt, adscribam, facta aduersus Eustachij cuiusdam episcopi dogmata, qui monachatum primus in Armeniam, Paphlagoniam & vicina Ponti loca introduxit, & Nuptijs iniquior fuit, & Sacerdotum praecipue maritorum *εὐλογίας ἢ νεωνικίας ὡς μὴ* & fugere iussit.

Cap. I. Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam detestatur, aut culpabilem aestimat, velut quae in regnum Dei introire non possit, anathema sit.

Cap. IIII. Quicumq; discernit Presbyterum, coniugatum, tanquam occasione nuptiarum quod offerre non debeat, et quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.

Cap. VI. Si quis extra Ecclesiam seorsim conuentus celebrat, & despiciens Ecclesiam, ea quae sunt Ecclesia, voluerit vsurpare, non conueniente Presbytero, iuxta decretum Episcopi, anathema sit.

Cap. IX. Quicumq; Virginitatem custodiens aut continentia studens velut horrescens, nuptias temerari, nec propter hoc, quod bonum & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

Cap.

Cap. XIII. Si qua mulier virum proprium relinquens discedere voluerit, nuptias execrans, anathema sit.

Cap. XVI. Quicumq; filij à parentibus, pretextu diuini cultus abscedunt, nec debitam reuerentiam dependant illis, qui diuinum cultum sibi procul dubio praeferunt, anathema sit.

Cap. XIX. Si quis eorum, qui continentiae student, absq; necessitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab Ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suae cogitationis impulsus, anathema sit. Huius Gangrensis Synodi multos etiam alios canones citat Gratianus in decret: distin. 29. 30. 41. 42. 82.

GERVNDENSIS Synodus, Gerunde in Hispania, circa annum Christi 500. statuit, vt in tota Diocesi Tarraconensi eadem doctrinae & Ceremoniarum forma conseruetur, vt paruuli, etiam eadem die, qua nati sunt, baptizentur, vt digami non admittantur ad ministerium, vt sacerdotes cœlibes, nullam mulierem in sua domo, nisi matrem aut sororem habeant.

HIEROSOLYMITANA Synodus Episcoporum Palestine & Syriae conuocata à Maximo Hierosolymorum episcopo, confirmauit Acta Concilij Sardicensis, & Athanasium restituit. Tripart. lib. 4. cap. 34.

HISPALENSIS Synodus octo Episcoporum in Hispania, circa annum Christi 586. decreta fecit, vt bona

vt bona ecclesiarum ab episcopis morituris ad alios heredes translata, iterum ad ecclesiam reuocentur. Item vt Clerici non habeant in suo contubernio mulieres.

HISPALENSIS II. circa annum Christi 630. initio quorundam Episcoporum lites de finibus diocesum diremit, Deinde de Ordinatione Presbyterorum & monasterijs quaedam sancit. Canone XIII. & ultimo doctrinam de Vnione & proprietatibus duarum naturarum in Christo illustrat.

ILERDENSE, Concilium octo Episcoporum in Hispania citeriore habitum, circa annum Christi 500. Inter cetera decreuit, ne quis in diebus Quadragesimæ & Aduentus, nuptias celebret.

ILLIBERTINVM Concilium, Illibri in Hispania habitum esse scribitur sub Constantino Imp. paulò ante Nicenam Synodum, condidit Canones 81. inter quos pleriq; de coniugio, de adulterijs, desertionibus, & alijs casibus matrimonialibus. Item de ijs, qui Idolis immolarunt, de excommunicatione, de vsuris Clericorum agunt. In 36. canone prohibentur in Templis imagines & pictura. C. 33. decernunt. Placuit in totum prohibere episcopis, presbyteris, diaconis abstinere se à coniugibus suis & non generare liberos &c. Sed hoc decretum in Nicena Synodo reiectum & abrogatum est, vbi Osius episcopus Hispanus Paphnutij sententia subscripsit.

LAODICENSE Concilium Laodiceæ in Syria celebratum, circa annum Christi 364. quingenta nouem Canones statuit, ad disciplinam & politiam ecclesiasticam pertinentes. Dogmatum fidei nullam mentionem facit.

LATERANENSE Concilium, Romæ ab Innocentio III. Papa celebratum, anno Christi 1215. de præcipuis partibus gubernationis & discipline ecclesiasticæ decreta fecit. Inter cætera constituit, vt Episcopi idoneos viros ad prædicationem verbi Dei & visitationem ecclesiarum instituant. Item, vt in singulis Collegijs foueatur magister, qui literas doceat, & Theologus, qui libros sacros enarret. Damnauit Almericum, qui affirmabat Ideas, quæ sunt in mente diuina, & creare & creari. Item Abbatem Florentinum Ioachim, qui reprehenderat Petrum Lombardum, propterea quod in sententijs scribit, Essentiam diuinam nec generare nec generari. Canones Lateranensis Concilij extant septuaginta, quos in Tomis Conciliorum legere studiosi poterunt.

LVGDVNENSES Synodi due nominantur in Iure Pontificio dist: 16. Sed nec quo tempore conuenerint, aut quæ fecerint decreta, illic exponitur.

MATISCONENSES Synodi due, in Gallia Lugdunensi, circa annum Christi 590. celebrata, multa vtilia decreta, non de doctrina, sed de disciplina Ecclesiastica condiderunt, videlicet, vt dies Dominica soli ministerio verbi & cultui diuino tribuatur: vt omnibus

omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris et mulieribus offeratur tam panis quam vini: vt decimæ sacerdotibus dentur ad conseruationem ministerij & vsus pauperum, & redemptionem captiuorum: vt episcopi aut clerici non rapiantur ex templis ad iudicia politica: vt omnes sint hospitales & viduas ac pupillos foueant: vt in domibus episcoporum non alantur canes aut accipitres, vt clericis reuerentia exhibeatur, &c.

MEDIOLANENSIS Synodus à Constantio Imp. qui Athanasium damnari volebat, coacta, & repugnantibus Paulino Treuirensi & Eusebio Vercellensi episcopis, statim dissipata est, Trip. lib. 5. cap. 15.

MILEVITANA Synodus, cuius meminit Augustinus Epistola 106. & 92. in Africa, tempore Honorij Imperatoris habita, præside Aurelio episcopo Carthaginense & S. Augustino, refutauit errores Pelagij, & illustrauit doctrinam de peccato Originis, de Baptismo infantium, & de gratia Dei iustificante, de auxilio Spiritus sancti necessario ad incoandam obedientiam Legi debitam. Item quod sancti in hac vita non sint ἀναμάρτητοι, nec possint Legi Dei satisfacere &c.

Conditi sunt in ea Synodo Canones 27. Ex quibus octo priores, Pelagianis oppositos asseruauit.

Cap. I. Placuit omnibus Episcopis, qui fuerunt in hac sancta Synodo, constituere hæc quæ in presenti

Concilio definita sunt. Vt quicumq³ dicit, Adam primum hominem mortalem factum, vt siue peccaret siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret non peccati merito, sed necessitate nature, anathema sit.

Cap. II. Item placuit, Vt quicumq³ paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere Originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, Vnde sit consequens, vt in ijs forma baptismatis, in remissionem peccatorum, non vera sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransyt, in quo omnes peccauerunt nisi quemadmodum Ecclesia Catholica vbiq³ diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem, veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

III. Item placuit, vt quicumq³ dixerit gratiam Dei, in qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, que iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema sit.

IIII. Item, Quisquis dixerit, eandem gratiam
Dei

Dei per Iesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, Quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus. Non autem per illam nobis prestare, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atq; valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, Scientia inflat, Charitas verò edificat, valde impium est, vt credamus, ad eam quæ inflat, non habere gratiam Christi, ad eam quæ edificat nos habere, cum sit vtrumq; donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus, vt edificante caritate scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est, qui docet hominem scientiam, ita etiam scriptum est, Caritas ex Deo est.

1. Cor. 8.

Psalm. 93.

1. Iohan. 4.

V. Item placuit, vt quicumq; dixerit, Ideo nobis gratiam Iustificationis dari, vt quod facere iubemur per liberum arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tanquam etsi gratia non daretur non quidem facile, sed tamen possimus, etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait, sine me difficilius potestis facere, sed ait, Sine me nihil potestis facere.

Iohan. 15.

VI. Item placuit, Quod ait S. Iohannes Apostolus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, Quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem

1. Iohan. 1.

non oportere dici nos non habere peccatum, anathema sit sequitur eum apostolus & adiungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter se etiam veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere: Si dixerimus, quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est, sed cum ait nos ipsos decipimus & veritas in nobis non est, satis ostendit eum, qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

VII. Item placuit, ut quicumque dixerit in oratione dominica, ideo dicere sanctos, Dimitte nobis debita nostra, ut non pro se ipsis hoc dicant, Quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro alijs qui sunt in populo suo peccatores, & ideo non dicere vnumquicumque, Sanctorum: Dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, ut hoc alijs potius, quam pro se, iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim erat & iustus Apostolus Iacobus, cum dicebat, In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est, OMNES, nisi ut ista sententia conueniret. Et Psalmo vbi legitur, Non intres in iudicium cum seruo tuo: Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et in oratione Salomonis, Non est homo, qui non peccet. Et in libro Iob, In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiam Daniel sanctus & iustus cum in oratione pluraliter diceret,

Iacob. 3.

Phil. 143.

Eccles. 7.

Iob. 27.

Dan. 9.

diceret, Peccauimus, iniquitatem fecimus, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de se, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: Cum orarem et confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino Deo nostro, Noluit dicere peccata nostra, sed populi sui dixit, & sua, qui futuros istos, qui tamen malè intelligunt, tanquam Propheta præuidit.

VIII Item placuit, vt quicunq; verba ipsa Domine Orationis, vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra, ita volunt à Sanctis dici, vt humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Qui enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi domino mentientem, qui labijs sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur debita non habere. Huc vsq; de fide contra Pelagianos.

MOGUNTINA Synodus, iussu Caroli magni, anno Christi 813. celebrata Moguntia, condidit 36. Canones de præcipuis ferè partibus gubernationis ecclesiasticæ. Inter hos vnus est, vt sacerdotes & canonici canonicè viuant, quantum humana fragilitas permittit. Canon 10. clerici castimoniam inuiolati corporis perpetuò conseruare studeant, ex Isidori regula, quæ dist. 23. recitatur, sumptus est. Sed altera pars regulæ (aut certè vnus matrimonij vinculo foederentur) in Tomis conciliorum omissa est.

Alij sub Ludouico Pio celebrata est, præside Rabano archiepiscopo, ex qua modum inquirendi crimi-

na excommunicatione digna, citat Beatus Rhenanus, in annotationibus, quas Tertulliano addidit, pag. 689.

NEOCAESARIENSIS Synodus, circa annum Christi 310. decreta fecit de Coniugio Sacerdotum, de Bigamia & alijs commixtionibus prohibitis, de ordinatione Presbyterorum, &c.

NICENVM Concilium in vrbe Bithyniæ Nicæa celebratum est, anno Christi 330. Narrat enim Tripart. lib. 2. cap. 14 vicennialia Constantini Imp. in tempus Concilij incidisse.

Historia Concilij Niceni ex Theodoreti lib. 1. & Tripart. lib. 2. Historiæ Eccles. lib. 10. cap. 6. & Eusebio de vita Constantini lib. 3. colligi potest. Præcipua verò actio fuit, controuersiæ de diuinitate filij Dei, ab Ario motæ dijudicatio: comprehensa Symbolo seu confessione Fidei in ea Synodo ab Episcopis 318. hisce verbis edita & promulgata die 19. Iunii.

CREDIMVS in vnum DEVM, Patrem omnipotentem, omnium visibilium, inuisibiliumq; factorem. Et in vnum IESVM CHRISTVM Filium Dei, natum ex Patre, vnigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, Lumen ex Lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, CONSUBSTANTIALEM Patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus, & Homo factus est, Passus, & resurrexit

surrexit tertia die, & ascendit in caelos, & uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Et in SPIRITVM SANCTVM. Dicentes autem: Erat quando non erat, aut, non erat, antequam fieret, aut, quia ex non extantib. factus est, aut ex altera substātia vel essentia dicentes esse, aut, creatum, aut conuertibilem Filium Dei, hos tales anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.

Præter hanc confessionem de Arii controuersia editam: Nouati etiam & Meletij error, de lapsis agentibus pœnitentiam non recipiendis damnatus est: & de Paschatis festo, Dominica proximè sequente plenilunium primi mensis, ubiq; similiter celebrando: de temporibus publicæ pœnitentiæ seu satisfactionibus: de coniugio Sacerdotum: de usuris &c. Canones facti sunt, quos paulo post, ut extant latinè, sed valde incommode versi, recitabo. Prius enim quo consilio & quibus occasionibus patres in Synodo, vocem ὁμοούσιον seu consubstantialis, Symbolo inseruerint: insignem Athanasij locum adscribam, qui totam disputationem, de controuersia Arii, in Synodo habitam, illustrat.

DE VOCABVLO ὁμοούσιον,
seu Consubstantialis Patri, qua occasione
Symbolo insertum sit? Athanasij narratio.

Quare igitur, quum Arriani voces ad impietatem comminiscantur non scriptas: accusant eos, qui vocibus non scriptis vtuntur ad pietatem? Nam impietatem admittere, in totum veritum est, etiam si quis varijs verbis ac persuasibilibus inuentis id conetur conuestire: ceterum pietatem amplecti, sanctorum omnium consensu predicatur, etiam si quis nouis verbis fuerit vsus, modo qui loquitur pium obtineat sensum, ac per ea, quae cogitauit pie velit significare. Eorum igitur qui Christo rebellant humi repentia verbula, de quibus prius dictum est, iam antea demonstrauit ratio, & tunc & nunc omni impietate esse referta.

Ceterum quae à Synodo scripta sunt, ac definita aduersus illos, si quis exactè scrutetur, comperiet omninò in his veritatis intellectum comprehendere, maxime si talium dictionum occasionem probabilem, studio discendi perconctatus audieris. Est enim haec.

Cum Synodus vellet Arrianorum impias dictiones tollere, scripturarum verò confessis voces scribere, quod & filius sit non ex non extantibus, sed EX DEO, & quod verbum sit ac sapientia, non autem creatura, neque factura, sed proprium ex Patre germen. Eusebius cum suis, quoniam vetusto errore traherentur, volebant has voces, ex Deo, communes esse nobiscum, & Dei verbum nihil in hoc differre à nobis, propterea quod scriptum esset: vnus Deus ex quo omnia

omnia, ac rursus: Vetera transferunt, ecce noua facta sunt omnia, omnia vero ex Deo.

Ceterum patres cum perspexissent illorum versutiam & impietatis artificium, iam compellabant eos, ut clarius explanarent, illud ex Deo: Scriberentque EX ESSENTIA DEI esse filium: ob id ne illud ex Deo putaretur esse commune, & aequale tum filio tum rebus creatis, sed cetera omnia creaturam esse, verbum autem solum ex Patre crederetur. Quamquam enim ex Deo omnia esse dicuntur, tamen aliter quam est Filius esse dicta sunt. Nam creaturae ideo dicuntur esse ex Deo, quod non sint temerè neque sponte, nulloque autore conditae, neque fortuito natae secundum eos, qui dicunt, ex atomorum concursu, & corpusculorum, quae dicuntur ὁμοιογενῆ, quod horum partes inter se similes sunt, aut ut quidam heretici, alium mundi conditorem dicunt, aut ut rursus alij, ab angelis quibusdam aiunt omnium rerum esse constitutionem, sed quoniam quum esset Deus, omnia ab ipso per verbum, quum prius non essent, ut essent facta sunt, ideo dictum est illud, ex Deo. Verbum autem, quoniam non est creatura, dictum est illud, solus est ex Patre. Hec autem sententia illud declarat, quod filius est ex substantia patris. Neque enim in ullam creaturam hoc competit. Nimirum quum Paulus dixisset, omnia ex Deo, protinus adiecit, & vnus Iesus Christus, per quem omnia: quo declararet omnibus, filium esse diuersum ab omnibus.

bus, à Deo factis, quandoquidem ea que fiunt à Deo, per filium facta sunt. Verum ob mundi structuram, que à Deo profecta est, dixit hæc, non ob id, quod omnia essent ex Deo, quemadmodum filius est ex Patre. Neq³ enim omnia sunt, vt est filius, neq³ verbum vnum est de numero omnium, sed omnium Dominus est & conditor. Eoq³ sancta Synodus apertius dixit eum ex substantia patris esse, quo verbum diuersum à rerum creaturarum natura crederetur, quod solum verè esset ex Deo, nec vlla iam deceptionis occasio reliqua fieret, impietatem sectantibus. Hæc igitur fuit occasio, quæ scriberetur ex essentia.

Cæterum cum rursus episcopi censerent scribendum fuisse, virtutem veram, & imaginem patris verbum, SIMILEq³ & immutabile per omnia cum patre, inuertibile ac SEMPER & IN EO esse inseparabiliter, nunquam enim non fuit, sed semper fuit verbum, quum absq³ tempore sit apud Patrem veluti splendor lucis: ij qui adharebant Eusebio, ferebant quidem, non audentes contradicere ob pudorem, quem ceperant ex his de quibus fuerant conuicti, deprehensi tamen sunt rursus inter se murmurantes oculis innuere, quod illud, simile & semper, ac virtutis nomen, item illud in ipso, prorsus essent nobis cum filio communia, neq³ quicquam deesset quominus ista nobis tribuerentur. Similitudinis quidem vocabulum, in nos quoq³ competere putabant, quod
scriptum

scriptum esset de nobis quoq³, Imago Dei est homo, & gloria Dei est. Similiter quod scriptum erat, semper, quia scriptum est: Semper enim nos qui viuimus. Iam illud, in ipso, Quoniam in ipso viuimus, mouemur & sumus. Item quod dicitur Inuertibile, quoniam scriptum est: Nihil nos separabit à charitate Christi. De virtute porro, quoniam & bruchus dicitur virtus, magnaq² potentia. Frequenter autem & de populo scriptum est: Exiuit omnis virtus Domini ex terra Aegypti. Quin & alie sunt virtutes coelestes. Dominus enim, inquit, virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. Nam huiusmodi & Asterius cognomento Sophista, ab istis edoctus scripsit, sed ante hunc Arrius & ipse doctus eadem, vt supra dictum est.

Ceterum episcopi, quum hic quoq³ perspicerent illorum simulationem, & iuxta id quod scriptum est, in cordibus impiorum dolum esse fabricantium mala, compulsi sunt rursus & ipsi ex scripturis colligere sententiam, quaeq³ prius dixerant, haec eadem denuo clarius & explanatius tum dicere, tum scribere, videlicet filium EIVSDEM esse cum Patre SVB-
STANTIAE, vt non solum similem filium, sed eundem similitudine ex Patre esse declararent, & aliam esse Filij similitudinem, & inuertibilitatem demonstrarent, diuersam ab ea quae in nobis est imitatione, quam nos ex virtute, ob praceptorum obseruationem accepimus. Nam corpora inter se similia, possunt
aliquo

aliquo pacto diduci, ac, procul à sese diuelli, velut hominum filij erga suos parentes, sicuti scriptum est de Adam, & de huius filio Seth, quod fuerit similis illi specie. Quoniam verò filij ex patre natiuitas, ab hominum natura diuersa est, non tantum similis, sed & inseparabilis est à patris essentia, atq; vnum sunt filius & pater, quemadmodum ait ipse. Porro semper in Patre est Verbum, & in Verbo Pater, eo quod Verbum est splendor lucis. Nam & hoc ipsa vox declarat. Eoq; Synodus hoc intelligens, rectè scripsit, Ὁ ΜΟΟΥΣΙΟΝ , hoc est, eiusdem essentia, quo simul & hæreticorum peruersitatem subuerterent, & ostenderent, Verbum diuersum esse à rebus conditis.

Hoc enim quum scripsissent protinus adiecerunt. Ceterum qui dicunt ex nihilo esse Dei filium, aut creaturam, aut vertibilem, aut facturam, aut ex alia substantia, hos anathematizat sancta & Catholica ecclesia. Hæc autem loquuti manifestè demonstrarunt, his vocibus, ex substantia, & eiusdem essentia, tolli verbula impietatis, qualia sunt, creatura, factura, ageneton & vertibile, & non erat priusquam nasceretur. Quisquis enim hoc dicit, contradicit Synodo, Ceterum qui non sentit cum Arrio, necessario hæc Synodi decreta sentit, & intelligit, si rectè ea perspexerit, quomodo se habeat splendor ad lucem, & qui ex eo veritatis imaginem accipit.

Proinde

Proinde si verborum nouitatem & isti causantur, cogitent intentionem, iuxta quam Synodus ita scripsit, anathematizantes ea quæ anathematizauit Synodus, ac deinde si queant, calumniuntur voces. Certum scio istos, si perpenderit mentem Synodi, verba quoq; mentis omnino comprobaturos esse. Quod si hanc quoq; uolent reprehendere, omnibus erit perspicuum, quod de illis etiam frustra loquantur, quodq; tamen sibi commiscantur impietatis pretextam. Harum igitur uocum occasio, fuit hæc.

Igitur Episcopi posthæc recensentes ab illis excoꝑitata uerba, tum de nunc ediderunt aduersus illos sanam & ecclesiasticam fidem, cumq; subscripsissent omnes, subscripsit & Eusebius ijs uerbis, quæ nunc calumniantur isti, nimirum ex essentia, et eiusdem essentia, & quod neq; creatura sit, neq; factura, neq; de numero rerum conditarum sit Dei Filius, sed quod progenies, & ex Patris substantia sit Verbum.

Quodq; dictu mirum est, Eusebius episcopus Cæsareæ Palestine, quanquam ante unum diem negarat, postea tamen subscripsit, ac per literas significauit ecclesie suæ, hanc esse fidem Ecclesie à patribus traditam, cunctisq; palam ostendit, quod prius errassent, frustraq; contendissent aduersus ueritatem. Quanquam enim tum illum puduit, his uerbis scribere, & ut uoluit se purgauit ecclesie, attamen cum per Epistolam non abnegaret has uoces, ex essentia et eiusdem essentia, palam est eum hoc uoluisse significare.

Et acci-

Et accidit illi quiddam absurdi. Siquidem veluti purgans seipsum accusabat Arrianos, quod quia scripsissent, Non erat Filius priusquam nasceretur, nolent eum fuisse, priusquam & iuxta carnem nasceretur. Nouit hoc & Acacius, nisi nunc & ipse metu percussus, pro tempore simulat, negatq; veritatem: Subiunxi igitur in fine epistolam Eusebij, vt ex hac abunde cognoscas, & istorum qui Christo rebellant, ac Acacij aduersus suos doctores ingratitudinem.

An non igitur peccant isti, si vel cogitent tantum contradicere tam celebri totius orbis Synodo? An non prauaricantur dum audent contradicere rectè aduersus Arrianam heresin decretis, quæ comprobata sunt, & eorum testimonio, à quibus prius didicerant, impiè sentire.

CANONES de cæteris negocijs in Synodo Niceno deliberatis: ac nominatim de ordinatione episcoporum: de Synodis prouincialibus bis in anno habendis: de dignitate Patriarchalium Ecclesiarum: de receptione Nouatianorum: de multis lapsorum, quæ postea satisfactiones nominatæ sunt, seu de temporibus publicæ pœnitentiæ: de vsuris: de ijs qui se castrarunt: de coniugio sacerdotum, et vitandis contrubernijs mulierum non coniugatarum &c. in historia Ecclesiastica & Iure Canonico citati extant quos breuiter annotantur. Nam in Decreto Gratiani verbis paulò pluri bus, res prorsus eadem exponuntur.

1. Statuunt præterea obseruandum esse in Ecclesijs, ne quis ex his, qui semetipsos impatientia libidinis exciderunt, veniret ad Clerum. Dist. 55. C.
Si quis a
modicis.
2. Et ne quis nuper assumtus ex vita vel conuersatione gentili, accepto baptismo, antequam cautius examinaretur, clericus fiat. Dist. 48. C.
Quoniam
multa.
3. Et ne quis Episcoporum cæterorumq; clericorum cum extraneis mulieribus habitet, præterquam cum matre, vel sorore, vel amita, vel si quæ sunt huiusmodi necessitudinum personæ. Dist. 32. C.
Interdixit per
omnia.
4. Et vt Episcopus (si fieri potest) à totius prouinciæ episcopis ordinetur. Si hoc difficile est, certe non minus quam à tribus, ita tamen, vt Metropolitanus episcopus maxime vel præsentia, vel autoritas habeatur. Absq; quo ordinationem irritam esse voluerunt. Dist. 24.
5. Et ne quem alius episcopus de ecclesia expulerit, siue clericum siue laicum, suscipiat alius. Sane ne hoc aut iracundia aliqua, aut contentione (vt fieri sollet) iniuste factum, remedium non haberet decernunt per singulos annos in singulis quibusq; prouincijs, secundo ab omnibus Episcopis prouincialibus concilia agi debere, & de huiusmodi negocijs iudicari, vt si forte ab vno iniquè aliud gestum est, à cæteris emendetur, si rectè, vt ab omnibus confirmetur. 11. q. 3. C.
Seruetur ista
sententia.
6. Et vt apud Alexandriam & in vrbe Roma, vetusta consuetudo seruetur, vt ille Aegypti, hic suburbicariarum ecclesiarum sollicitudinem gerat. Dist. 65. C.
Mos anti-
quus.

Dist. 67. c.
Iud generat
liter, &c. San.

Dist. 67. c.
Quoniam
mos antiq.
1. q. 7. e. Si
qui voluerint

Dist. 81. c.
Si quis sine.

7. Et ut si forte in ordinando episcopo, duo vel tres pro aliqua contentione dissentiant, reliquorum autoritas, & precipue Metropolitanum cum ceteris firmior habeatur.

8. Et ut episcopo Hierosolymorum antiquitus tradita honoris prerogatiua seruetur, manente nihilominus & Metropolitanum ipsius prouincie dignitate.

9. Et ut Catharos (qui apud nos Nouatiani sunt) si forte penitentes ad Ecclesiam conuertantur, confessos Ecclesiastica dogmata, clericos in ordine quidem suo suscipi debere, sed ordinatione data: sane si episcopus ipsorum veniat ad episcopum nostrum, debere eum in Presbyterorum loco sedere. Episcopi vero nomen manere apud illum solum, qui catholicam semper tenuit fidem, nisi sua voluntate ipse eum tali nomine honorare voluerit, vel si placuerit, ut quærat ei episcopi locum vacantem, hoc sit in ipsius potestate.

10. Et ne in vna ciuitate duo sint episcopi.

11. Et si qui forte indiscrete ad sacerdotium prouecti, postmodum vel ipsi aliquid de se criminofum confessi sunt, vel ab illis reuicti, ut abijciantur, sed & si qui ex his qui lapsi sunt, & per ignorantiam forte ordinati recogniti fuerint, ut abijciantur.

12. Et si qui absq; tormentis in persecutionibus lapsi sunt, & ex corde agunt penitentiam, quinq; annos inter catechumenos faciant, & duobus annis post hoc fidelibus tantum in oratione iungantur, & ita postmodum suscipiantur.

13. Qui

13. Qui verò propter confessionem MILITIAM De poeniten.
abiecerant, & rursum ad hanc abierunt, hos trede- Dist. 5. Si
cim annis poenitentiam gerere, & postea suscipi. Si qui vero.
tamen ex corde poenitentiam gerant. Esse tamen in
potestate episcopi moderandi facultatem, si eorum
fructuosam & attentam poenitentiam viderit.
14. De his verò qui vita excedunt poenitentibus; 26. 46. c. De
decernunt, vacuum nullum debere dimitti, Si quis h. s. vero,
sanè accepta communionem superuixerit, debere eum
tempora statuta complere, vel certè prout moderari
episcopus voluerit.
15. De catechumenis qui prolapsi sunt, statuerunt
tribus annis eos à catechumenorum oratione separa-
tos, postea recipi debere.
16. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem ecclesi- 7. q. 1. C.
am transire quis ambiat, siue episcopus, siue etiam Nam oportet
alius clericus.
17. Et ne quis clericus, qui derelicta Ecclesia sua, 7. q. C. Si
nulla existente causa probabili vagatur & oberrat qui veto,
per alias ecclesias suscipiatur in communionem.
18. Et vt nemo eum, qui ad alium pertinet, subripi- Dist. 71. C. Si
ens, in sua ecclesia ordinet clericum, absq; consensu quis ausus
illius ad quem pertinet. fuerit.
19. Quoniam multi clerici, auaritiæ causa turpia Dist. 47. C.
lucra sectantes, oblitii sunt diuini præcepti, quo dictum Quoniam
est, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, fæne- multi, 14.
rantes, centesimas exigunt: statuit hoc sanctum Con- q. 4. C.
cilium, si quis inuentus fuerit post hanc definitionem Quorum.

vsuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia
lucra sectari, vel ἡμισόδια id est, sescupla exigere.
omnis, qui tale aliquid conatus fuerit ad questum,
deiciatur a clero, & alienus ab Ecclesiastico habea-
tur gradu.

Dist. 53. C.
Reuertit.

20. Ne Diaconi Presbyteris preferantur, neue se-
deant in confessis presbyterorum, aut illis presentibus
eucharistiam diuidant, sed illis agentibus solum mi-
nistrent. Si vero presbyter nullus sit in presenti, tunc
demum etiam ipsis licere diuidere, aliter vero agen-
tes, abijci iubent.

1. q. 1. C. Si
quis.

21. Et vt Paulianiste, qui sunt Photiniani, rebapti-
zantur.

1. q. 1. C.
Si quis.

22. Sed & diaconissas, quoniam quidem manus
impositionem non accipiunt, etiam ipsas inter laicos
esse debere.

Igitur, cum de his pro vt diuinarum legum reue-
rentia poposcerat, decreuisset: & de obseruatione
Pasche, antiquum canonem, per quem nulla de reli-
quo varietas oriretur, ecclesijs tradidissent: omnibus
rite dispositis, ecclesiarum pax & fides in orientis atq;
occidentis partibus vna atq; eadem seruabatur.

PARRISIENSE Concilium circa annum
Christi 550. nouem canones fecit de bonis Ecclesia-
rum non alienandis, de incestis coniunctionibus, de or-
dinatione episcoporum &c.

PISANVM Concilium, tempore schismatis,
remouit duos Papas, Gregorium XII. & Benedi-
ctum

Æum XII. & elegit Alexandrum V. cuius successor Iohannes XXIII. Concilio Constantiensi interfuit.

RHEGIENSIS Synodus XIII. Episcoporum, in Rhegio Italia oppido, de ordinatione Episcoporum decreta quadam fecit, sub Theodosio Iuniore Imp.

RHEMENSIS Synodus in Gallia, anno Christi 830. sub Carolo magno de Officijs omnium in Ecclesia personarum, vtilia decreta condidit.

ROMANA Synodus Episcoporum 274. à Syluestro Papa scribitur coacta esse, paulò post Concilium Nicenum. Hæc inter cetera decreuit, vt reditus Ecclesiarum in quatuor partes diuidantur: quarum vna episcopo, altera ministris ecclesie, tertia pauperibus, quarta edificijs tribuenda sit.

ROMANA Synodus tempore Constantij Imp. circa annum Christi 350. à Iulio primo Pontifice coacta, comprobauit Symbolum Nicenum.

Alia circa annum Christi 465. præside Hilario episcopo, decreuit, ne bigami vel viduis vel corruptis iuncti, aut ignari literarum vel mutilo corpore ad ordines Ecclesiasticos admittantur.

Alia circa annum 470. præside episcopo Felice I. damnat iterationem Baptismi.

Alia præside Symmacho episcopo, circa annum Christi 500. prohibuit ambitionem episcoporum, venditionem reddituum ecclesiasticorum &c.

Alia Synodus Romana, quam nominant *Quartam*, autoritate Theodorici Veronensis Gotthorum regis coacta fuit, circa annum Christi 500. in qua Symmachus Episcopus, quem aduersarij vitio creatum & atrocibus criminibus pollutum esse dixerant; absolutus est.

Alia, eodem Symmacho preside, prioris Synodi acta confirmavit, & insuper sanciuit, ne quis Episcopum, nisi ab recta fide aberrantem accuset, ac ut Episcopus spoliatus aut pulsus, ad nullam Synodum aut iudicium vocetur, antequam integrè restitutus sit.

Alia, eodem Symmacho autore, sanciuit, vt bona ecclesijs legata à nemine alio, nisi ab episcopo vel eius Oeconomo occupentur.

Alia, circa annum Christi 780. preside Gregorio III. Pontifice, sanciuit, ne quis presbyteram, diaconam, monacham, commatrem spiritualem, consobrinam &c. in uxorem ducat, & excommunicauit Adrianum quendam, qui Diaconam duxerat.

SARDICENSIS Synodus, in Sardica Illyrici vrbe, celebrata est anno Christi 353. Illustrauit doctrinam de diuinitate filij Dei & Spiritus sancti, congruentem cum Symbolo Niceno, restituit Athanasium & alios orthodoxos, qui ab Arianijs pulsi fuerant, & de Ordinatione & officijs episcoporum canones fecit. In hac Synodo præcipua fuit autoritas Osij episcopi Cordubensis. Acta Sardicensis Synodi recensentur Trip. lib. 4. cap. 23. 24. 25.

SELEVCIENTIS Synodus, à Constantio Imp. conuocata est in urbem Isauriæ Seleuciam. In qua Ariani ex Symbolo deleuerunt $\omega\mu\omicron\sigma\omicron\iota\omicron\nu$, & supposuerunt $\omega\mu\epsilon\omicron\iota\omicron\nu$. Trip. lib. 5. cap. 34.

SIRMIENSIS Synodus, à Constantio Imp. coacta, damnauit Photinum, qui vnã tantum in diuinitate personam esse docebat, & negabat Christum fuisse antequam ex Maria virgine nasceretur. Deinde vt concordia in Ecclesijs inter Orthodoxos & Arianos rursum coiret, iussu Imp. scripta est confessio fidei de filio Dei, in qua pleraq; cum Symbolo Niceno congruebant, sed tamen stulta spe tranquillitatis ommissa est vox $\omega\mu\omicron\sigma\omicron\iota\omicron\nu$. Postea cum vtraq; pars ambiguam fidei formulam pro se interpretaretur, maiores dissensiones orta sunt. Trip. lib. 5. cap. 6. 7. 8. 9.

FARRACONENSIS Synodus in Hispania, circa annum Christi 450. decreta fecit ad disciplinam Clericorum spectantia, & inter alia iubet, vt Episcopi suas dioceses singulis annis semel visitent.

TOLETANA Synodus, in Hispania tempore Honorij Imp. regulam fidei Catholica de tribus personis diuinitatis, & de duabus naturis in Christo, velut paraphrasin Symboli Niceni, Priscillianistis opposuit. Et alios 20. canones ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentes, condidit.

TOLETANA II. tempore Iustiniani Imp. circa annum Christi 550. sanciuit, vt ij. quos parentes à primis infantia annis destinarunt vitæ sacerdotali,

anno etatis suae 18. publicè interrogentur, ac in coniugio vel coelibè vita versari velint, ac tunc utrumque velint, liberè eligant. Prohibuit etiam sacerdotibus contubernia mulierum, & bona ecclesiae mortuis clericis ad haeredes transferri vetat.

TOLETANA III. circa annum Christi 600. à Gotthorum rege Reccaredo congregata. In hac ipse Rex & Regina Balda, & episcopi ac primores gentis Gotthicae, abiectis Arii furoribus, quos ante secuti fuerant, Orthodoxam fidem de diuinitate filij Dei, & Tribus Personis òμοομοίως amplectuntur.

Condidit 24. canones, inter quos secundus sancit, ut in omnibus Ecclesijs tempore sacrificij ante communionem corporis & sanguinis Christi, clara voce Symbolum fidei recitetur. Canone 22. sancit, ut piorum corpora cum Psalmis ad locum sepulturae deducantur.

TOLETANA IIII. Synodus, Episcoporum 70. circa annum Christi 630. praeside Isidoro Episcopo Hispalense, multa vtilissima decreta condidit, de Trinitate & duabus naturis in Christo, de conformitate Ceremoniarum in omnibus Ecclesijs Hispaniae seruanda, de Synodo quotannis habenda, & de Forma processus in Synodo, de trina immersione in Baptismo, de die passionis Christi sanctificando: de Dominica oratione quotidie recitanda: de Hymnis in Ecclesia canendis: de versiculo, Gloria & Honor Patri & Filio, & Spiritui sancto, Psalmis addendo: de Apocalypsi Iohannis

Iohannis: de Alleluia non canendo in diebus *Quadragesima*: de Examine Ordinandorum in ministerio, de aetate & moribus Ordinandorum, de Iurisdictione episcoporum, de Priuilegijs & immunitate Clericorum, de votis Monasticis, de Iudeis ad fidem non cogendis, de separandis coniugibus, quorum alter fidelis est, alter infidelis, (sed hic canon expresse cum sententia S. Pauli pugnat) Postremus & 74. canon est de fide & obedientia debita Magistratibus politicis, & nominatim Sisenando seu Sisebato (vt alij vocant) Regi Gotthorum a subditis praestanda.

TOLETANA V. Aliquot decreta fecit, spectantia ad continendos Hispaniae populos in fide & obedientia Regibus Gotthorum debita, quibus tanquam peregrinis agre Hispani obediebant. Instituit *Litanias* Idibus Decembris recitandas.

TOLETANA VI. Repetit confessionem fidei Christianae, de Tribus Personis & duabus naturis in Christo. Postea de *Litania*, de non tolerandis blasphemis Iudeis, de stipendijs clericorum, de incolumitate & dignitate Regum tuenda, constituit.

TOLETANA VII. circa annum Christi 650. sancit, vt siue clerici siue Laici, qui contra Gothicos Reges aliquid moluntur, aut ab eis ad hostes transfugiunt, & bonis omnibus priuentur, & excommunicatione ex ecclesia eijciantur, compescit etiam rapacitatem episcoporum in expilandis parochijs.

TOLETANA VIII. Repetit Symbolum fidei Christianæ, iuramenta malè & incautè facta rescindit, citans illud Isidori, In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incautè nouisti non facias, Impia est promissio quæ scelere adimpletur. Præcipit episcopis & presbyteris continentiam, prohibet usum carniû in quadragesima, sancit ordinem & modum electionis episcoporum.

TOLETANA IX. biennio post celebrata est, circa annum Christi 660. ferè tota in decretis, de foundationibus & redditibus Ecclesiarum consumitur.

TOLETANA X. proximè sequenti anno celebrata, sancit vt festum Annunciationis Mariæ celebraretur mense Decembri, die 8. ante Natalem Christi.

TOLETANA XI. prolixè explicat articulum de Tribus Personis diuinitatis, & de duabus naturis in Christo. Deinde XVI. canones ad disciplinam & iurisdictionem ecclesiasticam pertinentes sancit, inter quos vnus est, Ne Episcopi aut sacerdotes iudicia sanguinis agitent.

TOLETANA XII. circa annum Christi 680. Confirmat Regem Eringium: præcipit vt sacerdotes, quotiescunq, sacrificium offerunt, etiam communicent: prohibet diuortia: confirmat leges, quæ contra Iudeos latæ erant: prohibet uenerationem

nem statuarum seu Idolorum: sancit vt in qualibet prouincia Calendis Nouembris Concilium celebretur.

TRIBVRIENSIS Synodus prope Mozuntiam, anno Christi 899. coacta ab Imperatore Arnolpho, cuius iussu 22. præcipui Germaniæ Episcopi conuenerunt, & 58. decreta fecerunt, de Excommunicatione, de raptoribus bonorum ecclesiæ, de decimis, de casibus aliquot matrimonialibus, de tempore & modo publicæ pœnitentiæ & satisfactionum, de Homicidijs. De Vasis quibus mysteria sacra conficiuntur, recitauit S. Bonifacij dictum, qui interrogatus, An liceret in vasis ligneis sacramenta conficere? respondit, Quondam sacerdotes aurei, ligneis calicibus utebantur, nunc econtra lignei. Sacerdotes aureis vtuntur calicibus.

TRIDENTINA Synodus, à Paulo III. Pontifice indicta anno Christi 1542. sed in exitu anni 1545. Idibus Decembris primum inchoata.

Sessione prima Synodus solenniter aperitur.

Sessione II. die 7. Ianuarij, anno 1546. omnes ad emendationem vitæ, & ardentem precationem, & diligenter facienda sue vocationis officia adheratur.

III. Symbolum fidei repetit.

IIII. Die 8. Aprilis, libri Bibliorum, & Traditiones non scriptæ, & vsitata versio & interpretationes in ecclesia receptæ sanciantur.

V. Die

V. Die 17. Iunij de peccato Originis decretum promulgavit, quod inter cetera adfirmat, concupiscentiam in baptizatis reliquam, etiamsi à Paulo peccatum nominetur, tamen non esse propriè peccatum, sed tantum ad peccatum inclinare. Deinde de lectione Theologica in Collegijs sacerdotum & monachorum instituenda, ac ut episcopi & Presbyteri diligenter ecclesiam doceant, precipit.

VI. Anno 1547. die 13. Ianuarij, decretum de Iustificatione & de libero arbitrio promulgatur, in quo doctrina Lutheri de eo articulo prorsus damnata, precipitur inter cetera, ut dubitent homines, nec certò credant, se ipsos certò remissionem peccatorum propter Christum consequi.

VII. Die 3. Martij de septem Ecclesie Sacramentis, in genere, & de Baptismo ac confirmatione in specie, & de beneficijs ecclesiasticis agit.

Sessione VIII. die 11. Martij prætextu pestis concilium Tridento Bononiam translatum est.

Tandem anno Christi 1551. mense Septembri, Julio III. Pontifice, Concilium Tridenti continuatur, & 11. die Octobris decretum editur de Cœna Domini, & inprimis de corporali presentia Christi & de Transsubstantiatione. Disputatio de utraq; specie, & de sacrificio Missæ, vsq; ad Theologorum protestantium, seu Lutheranorum aduentum dilata est, quibus saluus conductus in eadem Sessione datus est.

Die 25. Nouemb. promulgatur decretum de penitentia, in quo Ecclesie Romanae doctrina de Contritione, Confessione auriculari, & satisfactione, & extrema vnctione stabilitur.

Die 25. Ianuarij anno 1552. Saluus conductus in ampliore forma legatis Protestantium datus est, cum pridie, Confessio pie doctrinae, Christophori Ducis VVirtebergensis nomine Concilio exhibita esset, die 24. Ianuarij, anno 1552.

Sed cum illo ipso tempore Mauricius Dux Saxoniae Elector, & Iohannes Albertus Dux Megapolensis & Landgrauij Hassiae & alij, bellum susciperent, vt & Ecclesias suarum religionum aduersus Interim, Concilium Tridentinum, & Papae Tyrannidem defenderent, & captiuos Principes, Iohannem Fridericum Ducem Saxoniae, & Philippum Landgrauium Hassiae liberarent, & Germania veterem libertatem restituerent: proxus dissipatum est Concilium Tridentinum, inense Aprili, anno 1552. & mirabiliter defense sunt ecclesiae, in quibus pura vox doctrinae Euangelij, abolitis erroribus & Idolis Pontificijs, antea sonuerat.

Decennio post sub Ferdinando Imp. & Pio IIII. Pontifice, anno 1562. die 18. Ianuarij Concilium Tridenti denuo instauratum & apertum est. Quod Sessione II. 26. Febr. saluum conductum Germanis in amplissima forma tribuit.

III. prorogatur decretum in proximam. IIII.
denuo prorogatur. SES-

SESSIONE V. die 16. Iulij, Doctrina de
 communione sub vtraq^{ue} specie & paruulorum publi-
 catur. S E S S I O VI. die 17. Septembris, De vera
 & propiciatorio Sacrificio M I S S A E pronunciat, &
 permissionem calicis ad Pontificem reijcit. VII. die
 15. Iulij, anno 1563. De ordinatione Sacerdotum.
 VIII. Die 11. Nouembris, De matrimonio, spon-
 salibus, diuorij &c. definit.

I X. & vltima Sessio die 3. & 4. Decembris, de
 Purgatorio, de Inuocatione Sanctorum, de Imagini-
 bus, De Indulgentijs, Delectu ciborum, Ieiunijs, Die-
 bus festis, Catechismo, Missali & Breviario: breui-
 bus decretis, paucisq^{ue} verbis, immensum teterrima-
 rum superstitionum & Idolatricorum abusuum pela-
 gus concludit.

TVRONENSIS synodus in Gallia Narbo-
 nensi, circa annum Christi 460. prohibet Sacerdoti-
 bus Coniugium, citans illud Apostoli: Qui in car-
 ne sunt, Deo placere non possunt. Sed tamen sa-
 cerdotem maritum nec capitali supplicio nec ex-
 communicatione puniendum, sed tantum ab offi-
 cio administrande cœne Domini remouendum esse
 sancit.

TVRONENSIS II. circa annum Christi
 560. sancit canones 28. Virginibus castitatem pro-
 fessis coniugium simpliciter prohibet, & sacerdotibus
 maritis consuetudinem cum proprijs vxoribus inter-
 dicit.

VALENTINA Synodus, in Valentia Gallie Narbonensis vrbe, Constituit ne digami in ministros Ecclesie ordinentur.

VALENTINA Synodus, in Hispania, circa annum Christi 500. inter cetera statuit, vt nemo ordinetur, nisi ad ministerium in certo loco vocatus sit.

VASIONENSE Concilium, in Gallia, Tempore Theodosij Iunioris, sanciuuit, vt Kyrie Eleison in omnibus ecclesijs frequenter repetatur. Item, vt in omnibus Missis canatur Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. Item, vt presbyteri idoneos iuuenes ad lectionem & explicationem sacrarum literarum assuefaciant, qui ipsis in gubernatione ecclesie succedant.

VENETVM, circa annum Christi 560. sanciuuit, vt Homicidia, falsi testes, virgines sacrae in stupro deprehensa, clerici sine commendatitijs literis sui episcopi iter facientes, excommunicentur. Repetit etiam aliquod Concilij Agathensis decreta, de moribus clericorum, & precipit, vt in singulis prouincijs similes ceremonie obseruentur.

VIENNENSE Concilium, in Gallia Lugdunensi celebratum, circa annum 1308. praeside Clemente V. Pontifice. Decreta eius Concilij ordine recensentur in Clementinis. Inter cetera sanciuuit, vt in Academijs, Romana, Parisiensi, Oxonsensi, Bononiensi, & Salamantica in singulis sint duo Professores

fessoris Linguae Hebraica, Arabica, & Chaldaea, lib.
5. Clementin. Tit. 3.

VVORMATIENSIS Synodus, circa Car-
roli magni tempora, initio repetit confessionem fi-
dei de Tribus Personis Diuinitatis. Postea cir-
citer 77. decreta, de varijs casibus, qui
in regenda ecclesia incidunt,
sanciuit.

F I N I S.

1528563

OCN 461662990

Lignatura 6 att. fere 56 p. r. d. m. d.

